P. VIRGILII MARONIS

OPERA:

OR THE

WORKS of *VIRGIL*:

With the following IMPROVEMENTS,

VIZ.

I. The Words of the Author are placed in their natural and grammatical Order, in the lower Part of the Page; and ſuch Words are ſupplied as by an *Elliſis* are omitted, and yet are neceſſary to make the Connection and Senſe compleat.

II. The more remarkable RHETORICAL FIGURES are pointed out, and placed at the Bottom of the Page as they occur.

III. A SCANNING TABLE, by which every Verſe of the Author may be ſcanned, the marginal Letter oppoſite to each Verſe referring to the ſame Letter in the Table.

IV. An Hiſtorical and Geographical INDEX, giving an Account of the Perſons and Places mentioned in the Author.

V. The moſt remarkable PHRASES, PERIPHRASES and Proverbial SAYINGS, are render'd into proper *Engliſh*.

For the Uſe of SCHOOLS.

By *JOHN STIRLING*, M. A.

Vicar of *Great Gaddeſden* in *Hertfordſhire*; and Chaplain to his Grace the DUKE of *GORDON*.

LONDON:

Printed for T. ASTLEY, at the *Roſe*, over-againſt the North-Door of St. *Paul*'s. M.DCC.XII.

BODLEIAN
P
07 AUG 1954
LIBRARY

The PREFACE.

THIS Method of publiſhing the Claſſicks has been ſo well receiv'd by the Publick, that it is needleſs to expatiate upon the Uſefulneſs of it.

In this Edition of VIRGIL *Care has been taken to make the Text very correct; in the* ordo verborum *Ellipſes have been ſupplied, and Words of an eaſy reſtrain'd Senſe have been ſubſtituted inſtead of thoſe difficult and uncertain Significations.*

An Hiſtorical and Geographical Index, drawn from the Author and the beſt Commentators upon him, follows the Text; in which thoſe Circumſtances and Actions only are mention'd, which are to be met with in VIRGIL. *Herein the Propriety of many Epithets ſeemingly improper to the Subject is pointed out; and the preſent Names of Places carefully remark'd.*

To this is ſubjoin'd a Collection of Phraſes, Periphraſes, and Proverbial Expreſſions, whence great Light is thrown upon the moſt difficult Paſſages.

By theſe Helps a Perſon, who has made but a ſmall Proficiency in the Knowledge of the Latin *Tongue, may make himſelf Maſter of this Author without any foreign Aſſiſtance.*

It was intended, that an Alphabetical Vocabulary of all the Words of VIRGIL, *ſhewing their Parts of Speech and Signification, ſhould be added for the Uſe of Perſons barely ſkill'd in the Rudiments of this Language, in which great Pains has been taken to aſcertain the Senſe of each Word; the beſt Dictionaries, Commentators and Tranſlators having been conſulted upon this Occaſion; but it was found that this would ſwell the Volume to too large a Bulk and Price: It is now in the Preſs for a ſeparate Volume, under the Title of* Clavis Virgiliana; *and will be found not only uſeful for the underſtanding of this Author, but alſo the other poetical Claſſicks, as containing more Significations of Words than are to be found in any Dictionary whatſoever.*

ANA-

ANALYSIS CARMINUM,

SEU

TABULA SCANSIONIS.

a	– –	– –	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– –
b	– –	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
c	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
d	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
e	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– –
f	– –	– ᴗ ᴗ	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– –
g	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– –
h	– –	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
i	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
k	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– –
l	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– –
m	– ᴗ ᴗ	– –	– –	– –	– ᴗ ᴗ	– –
n	– ᴗ ᴗ	– –	– –	ᴗ ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
o	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –
p	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– –
q	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –	– ᴗ ᴗ	– ᴗ ᴗ	– –

LEX HEXAMETRI.

I. Hexametrum, conſtans ſex menſuris, utitur Dactylo et Spondæo.

II. Hexametrum Dactylicum habet quintum pedem Dactylum, ſextum Spondæum.

III. Hexametrum Spondaicum habet et quintum et ſextum Spondæum. — Spondaica notantur Aſteriſco*.

IV. In quatuor primis menſuris vel Dactylus vel Spondæus obtinet, prout carmen poſtulat.

N. B. Syllaba longa notatur –
Syllaba brevis notatur ᴗ

P. VIRGILII MARONIS

BUCOLICA.

ECLOGA I.

Melibæus, Tityrus.

M. TITYRE, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi, *k*
Sylveſtrem tenui (a) muſam (b) meditaris (c) avenâ. *b*
Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arva; *n*
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbrâ *q*
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas. *d*
T. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit: *l*
Namque erit ille mihi ſemper Deus: illius aram *q*
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. *o*
Ille meas errare boves, (ut cernis) et ipſum *p*
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti. *p*

ORDO.

Mel. Tityre, tu, récubans ſub tégmine pátulæ fagi, meditáris ſylvéſtrem muſam ténui avénâ. Nos línquimus fines pátriæ, et dúlcia arva; nos fúgimus pátriam: Tu, Tityre, lentus in umbrâ, doces ſylvas reſonáre formóſam Amaryllida. *Tit.* O Melibœe, Deus *Octávius* fecit hæc ótia nobis: namque ille erit ſemper Deus mihi: ſæpè tener agnus, ab noſtris ovílibus, imbuet aram illíus *Dei*. Ille permíſit meas boves erráre, (ut cernis) et *me* ipſum lúdere quæ *cármina* vellem, agréſti cálamo.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

M. Non equidem invideo, miror magis: undiq; totis *q*
Uſque adeò turbatur agris: en ipſe capellas *p*
Protenus æger ago: hanc etiam vix, Tityre, duco. *k*
Hìc inter denſas corylos modò namque gemellos, *c*
Spem gregis, ah! ſilice in nudâ connixa reliquit. *l*
Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læva fuiſſet, *m*
De cœlo tactas memini prædicere quercus: *g*
Sæpe ſiniſtra cavâ prædixit ab ilice cornix. *q*
Sed tamen, iſte Deus qui ſit, da, Tityre, nobis. *l*
T. Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi *b*
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quò ſæpe ſolemus *p*
Paſtores ovium teneros depellere fœtus. *e*
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos *k*
(a) Nôram; ſic parvis componere magna ſolebam. *b*
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes, *h*
Quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi. *f*
M. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? *h*
T. Libertas: quæ ſera, tamen reſpexit inertem; *g*
Candidior poſtquam tondenti barba cadebat: *m*
Reſpexit tamen, et longo pòſt tempore venit; *f*
Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. *d*

ORDO.

Mel. Equidem non invídeo *tibi*, miror magis: turbátur uſquè ádeò totis agris úndique: en *ego* ipſe æger ago *meas* capéllas prótenus: Títyre, étiam vix duco hanc. Namque modò connixa geméllos, ſpem gregis, hic inter denſas córylos, ah! relíquit *eos* in nudâ ſílice. Mémini quercus, tactas de cœlo, ſæpe prædícere hoc malum nobis, ſi mens non fuíſſet læva: Sæpe ſiníſtra cornix prædixit *hoc* ab cavâ ílice. Sed tamen, Títyre, da, *i. e. dic*, nobis, qui iſte Deus ſit. *Tit.* Melibœe, ego ſtultus putávi urbem, quam dicunt Romam, ſímilem huic nóſtræ *Mántuæ*, quò *nos* paſtóres ſæpe ſolémus depéllere téneros fœtus óvium. Sic nóveram cátulos ſímiles cánibus, ſic *nóveram* hœdos *ſímiles* mátribus; ſic ſolébam compónere magna parvis. Verùm hæc *Roma* éxtulit caput inter álias urbes, tantùm quantùm cupréſſi ſolent inter lenta vibúrna. *Mel.* Et quæ fuit tibi tanta cauſa vidéndi Romam? *Tit.* Libértas: quæ *licèt* ſera, tamen reſpéxit *me* inértem; poſtquam *mea* candídior barba cadébat tondénti: tamen reſpéxit, et venit longo témpore pòſt; poſtquam Amaryllis habet nos, *et* Galatéa reliquit *nos*.

(a) *Syncope.*

Namque

Namque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat, q
Nec ſpes libertatis erat, nec cura (a) peculî. g
Quamvis multa meis exiret victima ſeptis, f
Pinguis et ingratæ premeretur caſeus (b) urbi, p
Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat. d
M. Mirabar, quid mœſta Deos, (c) Amarylli, vocares; c
Cui pendere ſuâ patereris in arbore poma: d
Tityrus hinc aberat: ipſæ te, Tityre, (d) pinus, l
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant. a
T. Quid facerem? neque ſervitio me exire licebat, k
Nec tam præſentes alibi cognoſcere Divos. g
Hìc illum vidi juvenem, Melibœe, quotannis c
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant. g
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti; n
Paſcite ut antè, boves, pueri, ſubmittite tauros. k
M. Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt, h
Et tibi magna ſatis; quamvis lapis omnia nudus q
Limoſoque palus obducat paſcua junco. f
Non inſueta graves tentabunt pabula fœtas, f
Nec mala vicini pecoris contagia lædent. p
Fortunate ſenex, hìc inter flumina nota, f

ORDO.

Namque, dum Galatéa tenébat me (enim fatébor) erat *mihi* nec ſpes libertátis, nec cura pecúlii. Quamvis multa víctima exíret meis ſeptis, et pinguis cáſcus premerétur *noſtræ* ingrátæ urbi *Mántuæ*, dextra non unquam redíbat mihi domum gravis ære. *Mel.* Amarylli, mirábar quìd *tu* mœſta vocáres Deos; cui paterèris poma pendére in ſuâ árbore: Títyrus áberat hinc: Tityre, pinus ipſæ *vocábant* te, fontes ípſi, hæc arbúſta ipſa vocábant te. *Tit.* Quid fácerem? neque licébat me exíre ſervítio, nec cognóſcere tam præſéntes Divos álibi. Melibœe, hìc *Romæ* vidi illum júvenem *Octávium*, cui noſtra altária fumant bis ſenos dies quotánnis. Hìc *Romæ* ille primus dedit reſpónſum mihi peténti *ab illo*; *ait*, Púeri, páſcite boves ut antè, *et* ſubmíttite tauros *jugo*. *Mel.* Fortunáte ſenex, ergo tua rura manébunt, et magna ſatis tibi; quamvis nudus lapis, palúſque obdúcat ómnia *tua* páſcua limóſo junco: inſuéta pábula non tentábunt *tuas* graves fœtas *oves*, nec mala contágia vicíni pécoris lædent *eas*. Fortunáte ſenex, hìc inter nota flúmina,

(a) *Apocope.* (b) *Metonymia.* (c) *Apoſtrophe.* (d) *Proſopopeia.*

Et fontes ſacros (a) frigus captabis opacum. *a*
Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſepes, *m*
Hyblæis apibus florem (b) depaſta ſalicti, *f*
Sæpè levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro: *n*
Hinc altâ ſub rupe canet frondator ad auras: *g*
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes, *q*
Nec gemere aereâ ceſſabit turtur ab ulmo. *l*
T. (c) Antè leves ergo paſcentur in æthere cervi, *n*
Et freta deſtituent nudos in littore piſces: *l*
Antè, pererratis amborum finibus exul *m*
Aut Ararim Parthus bibet, aut (a) Germania Tigrim, *p*
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus. *a*
M. At nos hinc, alii ſitientes ibimus Afros; *e*
(d) Pars Scythiam, et rapidum Cretæ veniemus Oaxen, *q*
Et penitus toto diviſos orbe Britannos. *m*
En unquam patrios longo pòſt tempore fines, *f*
Pauperis et (e) tugurî congeſtum cæſpite culmen, *l*
Poſt aliquot (mea regna) videns mirabor (f) ariſtas? *k*
Impius hæc tam culta novalia miles habebit? *o*
Barbarus has ſegetes? (g) en, quò diſcordia cives *l*
Perduxit miſeros! en, queis conſevimus agros! *f*

ORDO.

et ſacros fontes, captábis opácum frigus, *i. e. opácam et frígidam umbram.* Hinc *eſt* tibi ſepes, quæ, ab vicíno límite, ſemper depáſta *quoad* florem ſalícti *ab* Hyblæis ápibus, ſæpe ſuadébit *tibi* inire ſomnum levi ſuſúrro: hinc frondátor canet ad auras ſub altâ rupe: tamen interea nec raucæ palúmbes, tua cura, nec turtur ceſſábit gémere ab aériâ ulmo. *Tit.* Antè, ergo leves cervi paſcéntur in æthere, et freta deſtítuent piſces nudos in líttore: antè, aut Parthus exul bibet *flúvium* Ararim, aut Germánia bibet *flúvium* Tigrim, fínibus ambórum *populórum* pererrátis, quàm vultus illíus *júvenis* labátur noſtro péctore. *Mel.* At nos *pulſi* hinc, álii ibimus ſitiéntes Afros; pars veniémus Scythiam et rápidum Oáxen *flúvium* Cretæ, et Británnos pénitus diviſos toto orbe. En unquam *ego* videns mirábor pátrios fines longo témpore pòſt, et culmen páuperis tugúrii congéſtum céſpite, mea regna, poſt áliquot ariſtas, *i. e. annos? An* impius miles habébit hæc tam culta novália? *An* Bárbarus *habébit* has ſégetes? En quò diſcórdia perdúxit míſeros cives! en, queis conſévimus agros!

(a) *Metonymia.* (b) *Helleniſm.* (c) *Imeſis.* (d) *Syntheſis.* (e) *Apocope.* (f) *Metal.* (g) *Epiphonema.*

(a) Infere

(a) Inſere nunc, Melibœe, pyros; pone ordine vites. *k*
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ: *n*
Non ego vos poſthac, viridi projectus in antro, *p*
Dumoſâ pendere procul de rupe videbo: *g*
Carmina nulla canam: non, me paſcente, capellæ *l*
Florentem cytiſum, et ſalices carpetis amaras. *e*
T. Sed tamen hanc mecum, poteris requieſcere noctem *o*
Fronde ſuper viridi: ſunt nobis mitia poma, *l*
Caſtaneæ molles, et preſſi copia lactis. *m*
Et jam ſumma procul villarum culmina fumant, *f*
Majoreſque cadunt altis de montibus umbræ. *f*

ORDO.

Melibœe, nunc ínſere pyros; pone vites órdine. Ite, ite meæ capéllæ, quondam felix pecus. Ego, projéctus in víridi antro, non vidébo vos poſthac pendére, procùl, de dumóſâ rupe: canam nulla cármina: *vos* capéllæ non carpétis floréntem cytiſum et amáras ſálices, me paſcénte *vos*. *Tit.* Sed tamen póteris requiéſcere hanc noctem mecum ſuper víridi fronde: ſunt nobis mítia poma, molles caſtáneæ, et cópia preſſi lactis. Et jam ſumma cúlmina villárum procùl fumant, majoréſque umbræ cadunt de altis móntibus.

(a) *Apoſtrophe et Epitrophe.*

ECLOGA II.

Alexis.

FOrmoſum paſtor Corydon (a) ardebat Alexin, *g*
Delicias domini; nec, quid ſperaret, habebat. *l*
Tantùm inter denſas, umbroſa cacumina, fagos *b*
Aſſiduè veniebat: ibi hæc incondita ſolus *k*
Montibus et Sylvis ſtudio jactabat inani. *p*

ORDO.

Paſtor Córydon ardébat formóſum Alexin, delícias dómini; nec habébat quid ſperáret. Tantùm veniébat aſſiduè inter denſas fagos *habéntes* umbróſa cacúmina: ibi ſolus jactábat hæc incóndita *cármina* móntibus et ſylvis ináni ſtúdio.

(a) *Helleniſmus.*

Ō crudelis

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas: *d*
Nil noſtri miſerere: mori me denique coges. *e*
Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant: *l*
Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos: *l*
Theſtylis et rapido feſſis meſſoribus æſtu *l*
Allia ſerpyllumque, herbas contundit olentes. *m*
At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro, *g*
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. *p*
Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras, *q*
Atque ſuperba pati faſtidia? nonne Menalcam? *q*
Quàmvis ille niger, quàmvis tu candidus eſſes. *f*
O formoſe puer, nimiùm ne crede colori. *e*
(a) Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. *q*
Deſpectus tibi ſum, nec, qui ſim, quæris Alexi: *f*
Quàm dives pecoris (b) nivei, quàm lactis abundans. *e*
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ: *l*
Lac mihi non æſtate novum, non frigore defit. *p*
Canto quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat, *f*
Amphion Dircæus, in Actæo Arycantho. *g*
Nec ſum adeò informis: nuper me in littore vidi, *m*
Cùm placidum ventis ſtaret mare: non ego Daphnim, *n*
Judice te, metuam, ſi nunquam fallat imago. *l*

O R D O.

O crudélis Aléxi, curas mea cármina nihil: miſerére noſtri nil: dénique coges me mori. Nunc étiam pécudes captant umbras et frigóra: nunc étiam ſpinéta occúltant vírides lacértos: et *fámula* Théſtylis contúndit állia ſerpyllúmque, oléntes herbas, meſſóribus feſſis rápido æſtu. At, dum luſtro tua veſtígia, *ô Aléxi*, arbúſta réſonant raucis cicádis mecum ſub ardénti ſole. Nonne fuit ſátius pati triſtes iras Amaryllidis, atque *ejus* ſupérba faſtídia? nonne *fuit ſátius pati* Menálcam? quamvis ille *eſſet* niger, quamvis tu eſſes cándidus. O formóſe puer, ne crede nimiùm *tuo* colóri. Alba ligúſtra cadunt, nigra vaccínia légúntur. Sum deſpéctus tibi, *i. e. à te*, Aléxi, nec quæris qui ſim: quàm dives nívei pécoris, quàm abúndans lactis. Meæ mille agnæ errant in Siculis móntibus: novum lac deſit mihi non æſtáte, non frígore *hyemis*. Canto *hæc cármina*, quæ Dircæus Amphion *erat* ſólitus *cantáre* in Actæo Arycantho, ſi quando vocábat arménta. Nec ſum adeò infórmis: nuper *ſtans* in littore vidi me, cùm mare ſtaret plácidum ventis *obſtrictis*; ego non métuam Daphnim, te júdice, ſi imágo nunquam fallat.

(a) *Enantieſis.* (b) *Metaphora.*

O tantùm

O tantùm libeat mecum tibi ſordida rura, h
Atque humiles habitare caſas et figere cervos, k
Hœdorumque gregem viridi compellere hibiſco! e
Mecum unà in Sylvis imitabere Pana canendo. c
Pan primus calamos cerâ conjungere plures f
Inſtituit: Pan curat oves, oviumque Magiſtros. o
Nec te pœniteat calamo triviſſe (a) labellum. e
Hæc eadem ut ſciret, quid non faciebat Amyntas? n
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta (b) cicutis l
Fiſtula, Damœtas dono mihi quam dedit olim, u
Et dixit moriens; Te nunc habet iſta ſecundum. h
Dixit Damœtas: invidit ſtultus Amyntas. a
Prætereà duo, nec tutâ mihi valle reperti q
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo, p
Bina die ſiccant ovis ubera: quos tibi ſervo. o
Jampridem à me illos abducere Theſtylis orat: b
Et faciet, quoniam ſordent tibi munera noſtra. q
Huc ades, ô formoſe puer; tibi lilia plenis o
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Naïs o
Pallentes violas et ſumma papavera carpens, h
Narciſſum, et florem jungit benè olentis anethi: b

ORDO.

O tantùm líbeat *tibi* habitáre, mecum, rura ſórdida tibi, atque húmiles caſas, et figere cervos, compelleréque gregem hœdórum *cum* víridi hibíſco! Imitábere Pana canéndo unà mecum in Sylvis. Pan primus inſtituit conjúngere plures cálamos cerâ: Pan curat oves, magiſtróſque óvium. Nec pœníteat te, *Alexi*, triviſſe labéllum cálamo. Quid Amyntas non faciébat, ut ſciret hæc eádem *a me?* Eſt mihi fíſtula, compácta ſeptem diſpáribus cicútis, quam *fiſtulam* Damœtas olim dedit mihi dono, et móriens dixit *mihi*; Nunc iſta *fiſtula* habet te ſecúndum *Dóminum*. Damœtas dixit *hoc:* ſtultus Amyntas invídit *mihi*. Prætéreà duo capréoli, repérti mihi nec tutâ valle, étiam nunc péllibus ſparſis albo, ſiccant bina úbera ovis, *i. e. capræ*, die: quos *capréolos ego* ſervo tibi. Jampridem Théſtylis orat abdúcere illos à me: et fáciet, quóniam noſtra múnera ſordent tibi. Ades huc, ô formóſe puer; ecce Nymphæ ferunt lília tibi plenis cálathis: cándida Naïs, carpens palléntes víolas et ſumma papávera tibi, jungit Narciſſum et florem benè oléntis anéthi.

(a) *Hypallage.* (b) *Metonymia.*

Tum

Tum caſiâ atque aliis intexens ſuavibus herbis, *l*
Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ. *l*
Ipſe ego cana legam tenerâ lanugine mala, *k*
Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis amabat. *i*
Addam cerea pruna: et honos erit huic quoque pomo. *p*
Et vos, ô lauri, carpam, et te proxima myrte; *a*
Sic poſitæ quoniam ſuaves miſcetis odores. *l*
Ruſticus es, Corydon, nec munera curat Alexis: *q*
Nec, ſi muneribus certes, concedat Iolas. *f*
(a) Eheu! quid volui miſero mihi? floribus (b) auſtrum *d*
Perditus, et liquidis immiſi fontibus apros. *l*
Quem fugis, ah, demens? habitârunt Dî quoque Sylvas, *p*
Dardaniuſque Paris. Pallas, quas condidit, arces *l*
Ipſa colat: nobis placeant ante omnia Sylvæ. *p*
Torva leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam: *i*
Florentem cytiſum ſequitur laſciva capella: *e*
Te Corydon, ô Alexi: trahit ſua quemque voluptas. *i*
Aſpice, aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci, *k*
(c) Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras: *a*
Me tamen urit amor: quis enim modus adſit amori? *i*
(d) Ah! Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit! *l*
Semiputata tibi frondosâ vitis in ulmo eſt. *l*

ORDO.

Tum intéxens *illos flores* caſiâ atque áliis ſuávibus herbis, pingit móllia vaccínia lutéolâ calthâ. Ego ipſe legam cana mala ténerâ lanúgine, caſtaneáſque nuces, quas mea Amaryllis amábat. Addam cérea pruna: et honos erit huic pomo quoque. Et carpam vos, ô lauri, et te, myrte próxima *lauris*; quóniam *vos* ſic póſitæ miſcétis ſuaves odóres. Córydon, es rúſticus, nec Aléxis curat *tua* múnera: nec Iólas concédat *tibi*, ſi certes munéribus. Eheu! quid vólui mihi míſero? *ego* pérditus immíſi auſtrum flóribus, et apros líquidis fóntibus. Ah, demens, quem fugis? Dii quoque Dardaniúſque Paris habitavérunt Sylvas. Pallas ipſa colat arces quas condidit: Sylvæ pláceant nobis ante ómnia. Torva leæna ſéquitur lupum, lupus ipſe *ſequitur* capéllam: laſcíva capélla ſéquitur florémtem cytiſum: Córydon *ſequitur* te, ô Aléxi: ſua volúptas trahit quemque. Aſpice, juvénci réferunt arátra ſuſpénſa jugo, et ſol decédens dúplicat creſcéntes umbras: tamen amor urit me: enim quis modus adſit amóri? Ah, Córydon, Córydon, quæ deméntia cepit te! Eſt tibi ſemiputáta vitis in frondósâ ulmo.

(a) *Ecphon.* (b) *Synecdoche.* (c) *Periphraſis.* (d) *Epiz.*

Quin

Quin tu aliquid ſaltem potiùs, quorum indiget uſus, *p*
Viminibus, mollique paras detexere junco? *p*
Invenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis. *l*

ORDO.

Quin tu pótiùs paras detéxere áliquid ſaltem, quorum uſus índiget, viminibus mollíque junco? invénies álium, ſi hic Aléxis, faſtídit te.

ECLOGA III.

Menalcas, Damœtas, Palæmon.

M. DIC mihi, Damœta, cujum pecus? an Melibœi? *n*
D. Non, verùm Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon. *b*
M. Infelix ô ſemper oves pecus: ipſe Neæram *c*
Dum (a) fovet, ac, ne me ſibi præferat illa, veretur; *o*
Hic alienus oves cuſtos bis mulget in horâ: *l*
Et ſuccus pecori, et lac ſubducitur agnis. *f*
D. Parciùs iſta viris tamen objicienda memento: *i*
Novimus et qui (b) te, (c) tranſverſa tuentibus hircis, *n*
Et quo, ſed faciles nymphæ riſêre, ſacello. *f*
M. Tum credo, cùm (d) me arbuſtum vidêre Myconis, *a*
Atque malâ vites incidere falce novellas. *n*
D. Aut hìc ad veteres fagos, cùm Daphnidis arcum *f*
Fregiſti et calamos: quæ tu, perverſe Menalca, *f*
Et cùm vidiſti puero donata, dolebas; *g*
Et, ſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes. *e*

ORDO.

Me. Damœta, dic mihi cujum pecus *eſt?* an *eſt* Melibœi? *Da.* Non, verùm *eſt* Ægonis: Ægon trádidit *illud* mihi nuper. *Me.* O oves, ſemper infélix pecus! dum *Ægon* ipſe fovet Neæram, ac verétur ne illa præferat me ſibi; hic aliénus cuſtos mulget oves bis in horâ: et ſuccus ſubdúcitur pécori, et lac *ſubdúcitur* agnis. *Da.* Tamen meménto iſta objicienda viris parciùs: et nóvimus qui *corrúperint* te hircis tuéntibus tranſvérſâ, et quo ſacéllo, ſed fáciles nymphæ riſére. *Me.* Credo *fuíſſe* tum, cùm *illæ* vidêre me incídere arbúſtum Mycónis, atque *ejus* novéllas vites malâ falce. *Da.* Aut hìc ad véteres fagos, quum fregiſti arcum et cálamos Dáphnidis, quæ tu, pervérſe Menálca, cùm vidiſti donáta púero, et doléba:, et eſſes mórtuus, ſi non nocuíſſes *ei* áliquâ.

(a) *Metaphora.* (b) *Ellipſis.* (c) *Hellen.* (d) *Ironia.*

M. Quid domini facient, audent cùm talia fures? *l*
Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum *m*
Excipere inſidiis, multùm latrante Lyciſca? *l*
Et cùm clamarem; quò nunc ſe proripſit ille? *a*
Tityre, coge pecus: tu poſt carecta latebas. *l*
D. An mihi cantando victus non redderet ille, *m*
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum? *k*
Si neſcis, meus ille caper fuit: et mihi Damon *d*
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat. *n*
M. Cantando (a) tu illum? aut unquam tibi fiſtula cerâ *b*
Juncta fuit? non tu in triviis, indocte, ſolebas *p*
Stridenti miſerum (b) ſtipulâ diſperdere carmen? *e*
D. Vis ergo inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim *b*
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuſes, *k*
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) *n*
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes. *a*
M. De grege non auſim quicquam deponere tecum: *m*
Eſt mihi namque domi pater, eſt injuſta noverca: *k*
Biſque die numerant ambo pecus, alter et hœdos: *q*
Verùm id, quod multò tute ipſe fatebere majus, *b*
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam *d*
Fagina, cœlatum divini opus Alcimedontis: *n*

ORDO.

Me. Quid dómini *ipſi* fácient, cùm *ſervi* fures audent tália? *an* non ego vidi te, péſſime, excípere caprum Damónis inſídiis, Lyciſca latránte multùm? et cùm *ego* clamárem; quò nunc ille *fur* próripit ſe? Títyre, coge *tuum* pecus: tu latébas poſt carécta. *Da.* An non ille, victus cantándo, rédderet mihi caprum, quem mea fíſtula meruíſſet carmínibus? ſi neſcis, ille caper fuit meus: et Damon ipſe fatebátur *id*, ſed negábat *ſe* poſſe reddere *eum*. *Me.* Tu *vicíſti* illum cantándo? aut unquam fuit tibi fiſtula juncta cerâ? *an* non tu, indócte, ſolébas diſpérdere míſerum carmen ſtridénti ſtípulâ in tríviis? *Da.* Vis ergò *ut* viciſſim experiámur inter nos, quid utérque poſſit? ego depóno hanc vítulam (ne fortè recúſes *eam*, bis *die* venit ad mulctram, alit binos fœtus úbere:) tu dic, quo pignore certes mecum. *Me.* Non auſim depónere quicquam de grege tecum: namque eſt mihi pater domi, eſt injúſta novérca: biſque die ambo númerant pecus, et alter *númerat* hœdos: verùm, quóniam libet tibi inſanire, ponam id, quod tute ipſe fatébere *eſſe* majus *pignus*, *ſcilicet*, *duo* fagina pócula, cœlátum opus divíni Alcimedóntis:

(a) *Ellipſis.* (b) *Synecdoche.*

Lenta

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis, o
Diffuſos hederâ veſtit pallente corymbos. f
In medio duo ſigna, Conon: et quis fuit alter, k
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem, f
Tempora quæ meſſor, quæ curvus arator haberet? n
(a) Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo. a
D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, c
Et molli (b) circum eſt anſas amplexus acantho; a
Orpheaque in medio poſuit, ſylvaſque ſequentes. k
(a) Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo. a
Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. p
M. Nunquam hodie effugies: veniam quòcunque
(c) vocâris: k
Audiat hæc tantùm vel qui venit: ecce Palæmon: n
Efficiam, poſthac ne quemquam voce laceſſas. m
D. Quin age, ſi quid habes: in me mora non erit ulla, q
Nec quemquam fugio: tantùm, vicine Palæmon, f
Senſibus hæc imis (res eſt non parva) reponas. m
P. Dicite: quandoquidem in molli conſedimus herbâ: l
Et nunc omnis ager, nunc omnis (d) parturit arbos: f
Nunc frondent ſylvæ, nunc formoſiſſimus (e) annus. a
Incipe, Damœta, tu deinde ſequêre Menalca. n

ORDO.

in quibus *póculis* lenta vitis, ſuperáddita fácili torno, veſtit diffúſos corymbos palléntе héderâ. In médio *ſunt* duo ſigna, Conon: et quis ſuit alter, qui deſcripſit totum orbem géntibus rádio, quæ témpora meſſor, quæ *témpora* curvus arátor habéret? necdum admóvi *mea* labra illis, ſed ſervo *illa* cóndita. *Da.* Et idem Alcimedon fecit duo pócula nobis, et eſt circumampléxus anſas *eórum* molli acántho; poſuítque Orphea in médio, ſylváſque ſequéntes *eum*. Necdum admóvi *mea* labra illis, ſed ſervo *illa* cóndita. Si ſpectes ad vítulam, eſt nihil *propter* quod laudes pócula. *Me.* Nunquam effúgies *certámen* hódie: véniam quocúnque vocáveris *me*. Tantùm vel *ille* qui venit aúdiat hæc: ecce Palæmon: efficiam, ne lacéſſas quemquam voce poſthac. *Da.* Quin age, ſi habes quid; non erit ulla mora in me: nec fúgio quemquam: tantùm, vicíne Palæmon, repónas hæc imis ſénſibus *mentis* (res non eſt parva.) *Pa.* Dícite: quandóquidem conſédimus in molli herbâ: et nunc omnis ager, nunc omnis arbos párturit: nunc ſylvæ frondent, nunc annus *eſt* formoſíſſimus. Incipe, Damœta, tu deínde ſequére, Menálca.

(a) *Hypallage.* (b) *Tmeſis.* (c) *Syncope.* (d) *Metaphora.* (e) *Synecdoche.*

Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ. g
D. Ab Jove principium, Muſæ: Jovis omnia plena: q
Ille colit terras; illi mea carmina curæ. n
M. Et me Phœbus amat: Phœbo ſua ſemper apud me h
Munera ſunt, lauri, et (a) ſuavè rubens hyacinthus. m
D. Malo me Galatea petit, laſciva puella, e
Et fugit ad ſalices, et ſe cupit antè videri. q
M. At mihi ſeſe offert ultro meus (b) ignis, Amyntas; n
Notior ut jam ſit canibus non Delia noſtris. p
D. Parta meæ Veneri ſunt munera: namque notavi q
Ipſe locum, aëriæ quo congeſsêre palumbes. l
M. Quod potui, puero ſylveſtri ex arbore lecta, l
Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. l
D. O quoties, et quæ nobis Galatea locuta eſt! n
Partem aliquam venti Divûm referatis ad aures. n
M. Quid prodeſt, quòd me ipſe animo non ſpernis, Amynta, g
Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo? c
D. Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola: k
Cùm faciam (c) vitulâ pro frugibus, ipſe venito. q
M. Phyllida amo ante alias: nam me diſcedere flevit; l
Et, longum formoſe vale, vale, inquit, Iola. c

O R D O.

Dicétis altérnis *Amœbæis:* Camœnæ amant altérna *cármina.* *Da.* Muſæ, principium *ſit* á Jove: ómnia *ſunt* plena Jovis: ille colit terras; mea cármina *ſunt* illi curæ. *Me.* Et Phœbus amat me: ſunt Phœbo ſemper apud me ſua múnera, lauri, et ſuavè rubens hyacinthus. *Da.* Galatéa, laſcíva puélla, petit me malo, et fugit ad ſálices, et cupit ſe vidéri *à me* antè *quàm fugiat.* *Me.* At meus ignis Amyntas offert ſeſe mihi ultro; ut non Délia ſit nótior noſtris cánibus. *Da.* Múnera ſunt parta meæ Véneri, *i. e. amícæ:* namque *ego* ipſe notávi locum, *in* quo aëriæ palúmbes congeſſére *nidaménta.* *Me.* *Ego* miſi decem aúrea mala púero *Amyntæ,* lecta ex ſylveſtri árbore, quod *unum* pótui *fácere:* cras mittam áltera. *Da.* O quóties, et quæ *verba* Galatéa eſt locúta nobis! *vos* venti referátis áliquam partem *eórum* ad aures Divórum. *Me.* Quid prodeſt *mihi,* Amynta, quòd *tu* ipſe non ſpernis me ánimo, ſi ego ſervo rétia, dum tu ſectáris apros? *Da.* Iola, mitte Phyllida mihi, eſt meus natális *dies:* cùm fáciam *ſacra* vitulâ pro frúgibus, *tu* ipſe venito. *Me.* Iola, amo Phyllida ante álias *fœminas:* nam flevit me diſcédere; et inquit longum *tempus,* formóſe *Menálca,* vale, vale.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metaphora.* (c) *Elleipſis.*

D. (a) Triſte

D. (a) Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres, *l*
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. *n*
M. (a) Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis, *m*
Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. *o*
D. Pollio amat noſtram, quamvis ſit ruſtica, muſam: *m*
(b) Piërides vitulam lectori paſcite veſtro. *l*
M. Pollio et ipſe facit nova carmina: paſcite taurum, *i*
Jam cornu petat, et pedibus qui ſpargat arenam. *e*
D. Qui te, Pollio, amat, veniat, quò te quoque gaudet: *e*
Mella fluant illi, ferat et rubus aſper amomum. *o*
M. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi; *o*
Atque idem jungat (c) vulpes, et mulgeat hircos. *a*
D. Qui legitis flores, et humi naſcentia fraga; *p*
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herbâ. *i*
M. Parcite oves nimiùm procedere: non bene ripæ *q*
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. *k*
D. Tityre, paſcentes à flumine (d) reîce capellas: *n*
Ipſe, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo. *l*
M. Cogite oves pueri; ſi lac præceperit æſtus, *l*
Ut nuper, fruſtra preſſabimus ubera palmis. *b*
D. (e) Eheu! quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo! *c*
Idem amor exitium eſt pecori, pecoriſque magiſtro. *i*

ORDO.

Da. Lupus *eſt* triſte ſtábulis, imbres *ſunt* matúris frúgibus, venti *ſunt* arbóribus, iræ Amaryllidis *ſunt triſte* nobis. *Me.* Humor *eſt* dulce ſatis, árbutus *eſt* depúlſis hœdis, lenta ſalix *eſt* fœto pécori, Amyntas ſolus *eſt dulce* mihi. *Da.* Póllio amat noſtram muſam, quamvis ſit rúſtica: Piérides, páſcite vítulam veſtro lectóri. *Me.* Et Póllio ipſe facit nova cármina: páſcite *illi* taurum, *qui* jam petat cornu, et qui ſpargat arénam pédibus. *Da.* Qui amat te, Póllio, véniat, quò gaudet te quoque *veníſſe:* mella fluant illi, et aſper rubus ferat amómum. *Me.* Qui non odit Bávium *poëtam* amet tua cármina, Mævi; atque idem jungat vulpes *jugo*, et múlgeat hircos. *Da.* O púeri, qui légitis flores, et fraga naſcéntia humi, fúgite hinc; frígidus anguis latet in herbâ. *Me.* Oves, párcite procédere nimiùm: non créditur bene ripæ: étiam áries ipſe nunc ſiccat véllera. *Da.* Títyre, reíce paſcentes capéllas à flúmine: *ego* ipſe lavábo omnes in fonte, ubi erit tempus. *Me.* Púeri, cógite oves *in óvile:* ſi æſtus præcéperit lac, ut nuper, fruſtra preſſábimus úbera *eárum* palmis. *Da.* Eheu, quàm macer taurus eſt mihi in pingui arvo! idem amor eſt exítium pécori, magiſtróque pécoris.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Anton.* (c) *Aſteiſ.* (d) *Sync.* (e) *Ecphon.*

M. His

M. His certè neque amor cauſa eſt: vix oſſibus hærent: *f*
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. *i*
D. Dic, quibus in terris (et eris mihi magnus Apollo) *o*
Tres pateat cœli ſpatium non ampliùs ulnas. *p*
M. Dic, quibus in terris inſcripti nomina regum *m*
Naſcantur flores, et Phyllida ſolus habeto. *b*
P. Non noſtrum inter vos tantas componere lites. *a*
Et vitulâ tu dignus, et hic; et quiſquis amores *p*
Aut metuet dulces, aut experietur amaros. *n*
(a) Claudite jam rivos pueri, ſat prata biberunt. *p*

O R D O.

Me. Certè neque amor eſt cauſa his *meis óvibus cur ſunt macræ:* vix hærent óſſibus. Néſcio quis óculus fáſcinat téneros agnos mihi. *Da.* Dic in quibus terris, ſpátium cœli páteat tres ulnas, *et* non ámpliùs, et eris magnus Apóllo mihi. *Me. Tu* dic, in quibus terris flores naſcántur, inſcrípti *quoad* nómina regum, et *tu* ſolus habéto Phyllida. *Pa.* Non eſt noſtrum compónere tantas lites inter vos. Et tu *es* dignus vítulâ, et hic; et quiſquis aut métuet dulces, aut experiétur amáros amóres. Jam, púeri, claúdite rivos, prata bibérunt ſat.

(a) *Allegoria.*

ECLOGA IV.

Pollio.

SIcelides muſæ, paulò majora canamus. *m*
Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricæ. *c*
Si canimus ſylvas, ſylvæ ſint conſule dignæ. *m*
Ultima Cumæi venit jam carminis ætas. *m*
Magnus ab integro (a) ſec'lorum naſcitur ordo: *m*
Jam redit et virgo; redeunt Saturnia regna: *p*
Jam nova progenies cœlo demittitur alto. *l*

O R D O.

Muſæ Sicélides, canámus paulò majóra *cármina.* Arbúſta, humiléſque myrícæ non juvant omnes. Si cánimus ſylvas, ſylvæ ſint dignæ cónſule. Jam última ætas Cumæi cárminis venit: *jam* magnus ordo ſeculórum náſcitnr ab íntegro. Et jam virgo *Aſtræa* redit; Satúrnia regna rédeunt: jam nova progénies demíttitur alto cœlo.

(a) *Syncope.*

Tu

Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primùm p
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo, m
Caſta fave Lucina: tuus jam regnat Apollo. p
Teque adeò decus hoc ævi, te conſule, inibit l
Pollio: et incipient magni procedere menſes. k
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri, l
Irrita perpetuâ ſolvent formidine terras. l
Ille (a) Deûm vitam accipiet, Diviſque videbit p
Permiſtos heroas, et ipſe videbitur illis: b
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem. e
At tibi prima, puer, nullo munuſcula cultu, l
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus, ſ
Miſtaque (b) ridenti colocaſia fundet acantho. o
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ e
Ubera: nec magnos metuent armenta leones. p
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores: m
Occidet et ſerpens, et fallax herba veneni m
Occidet: Aſſyrium vulgò naſcetur amomum. l
At ſimul heroum laudes, et facta parentis m
Jam legere, et quæ ſit poteris cognoſcere virtus: p
Molli paulatim flaveſcet campus (c) ariſtâ, a
Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva; ſ
Et duræ quercus ſudabunt (b) roſcida mella. a

ORDO.

Tu modò, caſta *Juno* Lucína, fave naſcénti púero, *ſub* quo férrea *gens* primùm déſinet, ac aúrea gens ſurget *in* toto mundo: jam tuus Apóllo regnat. Adcóque hoc decus ævi inibit, te, Póllio, te cónſule: et magni menſes incípiunt procédere. Te duce, ſi qua veſtígia noſtri ſcéleris manent, *illa* árrita, *i. e. deléta* ſolvent terras perpétuâ formídine. Ille *puer* accípiet vitam Deórum, videbítque heróas permíſtos Divis, et ipſe vidébitur illis: regétque pacátum orbem pátriis virtútibus. At tellus *fundet* prima munúſcula tibi, puer, nullo cultu, errántes héderas paſſim cum báccare, fundétque colocáſia miſta ridénti acántho. Capéllæ ipſæ réferent úbera domum, diſténta lacte: nec arménta métuent magnos leónes. Cunábula ipſa fundent blandos flores tibi: et ſerpens óccidet, et fallax herba venéni óccidet: Aſſyrium amómum naſcétur vulgò. At ſimul póteris jam légere laudes heróum, et facta *tui* paréntis, et cognóſcere quæ virtus ſit: *tunc* campus flavéſcet paulátim molli ariſtâ, rubénſque uva pendébit incúltis ſéntibus; et duræ quercus ſudábunt róſcida mella.

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.* (c) *Metalepſis.*

Pauca

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis, *l*
Quæ tentare (a) Thetin ratibus, quæ cingere muris *e*
Oppida, quæ jubeant telluri infindere ſulcos. *l*
Alter erit tum Tiphys, et altera quæ vehat Argo *o*
Delectos heroas: erunt etiam altera bella: *c*
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles. *m*
Hinc, ubi jam firmata virum te fecerit ætas, *p*
Cedet et ipſe mari vector; nec nautica (a) pinus *l*
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. *b*
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem: *e*
Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvet arator. *b*
Nec varios diſcet mentiri lana colores: *m*
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuavè rubenti *p*
Murice, jam croceo mutabit vellera luto. *l*
Sponte ſuâ ſandyx paſcentes veſtiet agnos. *m*
Talia (b) ſæc'la, ſuis dixerunt, currite, fuſis, *l*
Concordes ſtabili fatorum numine (c) Parcæ. *ſ*
Aggredere ô magnos (aderit jam tempus) honores, *p*
Cara (b) Deûm ſoboles, magnum Jovis incrementum.* *q*
Aſpice convexo nutantem pondere mundum, *m*
Terraſque, tractuſque maris, cœlumq; profundum: *g*
Aſpice, venturo lætentur ut omnia ſæc'lo. *n*
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ, *p*

ORDO.

Tamen pauca veſtígia priſcæ fraudis ſúberunt, quæ *júbeant hómines* tentáre Thetin rátibus, quæ *júbeant* cingere óppida muris, quæ júbeant infíndere ſulcos tellúri. Tum erit alter Tiphys *gubernátor*, et áltera *navis* Argo, quæ vehat deléctos heróas: étiam áltera bella erunt: atque magnus Achílles mittétur íterum ad Trojam. Hinc, ubi jam firmáta ætas fécerit te virum, et vector ipſe cedet mari; nec naútica pinus mutábit merces: omnis tellus feret ómnia. Non humus patiétur raſtros, non vínea *patiétur* falcem: jam quoque robúſtus arátor ſolvet juga tauris: nec lana diſcet mentíri vários colóres: ſed áries ipſe, in pratis, mutábit *ſua* véllera, jam ſuavè rubénti múrice, jam cróceo luto. Sandyx véſtiet paſcéntes agnos ſuâ ſponte. *Soróres* Parcæ, concórdes ſtábili númine fatórum, dixérunt ſuis fuſis, *ô* tália ſæcula cúrrite. O cara ſóboles Deórum, magnum increméntum Jovis, aggrédere magnos honóres, jam tempus áderit. Aſpice mundum convéxo póndere nutántem, terráſque, tractúſque maris, profundúmque cœlum: áſpice, ut ómnia læténtur *hoc aúreo* ſæculo ventúro. O *útinam* última pars tam longæ vitæ máneat mihi,

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.* (c) *Antiphraſis.*

Spiritus

Spiritus, et quantum ſat erit tua dicere facta! o
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus, f
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adſit m
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. k
Pan Deus Arcadiâ mecum ſi judice certet, l
Pan etiam Arcadiâ dicat ſe judice victum. l
Incipe, parve puer, riſu cognoſcere matrem: l
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. e
Incipe, parve puer: cui non riſêre parentes, l
Nec Deus hunc menſâ, Dea nec dignata cubili eſt. p

ORDO.

ſpíritus, et *tantum ingénii* quantum erit ſat dícere tua facta! non *quivis* vincet me carmínibus, nec Thrácius Orpheus, nec Linus: quamvis mater Calliopéa adfit huic Orphei, atque pater formóſus Apóllo *adſit* huic Lino. Si étiam *Deus* Pan *ipſe* certet mecum Arcádiâ júdice, étiam Pan *ipſe* dicat ſe *eſſe* victum Arcádiâ júdice. Parve puer, íncipe cognóſcere matrem *tuo* riſu: decem menſes tulérunt longa faſtídia *tuæ* matri. Incipe, parve puer: cui *púero* paréntes non riſére, nec Deus *eſt dignátus* hunc menſâ, nec Dea eſt dignáta *hunc* cubíli.

ECLOGA V.

Menalcas, Mopſus.

Me. CUR non, Mopſe, (boni quoniam convenimus ambo, e
Tu calamos inflare leves, ego dicere verſus) o
Hìc corylis mixtas inter conſedimus ulmos? m
Mo. Tu major: tibi me eſt æquum parere, Menalca: f
Sive ſub incertas Zephyris motantibus umbras, p
Sive antro potiùs ſuccedimus: aſpice, ut antrum h
Sylveſtris raris ſparſit labruſca racemis. a

ORDO.

Me. Mopſe, quóniam *nos* convénimus, ambo boni, *i. e. períti*, tu infláre leves cálamos, ego dícere verſus, cur non conſédimus hìc inter ulmos mixtas córylis? *Mo.* Tu *es* major *natu:* eſt æquum me parére tibi, Menálca: ſive ſub incértas umbras Zéphyris motántibus *eas*, ſive pótiùs ſuccédimus antro: áſpice ut ſylvéſtris labrúſca ſparſit antrum raris racémis.

Me. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. *n*
Mo. Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? *b*
Mo. Incipe, Mopſe, prior, ſi quos aut Phyllidis
(a) ignes, *l*
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri. *f*
Incipe: paſcentes ſervabit Tityrus hœdos. *m*
Mo. Imò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi *f*
Carmina deſcripſi, et modulans alterna notavi, *p*
Experiar: tu deinde jubeto certet Amyntas. *p*
Me. Lenta ſalix quantùm pallenti cedit olivæ, *m*
Puniceis humilis quantùm ſaliunca roſetis; *q*
Judicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas. *n*
Mo. Sed tu deſine plura, puer: ſucceſſimus antro. *e*
Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim *a*
Flebant: vos coryli teſtes, et flumina nymphis, *f*
Cùm complexa ſui corpus miſerabile nati, *b*
Atque Deos atque aſtra vocat crudelia mater. *p*
Non ulli paſtos illis egêre diebus *a*
Frigida, Daphni, boves ad flumina: nulla neque amnem *q*
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *h*
Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones *o*
Interitum, monteſque feri ſylvæque loquuntur. *p*

O R D O.

Me. In noſtris móntibus Amyntas ſolus certet tibi, *i. e. tecum.* *Mo.* Quìd ſi idem *Amyntas* certet ſuperáre Phœbum canéndo? *Me.* Mopſe, *tu* prior íncipe, ſi habes aut quos ignes, *i. e. amóres* Phyllidis, aut laudes Alcónis, aut jûrgia Codri. Incipe: Títyrus ſervábit paſcéntes hœdos. *Mo.* Imò *pótius* experiar hæc *cármina*, quæ cármina deſcripſi nuper in víridi cortice fagi, et módulans notávi *ea* altérna: deínde tu jubéto *ut* Amyntas certet *mecum*. *Me.* Quantùm lenta ſalix cedit pallénti olívæ, quantùm húmilis ſaliúnca *cedit* puníceis roſétis; tantùm Amyntas cedit tibi noſtro judício. *Mo.* Sed, puer, tu défine *loqui* plura *verba*: ſucceſſimus antro. Nymphæ flebant Daphnim extínctum crudéli fúnere: vos córyli et flúmina *eſtis* teſtes nymphis, cùm mater compléxa miſerábile corpus ſui nati, vocat atque Deos atque aſtra crudélia. Daphni, non ulli *paſtóres* egére paſtos boves ad frígida flúmina illis diébus: nulla quádrupes neque libávit amnem, nec áttigit herbam gráminis. Daphni, ſeríque montes ſylvæque loquúntur, étiam Pœnos leónes ingemuíſſe tuum intéritum.

(a) *Metaphora.*

Daphnis

Daphnis et Armenias (a) curru ſubjungere tigres *l*
Inſtituit: Daphnis Thiaſos inducere Baccho, *p*
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas. *n*
Vitis ut arboribus decori eſt, ut vitibus uvæ, *k*
Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus arvis; *p*
Tu decus omne tuis: poſtquam te fata tulerunt, *l*
Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo. *n*
Grandia ſæpe quibus mandavimus hordea ſulcis, *q*
Infelix lolium, et ſteriles dominantur avenæ. *d*
Pro molli violâ, pro purpureo narciſſo, * *h*
Carduus, et ſpinis ſurgit paliurus acutis. *n*
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras, *q*
Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis. *c*
Et tumulum facite, et tumulo ſuperaddite carmen. *i*
Daphnis ego in ſylvis, hinc uſque ad ſidera notus, *m*
Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. *f*
Me. Tale tuum carmen nobis, Divine poeta, *m*
Quale ſopor feſſis in gramine; quale per æſtum *n*
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo. *k*
Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed voce magiſtrum. *p*
Fortunate, puer tu nunc eris alter ab illo. *h*
Nos tamen hæc, quocunque modo, tibi noſtra viciſſim *o*
Dicemus, Daphnimque tuum tollemus ad aſtra: *g*

ORDO.

Daphnis et inſtituit ſubjúngere Arménias tigres cúrrui: Daphnis *inſtituit* indúcere Thíaſos Baccho, et intéxere lentas haſtas móllibus fóliis. Ut vitis eſt décori arbóribus, ut uvæ vítibus, ut tauri grégibus, ut ſégetes pinguibus arvis; tu *es* omne decus tuis: poſtquam fata *abs*-tuléruntte, *Dea* pales ipſa, atque Apóllo ipſe relíquit agros. Sæpe, quibus ſulcis mandávimus grándia hórdea, infélix lólium, et ſtériles avénæ dominántur *his*. Pro molli víolâ, pro purpúreo narcíſſo, cárduus et paliúrus ſurgit acútis ſpinis. Paſtóres, ſpárgite humum fóliis, *et* indúcite umbras fóntibus: Daphnis mandat tália fíeri ſibi. Et fácite túmulum *illi*, et ſuperáddite *hoc* carmen túmulo: *viz.* ego Daphnis *jáceo hìc*, notus in ſylvis, hinc uſque ad ſídera, cuſtos formóſi pécoris, ipſe formóſior. *Me.* Divíne poéta, tuum carmen *eſt* tale nobis, quale ſopor *eſt* feſſis in grámine, quale reſtínguere ſitim ſaliénte rivo dulcis aquæ. Nec æquíparas magíſtrum cálamis ſolùm, ſed *étiam* voce. Fortunáte puer, nunc tu eris alter ab illo. Tamen nos dicémus hæc noſtra *cármina* tibi vicíſſim, tollemúſque tuum Daphnim ad aſtra:

(a) *Apocope.*

Daphnin ad aſtra feremus: amavit nos quoque Daphnis. *k*
Mo. An quicquam nobis tali ſit munere majus? *a*
Et puer ipſe fuit cantari dignus; et iſta *l*
Jampridem Stimichon laudavit carmina nobis. *f*
Me. Candidus inſuetum miratur (a) limen Olympi, *m*
Sub pedibuſque videt nubes et ſidera Daphnis. *l*
Ergo alacris (b) ſylvas et cætera (b) rura voluptas *n*
Panaque, paſtoreſque tenet, Dryadaſque puellas. *o*
Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis *k*
Ulla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis. *i*
Ipſi lætitiâ voces ad ſidera jactant *f*
Intonſi (b) montes: ipſæ jam carmina (b) rupes, *a*
Ipſa ſonant (b) arbuſta: Deus, Deus ille, Menalca. *o*
Sis bonus, ô felixque tuis! en quatuor aras: *p*
Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo. *k*
Pocula bina novo ſpumantia lacte quotannis, *q*
Crateraſque duos ſtatuam tibi pinguis olivæ. *d*
Et multo imprimis hilarans convivia (c) Baccho, *g*
Ante focum, ſi frigus erit; ſi (a) meſſis, in umbrâ, *p*
Vina novum fundam calathis Arviſia nectar. *p*
Cantabunt mihi Damœtas, et Lyctius Ægon: *f*
Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus. *d*

ORDO.

ferémus Daphnin ad aſtra: Daphnis amávit nos quoque. *Mo.* An quicquam ſit majus nobis tali múnere? et puer ipſe fuit dignus cantári; et jampridem Stimichon laudávit iſta *tua* cármina nobis. *Me. Nunc* Daphnis, cándidus, mirátur inſuétum limen Olympi, vidétque nubes et ſidera ſub pédibus. Ergo álacris volúptas tenet ſylvas, et cætera rura, Panáque, paſtoréſque, puelláſque Dryadas. Nec lupus *meditátur* inſídias pécori, nec ulla rétia meditántur dolum cervis: bonus Daphnis amat ótia. Intónſi montes ipſi jactant voces ad ſídera lætítiâ: jam rupes ipſæ *modulántur* cármina, *jam* arbúſta ipſa ſonant *hoc:* Menálca, *ille eſt* Deus, ille *eſt* Deus. *Daphni*, ô ſis bonus, felíxque tuis! en *áſpice* quátuor aras: ecce duas tibi, Daphni, duóque altária Phœbo. Státuam bina pócula ſpumántia novo lacte quotánnis, duóſque cratéras pinguis olívæ tibi. Et imprímis hílarans convívia multo Baccho, ante ſocum, ſi erit frigus; ſi *erit* meſſis, in umbrâ, fundam Arvíſia vina, novum nectar *è* cálathis. Damœtas et Lyctius Ægon cantábunt mihi: Alpheſibœus imitábitur ſaltántes Sátyros.

(a) *Synec.* (b) *Proſop.* (c) *Meton.*

Hæc

Hæc tibi ſemper erunt, et cùm ſolennia vota *l*
Reddemus nymphis, et cùm luſtrabimus agros. *a*
Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit; *k*
Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ, *p*
Semper honos nomenque tuum laudeſque manebunt. *p*
Ut Baccho, Cererique, tibi ſic vota quotannis *c*
Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. *l*
Mo. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? *m*
Nam neque me tantùm venientis ſibilus Auſtri, *p*
Nec percuſſa juvant fluctu tam littora, nec quæ *f*
Saxoſas inter decurrunt flumina valles. *a*
Me. Hâc te nos fragili donabimus antè cicutâ. *b*
Hæc nos, formoſum Corydon ardebat Alexin: *g*
Hæc eadem docuit, Cujum pecus? an Melibœi? *q*
Mo. At tu ſume pedum, quod me, cùm ſæpe rogaret, *f*
Non tulit Antigenes, (et erat tùm dignus amari) *k*
Formoſum paribus nodis atque ære, Menalca. *f*

ORDO.

Hæc *ſacra* ſemper erunt tibi, et cùm reddémus ſolénnia vota nymphis, et cùm luſtrábimus agros. Dum aper *amábit* juga montis, dum piſcis amábit flúvios; dumque apes paſcéntur thymo, dum cicádæ *paſcéntur* rore, ſemper *tuus* honos, tuúmque nomen, laudéſque manébunt. Agrícolæ fácient vota tibi quotánnis ſic, ut Baccho Cererique: tu quoque damnábis *eos* votis *ſolvéndis*. *Mo.* Quæ, quæ dona reddam tibi pro tali cármine? nam neque ſíbilus veniéntis Auſtri *juvat* me tantùm, nec líttora percúſſa fluctu tam juvant *me*, nec flúmina, quæ decúrrunt inter ſaxóſas valles. *Me.* Nos donábimus te antè hac frágili cicútâ. Hæc *cicúta dócuit* nos *cánere*; Corydon ardébat formóſum Aléxin: hæc éadem *cicúta* dócuit *nos*, cujum *eſt* pecus? an *eſt* Melibœi? *Mo.* At, Menálca, tu ſume pedum, formóſum páribus nodis atque ære, quod Antígenes non tulit, *i. e. obtínuit*, cùm ſæpe rogáret me (et tum *ille* erat dignus amári.)

ECLOGA VI.

Silenus.

PRIMA Syracuſio dignata eſt ludere verſu *l*
Noſtra, nec erubuit ſylvas habitare Thalia. *q*
Cùm canerem reges et prælia, (a) Cynthius aurem *n*
Vellit, et admonuit: Paſtorem, Tityre, pingues *l*
Paſcere oportet oves, deductum dicere carmen. *l*
Nunc ego (namque (b) ſuper tibi erunt qui dicere laudes, *k*
Vare, tuas cupiant, et triſtia (c) condere bella) *q*
Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. *d*
Non injuſſa cano: ſi quis tamen hæc quoque, ſi quis, *b*
Captus amore leget: te noſtræ, Vare, myricæ, *l*
Te (d) nemus omne (d) canet: nec Phœbo gratior ulla eſt, *l*
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit (e) pagina nomen. *m*
Pergite (a) Piërides. Chromis at Mnaſylus in antro *k*
Silenum pueri ſomno vidêre jacentem, *f*
Inflatum heſterno (f) venas, ut ſemper, (g) Iaccho. *a*
Serta procùl tantùm capiti delapſa jacebant: *p*
Et gravis attritâ pendebat cantharus ansâ. *m*

ORDO.

Noſtra *muſa* Thalía prima eſt dignáta lúdere Syracúſio verſu, nec erúbuit habitáre ſylvas. Cùm cánerem reges et prælia, Cynthius *Apollo* vellit *meam* aurem, et admónuit *me ſic:* Tityre, opórtet paſtórem páſcere pingues oves, *et* dícere dedúctum, *i. e. ténue* carmen. Nunc ego meditábor agréſtem muſam ténui arúndine; (namque ſupérerunt tibi, Vare, qui cúpiant dícere tuas laudes, et cóndere, *i. e. deſcríbere tua* triſtia bella *carmínibus*. Non cano *cármina* injúſſa *à Phœbo:* tamen ſi quis, ſi quis captus amóre *ténuis* leget hæc quoque: Vare, noſtræ myrícæ *canent* te, omne nemus canet te: nec eſt ulla página grátior Phœbo, quàm *illa* quæ præſcrípſit nomen Vari ſibi. Piérides, pérgite. Chromis et Mnaſylus *duo púeri* vidére Silénum jacéntem ſomno in antro, inflátum *quoad* venas heſtérno Iaccho, *i. e. vino*, ut ſemper *eſt mos illi*. Serta, tantùm delápſa cápiti, jacébant procùl *ab illo:* et gravis cántharus pendébat attritâ ansâ.

(a) *Anton.* (b) *Tmeſis.* (c) *Metaph.* (d) *Proſop.* (e) *Synec.* (f) *Hellen.* (g) *Meton.*

Aggreſſi

Aggreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo — g
Luſerat) injiciunt ipſis ex vincula ſertis. — l
Addit ſe ſociam, timidiſque ſupervenit Ægle: — d
Ægle Naïadum pulcherrima: jamque videnti — b
Sanguineis frontem moris et tempora pingit. — m
Ille dolum ridens. Quò vincula nectitis? inquit. — n
Solvite me, pueri: ſatis eſt potuiſſe videri. — i
Carmina, quæ vultis, cognoſcite: carmina vobis; — n
Huic aliud mercedis erit: ſimul incipit ipſe. — o
Tum verò in numerum Faunoſque feraſque videres — b
Ludere; tum rigidas motare cacumina quercus. — q
Nec tantùm Phœbo gaudet Parnaſſia (a) rupes, — a
Nec tantùm (a) Rhodope miratur et (a) Iſmarus Orphea. — b
Namque canebat, utì magnum per inane coacta — q
Semina terrarumque, (b) animæque, mariſque fuiſſent, — o
Et liquidi ſimul ignis: ut his exordia primis — k
Omnia, et ipſe tener mundi concreverit orbis. — l
Tum durare ſolum, et diſcludere (c) Nerea ponto — b
Cœperit, et rerum paulatim ſumere formas. — m
Jamque novum ut terræ ſtupeant luceſcere ſolem, — p
Altiùs atque cadant ſubmotis nubibus imbres: — l

ORDO.

Púeri, aggréſſi *eum*, injíciunt *illi* víncula *facta* ex ſertis ipſis; (nam ſæpe ſenex *Silénus* lúſerat ambo ſpe cárminis.) Ægle addit ſe ſóciam *púeris*, ſupervenítque *iis* tímidis: Ægle *erat* pulchérrima Naïdum: pingítque frontem et témpora *ſeni* jam vidénti ſanguíneis moris. Ille, *Siléne*, ridens dolum, inquit; quò néctitis víncula? ſólvite me, púeri: eſt ſatis *me* potuíſſe vidéri *ſic vobis*. *Vos* cognóſcite cármina, quæ vultis: *ſunt* cármina vobis; erit áliud mercédis huic *Æglæ*: ſimul ipſe íncipit. Tum verò vidéres Faunóſque feráſque lúdere in númerum *cantûs*; tum *vidéres* rígidas quercus motáre cacúmina. Nec Parnáſſia rupes tantùm gaudet Phœbo, nec *mons* Rhódope et Iſmarus tantùm mirátur Orphea *canéntem*. Namque canébat, uti ſémina terrarúmque, animæque, *i. e. aëriſque*, maríſque, et ſimul líquidi ignis fuíſſent coácta per magnum ináne *ſpátium*: ut *ex* his primis ómnia exórdia, et tener orbis mundi ipſe concréverit. Tum *ut* ſolum cœperit duráre, et diſclúdere Nérea, *i. e. aquam* ponto, et ſúmere formas rerum paulátim. Jamque ut terræ ſtúpeant novum ſolem lucéſcere, atque *ut* imbres cadant núbibus ſubláti altiùs *à terrâ*:

(a) *Proſop.* (b) *Metaph.* (c) *Meton.*

Incipiant

Incipiant ſylvæ cùm primum ſurgere, cùmque *m*
Rara per ignotos errent animalia montes. *n*
Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna, *m*
Caucaſeaſque refert volucres, furtumque Promethei. *k*
His adjungit, Hylan nautæ quo fonte relictum *f*
(a) Clamâſſent: ut (b) littus, Hyla, Hyla, omne ſonaret. *g*
Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent, *a*
Paſiphaën nivei ſolatur amore juvenci. *q*
(c) Ah! virgo infelix, quæ te dementia cepit? *a*
(d) Prœtides implêrunt falſis mugitibus agros: *m*
At non tam turpes pecudum tamen ulla ſecuta eſt *c*
Concubitus, quamvis collo timuiſſet aratrum, *n*
Et ſæpe in levi quæſiſſet cornua fronte. *a*
(c) Ah! virgo infelix, tu nunc in montibus erras! *a*
Ille, latus niveum molli (e) fultus hyacintho, *l*
Ilice ſub nigrâ pallentes ruminat herbas: *n*
Aut aliquam in magno ſequitur grege. Claudite Nymphæ *o*
Dictææ nymphæ, nemorum jam (f) claudite ſaltus. *g*
Si quà fortè ferant oculis ſeſe obvia noſtris *e*
Errabunda bovis veſtigia: forſitan illum *b*
Aut herbâ captum viridi, aut armenta ſecutum, *g*
Perducant aliquæ ſtabula ad Gortynia vaccæ. *e*

ORDO.

cùm primùm ſylvæ incípiant ſúrgere, cùmque rara animália errent per ignótos montes. Hinc refert jactos lápides Pyrrhæ, Satúrnia regna, Caucaſeáſque vólucres, *ſcílicet vúltures*, furtúmque Prométhei. Adjúngit his, quo fonte nautæ clamavíſſent relíctum Hylan: ut omne littus ſonáret, Hyla, Hyla. Et ſolátur *regínam* Paſíphaën amóre nívei juvénci, fortunátam, ſi arménta nunquam fuíſſent. Ah, infélix virgo, quæ deméntia cepit te? Prœtides implevérunt agros falſis mugítibus: áttamen non ulla *eárum* eſt ſecúta tam turpes concúbitus pécudum, quamvis timuíſſet arátrum collo, et ſæpe quæſiviſſet córnua in levi fronte. Ah, infélix virgo, nunc tu erras in móntibus! ille *taurus*, fultus *quoad* niveum latus molli hyacíntho, rúminat palléntes herbas ſub nigrâ ílice: aut ſéquitur áliquam *vaccam* in magno grege. Nymphæ, dictéæ nymphæ, claúdite, jam claúdite ſaltus némorum: *ut videámus* ſi fortè quà errabúnda veſtigia bovis, óbvia, ferant ſeſe noſtris óculis: fórſitan áliquæ vaccæ perdúcant illum ad Gortynia ſtábula, aut captum viridi herbâ, aut ſecútum arménta.

(a) *Syncope.* (b) *Proſop.* (c) *Ecphon.* (d) *Anton.* (e) *Hellen.* (f) *Alleg.*

Tum

Tum canit Heſperidum miratam mala puellam : *l*
Tum (a) Phaëtontiadas muſco circumdat amaræ *l*
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos. *l*
Tum canit, errantem Permeſſi ad flumina Gallum *m*
Aonas in montes ut duxerit una ſororum : *n*
Utque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis : *p*
Ut Linus hæc illi divino carmine paſtor, *m*
Floribus atque apio crines (b) ornatus amaro, *l*
Dixerit ; hos tibi dant calamos (en accipe) muſæ, *k*
Aſcræo quos antè ſeni : quibus ille ſolebat *c*
Cantando rigidas deducere montibus ornos. *b*
His tibi Grynæi nemoris dictatur origo : *p*
Ne quis ſit (c) lucus, quo ſe plus jactet Apollo. *a*
Quid loquar, aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt, *m*
Candida (b) ſuccinctam latrantibus inguina monſtris *n*
Dulichias (d) vexâſſe rates, et gurgite in alto, *p*
Ah ! timidos nautas canibus (d) lacerâſſe marinis ? *o*
Aut ut mutatos Terei narraverit artus ? *g*
Quas illi Philomela dapes, quæ dona parârit ? *e*
Quo curſu deſerta petiverit, et quibus antè *c*
Infelix ſua (e) tecta ſupervolitaverit alis ? *d*

ORDO.

Tum canit puéllam miráram mala Heſpéridum : tum circúmdat Phaëtontíadas muſco amáræ córticis, atque érigit *eas* procéras alnos ſolo. Tum canit, ut una ſorórum *Muſárum* dúxerit Gallum errántem ad flúmina Perméſſi in Aónas, *i. e. Aónios* montes ; utque omnis chorus Phœbi aſſurréxerit viro : ut Linus paſtor, ornátus *quoad* crines flóribus atque amáro ápio, díxerit hæc illi divino cármine ; *Galle*, muſæ dant tibi hos cálamos, (en áccipe *eos*) quos *dederant* antè ſeni Aſcræo : quibus ille ſolébat dedúcere rígidas ornos móntibus cantándo. Orígo Grynæi némoris dicátur tibi, *i. e. à te*, his *cálamis* : ne ut quis lucus, *in* quo Apóllo jactat ſe plus. Quid loquar, *ut memoráverit*, aut Scyllam *fíliam* Niſi, quam, ſuccinctam *quoad* cándida inguina latrántibus monſtris, fama eſt ſecúta, vexaviſſe Dulichias, *i e. Ulyſſeas* rates, et, in alto gúrgite, ah ! laceraviſſe tímidos nautas marinis cánibus ? aut ut narráverit artus Térei *fuiſſe* mutátos *in úpupam ?* quas dapes, quæ dona Philomé a paráverit illi ? quo curſu *Tereus* petíverit deſérta, et quibus alis *ille* infélix ſupervolitáverit tecta ſua antè ?

(a) *Anton.* (b) *Hellen.* (c) *Antiph.* (d) *Syn.* (e) *Synecd.*

Omnia quæ, Phœbo quondam meditante, beatus *n*
Audiit Eurotas, juſſitque ediſcere lauros, *m*
Ille canit: pulſæ referunt ad ſidera valles: *p*
Cogere donec oves ſtabulis, numerumque referre *i*
Juſſit, et invito proceſſit Veſper Olympo. *m*

ORDO.

ille *Silénus* canit ómnia, quæ beátus *flúvius* Eurótas audívit Phœbo quondam meditánte, *i. e. canénte*, juſſitque lauros ediſcere: pulſæ valles réferunt *cármina* ad ſídera: donec Veſper juſſit *paſtóres* cógere oves ſtábulis, referréque número *eárum*, et proceſſit Olympo invito.

ECLOGA VII.

Melibœus, Corydon, Thyrſis.

M. FORTE ſub argutâ conſederat ilice Daphnis, *n*
Compulerantque greges Corydon et Thyrſis in unum: *k*
Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas. *l*
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo, *b*
Et cantare pares, et reſpondere parati. *f*
Hìc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos, *l*
(a) Vir gregis ipſe caper deërraverat: atque ego Daphnin *q*
Aſpicio: ille ubi me contrà videt; ociùs, inquit, *q*
Huc ades, ô Melibœe: caper tibi ſalvus, et hœdi; *i*
Et, ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbrâ. *c*
Huc ipſi potum venient per prata juvenci: *g*
Hìc viridis tenerâ prætexit arundine ripas *q*
Mincius, èque ſacrâ reſonant examina quercu. *k*

ORDO.

Me. Fortè Daphnis conſéderat ſub argútâ ílice, Corydónque et Thyrſis compúlerant greges in unum: Thyrſis *compúlerat* oves, Córydon *compúlerat* capéllas dilléntas lacte. Ambo floréntes ætátibus, ambo Arcades, et pares cantáre, et paráti reſpondére. Hìc caper ipſe, vir gregis, deerráverat mihi, dum defendo téneras myrtos à frigore: atque ego aſpício Daphnin: ubi ille videt me contrà; inquit, ô Melibœe, ades huc óciùs: caper *eſt* ſalvus tibi, et hœdi; et, ſi potes ceſſáre quid *témporis*, requiéſce ſub umbrâ. Juvénci ipſi vénient per prata huc potum: hìc víridis Míncius prætéxit ripas ténerâ arúndine, examináque *ápium* réſonant è facrâ quercu.

(a) *Catachreſis.*

Quid

Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam, *l*
Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos: *g*
Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum: *e*
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. *q*
Alternis igitur contendere verſibus ambo *b*
Cœpere: alternos Muſæ meminiſſe volebant. *b*
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis. *o*
C. Nymphæ, noſter amor, (a) Libethrides, aut mihi carmen, *b*
Quale meo Codro, concedite: (proxima Phœbi *n*
Verſibus ille facit:) aut, ſi non poſſumus omnes, *l*
Hìc arguta ſacrâ pendebit fiſtula pinu. *f*
T. Paſtores hederâ creſcentem ornate poëtam *f*
Arcades, invidiâ rumpantur ut ilia Codro. *q*
Aut, ſi ultra placitum (b) laudârit, baccare frontem *f*
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. *o*
C. Setoſi caput hoc apri tibi, Delia, parvus *b*
Et ramoſa Mycon vivacis cornua cervi. *f*
Si proprium hoc fuerit, lævi de marmore tota *l*
Puniceo ſtabis ſuras (c) evincta cothurno. *m*
T. Sinum lactis, et hæc te liba, Priape, quotannis *b*
Exſpectare ſat eſt: cuſtos eſt pauperis horti. *f*

ORDO.

Quid facerem? ego habebam neque Alcippen, nec Phyllida, quæ claúderet domi agnos depúlſos à lacte: et erat magnum certámen, Córydon *certábat* cum Thyrſide: tamen poſthábui mea féria *negótia* ludo illórum. Igitur ambo *cæpére* conténdere altérnis vérſibus: Muſæ volébant *eos* meminiſſe altérnos *verſus*. Córydon *referébat* hos, Thyrſis referébat illos in órdine. *Co.* Nymphæ Libéthrides, noſter amor, aut concédite *tale* carmen mihi, quale *concediſtis* meo Codro: (ille facit *cármina* próximа vérſibus Phœbi:) aut, ſi *nos* omnes non póſſumus *aſſequi tale*, hìc arguta fiſtula pendébit ſacrâ pinu. *Th. Vos* paſtóres, Arcades, ornáte creſcéntem poëtam héderâ, ut ília rumpántur Codro invídiâ. Aut, ſi laudáverit *eum* ultra plácitum, cíngite *ejus* frontem báccare, ne mala lingua nóceat futúro vati. *Co.* Dé ia, parvus Mycon *vovet* hoc caput Setóſi apri tibi, et ramóſa córnua vivácis cervi. Si hoc, *nempe venári feliciter*, fúerit próprium *mihi*, ſtabis tota de lævi mármore, evíncta *quoad* ſuras puniceo cothúrno. *Th.* Priápe, eſt ſat te exſpectáre ſinum lactis et hæc liba quotánnis: es cuſtos paúperis horti.

(a) *Anton.* (b) *Syncope.* (c) *Hellen.*

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu, *b*
Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto. *b*
C. (a) Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ, *d*
Candidior cycnis, hederâ formoſior albâ: *p*
Cùm primùm paſti repetent præſepia tauri, *g*
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito. *k*
T. Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis, *o*
Horridior ruſco, projectâ vilior algâ; *m*
Si mihi non hæc (b) lux toto jam longior anno eſt. *m*
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci. *n*
C. Muſcoſi fontes, et ſomno mollior herba, *a*
Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ, *c*
Solſtitium pecori defendite: jam venit æſtas *q*
Torrida: jam læto turgent in Palmite (c) gemmæ. *m*
T. Hìc focus, et tædæ pingues: hìc plurimus ignis *m*
Semper, et aſſiduâ poſtes fuligine nigri. *l*
Hìc tantùm Boreæ curamus frigora, quantùm *f*
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. *q*
C. Stant et juniperi, et caſtaneæ hirſutæ: *f*
Strata jacent paſſim ſuâ quæque ſub arbore poma: *o*
Omnia nunc (c) rident: at ſi formoſus Alexis *m*
Montibus his abeat, videas et flumina ſicca. *k*
T. Aret ager: vitio moriens ſitit aëris herba: *i*

O R D O.

Nunc ſécimus te marmóreum pro témpore: at tu eſto aúreus, ſi fœtúra ſuppléverit gregem. *Co.* *O* Galatéa Nerine, dúlcior mihi thymo Hyblæ, candídior cycnis, formóſior albâ héderâ: cùm primùm paſti tauri répetent præſépia, ſi qua cura tui Corydónis habet te, veníto. *Th.* Imò ego vídear tibi amárior Sardóis herbis, horridior ruſco, vílior projéctâ algâ; ſi hæc lux non eſt jam lóngior mihi toto anno. Paſti juvénci, ite domum, ite, ſi *eſt vobis* quis pudor. *Co.* *Vos* muſcófi fontes, et herba móllior ſomno, et víridis árbutus, quæ tegit vos rarâ umbrâ, defendite ſolſtítium péceri: jam tórrida æſtas venit: jam gemmæ turgent in læto Pálmite. *Th.* Hìc *eſt* focus, et pingues tædæ: hìc *eſt* plúrimus ignis ſemper, et poſtes nigri aſſíduâ fulígine. Hìc curámus frígora Bóreæ tantum, quantum aut lupus *curat* numerum *óvium*, aut torréntia flúmina *curant* ripas. *Co.* Et juníperi, et hirſútæ caſtáneæ ſtant: poma jacent ſtrata paſſim, quæque ſub ſuâ árbore: nunc ómnia rident: at ſi formóſus Alexis ábeat his móntibus, vídeas et flúmina ſicca. *Th.* Ager aret: herba ſitit móriens vítio áëris:

(a) *Antea.* (b) *Meton.* (c) *Metaph.*

Liber

Liber pampineas invidit collibus umbras: *f*
Phyllidis adventu noſtræ nemus omne virebit: *n*
(a) Jupiter et læto deſcendet plurimus imbri. *m*
C. Populus (b) Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho, *n*
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo. *c*
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit, *l*
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi. *g*
T. Fraxinus in ſylvis gratiſſima, pinus in hortis, *n*
Populus in fluviis, abies in montibus altis: *k*
Sæpiùs at ſi me, Lycida formoſe, reviſas, *p*
Fraxinus in ſylvis cedet tibi, pinus in hortis. *n*
M. Hæc memini, et victum fruſtra contendere Thyrſin. *m*
Ex illo (c) Corydon, Corydon eſt tempore nobis. *e*

ORDO.

Liber invídit pampíneas umbras cóllibus: omne nemus virébit advéntu noſtræ Phyllidis: et plúrimus Júpiter, *i. e. aër* deſcendet læto imbri. *Co.* Pópulus *eſt* gratíſſima Alcídæ, *i. e. Hérculi*, vitis láccho, myrtus formóſæ Véneri, ſua laúrea Phœbo. Phyllis amat córylos: dum Phyllis amábit illas, nec myrtus, nec laúrea Phœbi vincet córylos. *Th.* Fráxinus *eſt* gratíſſima in ſylvis, pinus in hortis, pópulus in flúviis, ábies in altis móntibus: at ſi *tu*, formóſe Lycida, reviſas me ſæpiùs, fráxinus in ſylvis, *et* pinus in hortis cedet tibi. *Me.* Mémini hæc *cármina*, et Thyrſum victum conténdere fruſtrà. Ex illo témpore Córydon eſt Córydon nobis.

(a) *Meton.* (b) *Anton.* (c) *Plece.*

ECLOGA VIII.

PHARMACEUTRIA.

Damon, Alpheſibœus.

PAſtorum (a) muſam Damonis, et Alpheſibœi, *b*
Immemor herbarum quos eſt mirata juvenca *m*
Certantes, quorum ſtupefactæ carmine lynces, *g*

ORDO.

Dicémus muſam paſtórum Damónis et Alpheſibœi, quos certántes *quæque* juvénca, ímmemor herbárum, eſt miráta, cármine quorum lynces *ſunt* ſtupefáctæ,

---

(a) *Metonymia.*

Et

Et mutata ſuos requiêrunt flumina curſus: *e*
Damonis muſam dicemus et Alpheſibœi. *b*
Tu mihi, ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi, *p*
Sive oram Illyrici legis æquoris: en erit unquam, *d*
Ille dies, mihi cùm liceat tua dicere facta? *i*
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem *q*
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno? *o*
A te principium: tibi deſinet: accipe juſſis *d*
Carmina cœpta tuis: atque hanc ſine tempore circum *q*
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. *c*
(a) Frigida vix cœlo noctis deceſſerat umbra, *m*
Cùm ros in tenerâ pecori gratiſſimus herbâ eſt: *e*
Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ. *f*
D. Naſcere, (b) præque diem veniens age, Lucifer, almum: *i*
Conjugis indigno Niſæ deceptus amore *m*
Dum queror; et Divos, quanquam nil, teſtibus illis, *m*
Profeci, extremâ moriens tamen alloquor horâ. *c*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. *q*
Mænalus argutumque (c) nemus, pinoſque loquentes *p*
Semper habet: ſemper paſtorum ille audit amores, *m*
Panaque, qui primus calamos non paſſus inertes. *p*

O R D O.

et flúmina mutáta *quoad* ſuos curſus, *nempe, deflecténtia ad cantántes paſtóres, tandem* requievérunt: dicémus mulam Damónis et Alpheſibœi. Tu, *Póllio, fave* mihi, ſeu jam ſúperas taxa magni Timávi, ſive legis oram Illyrici æquoris: en unquam ille dies erit, cùm líceat mihi dícere tua facta? en *illud tempus* erit. ut liceat mihi ferre tua cármina, ſola digna Sophocléo cothúrno per totum orbem *terrárum? duxi* princípium *meórum labórum* à te: *labor* déſinet tibi: áccipe cármina cœpta tuis juſſis, atque ſine hanc héderam ſérpere inter victrices lauros circum témpora tibi. Vix frígida umbra noctis deceſſerat cœlo, cùm ros, gratíſſimus pécori, eſt in ténerâ herbâ: Damon, incúmbens téreti olívæ, cœpit ſic. *Da.* Lúcifer, náſcere, præveniéntque age almum diem: dum *ego*, decéptus indígno amóre cónjugis Niſæ, queror; et móriens, tamen extremâ horâ *vitæ*, álloquor Deos, quanquam proféci nil illis téſtibus. Mea tíbia, incipe Mænálios verſus mecum. Mænalus ſemper habet argutúmque nemus, loquentéſque pinos: ille *mons* ſemper audit amóres paſtórum, Panáque *ipſum Deum eórum*, qui primus non *fuit* paſſus cálamos *eſſe* inértes.

(a) *Periphraſis.* (b) *Tmeſis.* (c) *Proſop.*

Incipe

Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. 25 *q*
Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amantes? *f*
Jungentur jam gryphes equis: ævoque ſequenti *g*
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. *k*
Mopſe, novas incide faces: tibi ducitur uxor: *o*
Sparge, marite, nuces: tibi deſerit (a) Heſperus Oetam. *i*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. 31 *q*
O digno conjuncta viro! dum deſpicis omnes; *g*
Dumque tibi eſt odio mea fiſtula, dumque capellæ, *i*
Hirſutumque ſupercilium, prolixaque barba: *e*
Nec curare Deûm credis mortalia quemquam. 35 *f*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. *q*
Sepibus in noſtris parvam te roſcida mala *m*
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem. *l*
Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus: *l*
Jam fragiles poteram a terrâ contingere ramos. 40 *l*
Ut vidi, ut (b) perii! ut me malus abſtulit error! *b*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. *q*
Nunc ſcio quid ſit amor: duris in (c) cotibus illum *t*
(d) Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, *l*
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt. 45 *e*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. *q*

ORDO.

Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum. Niſa datur Mopſo: quid *nos* amántes non ſperémus? jam *præſenti ævo* gryphes jungéntur equis: ſequentíque ævo, tímidi damæ vénient cum cánibus ad pócula. Mopſe, incíde novas faces: uxor dúcitur tibi: maríte, ſparge nuces: Héſperus déſerit *montem* Oétam tibi. Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum. O *Niſa* conjúncta digno viro! dum déſpicis omnes *álios præter illum Mopſum*; dumque mea fíſtula eſt tibi ódio, dumque *meæ* capellæ, hirſutúmque ſupercílium, prolixáque barba *ſunt ódio:* nec credis quemquam Deórum curáre mortália. Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum. *Ego* vidi te parvam, legéntem róſcida mala cum matre in noſtris ſépibus (ego eram veſter dux.) Jam tum alter annus ab undécimo céperat me: jam póteram contíngere frágiles ramos à terrâ. Ut *primùm* vidi *te*, ut perívi *amóre!* ut malus error ábſtulit me! Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum. Nunc ſcio quid amor ſit: Iſmarus aut Rhódope, aut extrémi Garamántes edunt illum in duris cótibus, *illum* púerum nec noſtri géneris, nec *noſtri* ſánguinis. Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum.

(a) *Ironia.* (b) *Ecphon.* (c) *Synec.* (d) *Meton.*

Sævus

Sævus amor docuit natorum ſanguine matrem *l*
Commaculare manus: (a) crudelis tu quoque mater: *l*
Crudelis mater magis, an puer improbus ille? *c*
Improbus ille puer: crudelis tu quoque, mater. *l*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. *q*
Nunc et oves ultro fugiat lupus: aurea duræ *o*
Mala ferant quercus: narciſſo floreat alnus: *m*
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ: *l*
Certent et cycnis ululæ: ſit Tityrus Orpheus: *g*
Orpheus in ſylvis; inter delphinas Arion. *m*
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus. *q*
Omnia vel medium fiant mare: vivite ſylvæ. *q*
Præceps aërii ſpeculâ de montis in undas, *e*
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto. *n*
Deſine Mænalios, jam deſine, tibia, verſus. *q*
Hæc Damon: vos, quæ reſponderit Alpheſibœus, *b*
Dicite, Piërides: non omnia poſſumus omnes. *q*
A. Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vittâ; *m*
Verbenaſque adole pingues, et (b) maſcula thura: *f*
Conjugis ut magicis ſanos avertere ſacris *l*
Experiar ſenſus. Nihil hìc niſi carmina deſunt. *o*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*

O R D O.

Sævus amor dócuit matrem *Mediam* commaculáre manus ſánguine natórum: tu, mater, fuíſti crudélis quoque: *an* mater *fuit* magis crudélis, an ille puer *magis* ímprobus? ille puer *fuit* ímprobus, tu crudélis quoque, mater. Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum. Nunc et lupus fúgiat oves ultro: duræ quercus ferant aúrea mala: alnus flóreat narcíſſo: myricæ ſudent pínguia eléctra cortícibus: et úlulæ certent cycnis: Títyrus ſit *alter* Orpheus: Orpheus in ſylvis; Arion inter delphínas. Mea tíbia, íncipe Mænálios verſus mecum. Omnia fiant vel médium mare: ſylvæ vivite *et valéte*. Déferar præceps de ſpéculâ aérii montis in undas: habéto hoc extrémum munus moriéntis *amatóris*. Tíbia, défine, jam défine Mænálios verſus. Damon *dixit* hæc: vos, Piérides, dícite, quæ Alpheſibœus reſpónderit: omnes non póſſumus *fácere* ómnia. *Al.* Effer aquam *huc, fámula*, et ci ge hæc altária molli vittâ; adoléque pingues verbénas, et máſcula thura: ut expériar avértere ſanos ſenſus *mei* cónjugis mágicis ſacris. Nihil n ſi cármina deſunt hìc. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum.

(a) *Epanados.* (b) *Metaph.*

Cármina

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam: *m*
Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſſei: *p*
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *m*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
Terna tibi hæc primùm triplici diverſa colore *p*
Licia circumdo, terque hæc altaria circum *m*
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet. *o*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
(a) Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores: *n*
(a) Necte, Amarylli, modò: et, Veneris, dic, vincula necto. *k*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
(b) Limus ut hic dureſcit, et hæc ut (b) cera liqueſcit *p*
Uno eodemque igni: ſic noſtro Daphnis amore. *m*
Sparge molam, et fragiles incende bitumine lauros. *q*
Daphnis me malus urit: ego hanc in Daphnide laurum. *e*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
Talis amor Daphnim, qualis, cùm feſſa juvencum *m*
Per nemora, atque altos quærendo bucula (c) lucos *m*
Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulvâ *p*
Perdita, nec ſeræ meminit decedere nocti: *p*
Talis amor teneat: nec ſit mihi cura mederi. *q*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*

ORDO.

Cármina vel poſſunt dedúcere lunam cœlo: Circe mutávit ſócios Ulyſſei carmînibus: frígidus anguis, in pratis, rúmpitur cantándo. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum. Primùm circúmdo hæc tria licia tibi, divérſa tríplici colóre, ducóque *tuam* effígiem ter circum hæc altária. Deus gaudet ímpare número. Mea cármina, dúdite, dúcite Daphnim ab urbe domum. *Fámula* Amarylli, nécte ternos colóres tribus nodis: Amarylli, nécte *eos* modò: et dic *hæc verba*, necto víncula Véneris. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum. Ut hic limus duréſcit, et ut hæc cera liquéſcit uno eodémque igni: ſic Daphnis *duréſcat áliis, et liquéſcat* noſtro amóre. Sparge molam, et incénde frágiles lauros bitúmine. Malus Daphnis urit me: ego *uro* hanc laurum in Dáphnide. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum. Talis amor *téneat* Daphnim, qualis *eſt*, cùm búcula, feſſa quæréndo juvéncum, per némora, atque altos lucos, pérdita procúmbit in víridi ulvâ propter rivum aquæ, nec méminit decédere ſeræ nocti: talis amor téneat *eum:* nec ſit mihi cura medéri *ejus amóri*. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum.

(a) *Anaph.* (b) *Meton.* (c) *Antiph.*

Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, *d*
Pignora cara ſui: quæ nunc ego limine in ipſo, *q*
(a) Terra, tibi mando: debent hæc pignora Daphnim. *m*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena *b*
Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto. *m*
His ego ſæpe lupum fieri, et ſe condere ſylvis *k*
Mœrin, ſæpe animas imis excire ſepulchris, *f*
Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes. *l*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
Fer cineres, Amarylli, foràs: rivoque fluenti, *k*
Tranſque caput jace: ne reſpexeris. His ego Daphnim *q*
Aggrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat. *k*
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. *i*
Aſpice, corripuit tremulis altària flammis *k*
Sponte ſuâ, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit! *o*
Neſcio quid certè eſt: et Hylax in limine latrat. *p*
Credimus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt? *n*
Parcite, ab urbe venit, jam parcite, carmina, Daphnis. *q*

ORDO.

Ille pérfidus olim relíquit has exúvias mihi, cara pignora ſui: quæ nunc ego mando tibi, terra, in límine ipſo: hæc pignora debent Daphnim *mihi*. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum. Mœris ipſe dedit has herbas, atque hæc venéna lecta Ponto mihi: plúrima *venéna* naſcúntur Ponto. Ego vidi Mœrin *ipſum* ſæpe fieri lupum his, et cóndere ſe ſylvis, ſæpe excíre ánimas imis ſepúlchris, atque tradúcere ſatas meſſes álio. Mea cármina, dúcite, ducite Daphnim ab urbe domum. Amarylli, fer cíneres foras: jacéque *eos* trans caput fluénti rivo: ne reſpéxeris. Ego aggrédiar Daphnim his: ille nihil curat Deos, nil curat cármina. Mea cármina, dúcite, dúcite Daphnim ab urbe domum. Aſpice, cinis ipſe corrípuit altária trémulis flammis ſuâ ſponte, dum moror ferre *eum:* ſit bonum! certè eſt néſcio quid: et *canis* Hylax latrat in límine. Crédimus? an qui amant, ipſi fingunt ſómnia ſibi? *mea* cármina, párcite, jam párcite, Daphnis venit ab urbe *domum*.

(a) *Apoſtrophe.*

ECLOGA IX.

Lycidas, Mæris.

L. QUO te, Mœri, (a) pedes? an, quò via ducit, in urbem? *b*
M. O Lycida, vivi pervenimus, advena noſtri *n*
(Quod nunquam veriti ſumus) ut poſſeſſor agelli *e*
Diceret: hæc mea ſunt; veteres migrate coloni. *k*
Nunc victi, triſtes, quoniam fors omnia verſat, *g*
Hos illi (b) (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. *g*
L. Certè equidem (c) audiêram, quà ſe ſubducere colles *l*
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo, *p*
Uſque ad aquam, et veteris jam fracta cacumina fagi, *q*
Omnia carminibus veſtrum (c) ſervâſſe Menalcam. *l*
M. (c) Audiêras, et fama fuit: ſed carmina tantùm *p*
Noſtra (d) valent, Lycida, tela inter Martia quantùm *l*
(e) Chaonias dicunt, aquilâ veniente, columbas. *o*
Quòd niſi me quàcunque novas incidere lites *p*
Antè ſiniſtra cavâ monuiſſet ab ilice cornix, *i*
Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipſe Menalcas. *n*
L. (f) Heu! cadit in quemquam tantum ſcelus? (f) heu tua nobis *n*
Penè ſimul tecum ſolatia rapta, Menalca? *n*

ORDO.

Ly. Mœri, quò pedes *ducunt* te? an in urbem *Mántuam*, quò via ducit? *Mæ.* O Lycida, *nos* vivi pervénimus *eò miſériæ*, ut ádvena, poſſéſſor noſtri agélli, díceret (quod nunquam ſumus vériti) hæc *arva* ſunt mea; *vos* véteres colóni migráte. *Nos* nunc victi, triſtes, quóniam fors verſat ómnia, míttimus hos hœdos illi (quod *munus*, *útinam*, nec vertat benè *illi*.) *Ly.* Certè équidem audíveram, veſtrum *dóminum* Menálcam ſervavíſſe ómnia *arva* carmínibus, quà colles incípiunt ſubdúcere ſe, demitteréque jugum molli clivo, uſquè ad aquam, et cacúmina véteris fagi jam fracta. *Mæ.* Audíveras *illud*, et fama fuit *ſic*: ſed, Lycida, noſtra cármina valent tantùm inter Mártia tela, quantùm dicunt Chaónias colúmbas *valére*, áquilâ veniénte. Quòd niſi ſiníſtra cornix monuíſſet me antè, ab cavâ ílice, incídere novas lites quacúnque *ratióne*, nec hic tuus Mœris, nec Menálcas ipſe víveret. *Ly.* Heu, tantum ſcelus cadit in quemquam? heu, Menálca, tua ſolátia *ſunt* penè rapta nobis ſimul tecum?

(a) *Ellcip.* (b) *Litotes.* (c) *Syncope.* (d) *Metaph.* (e) *Synec.* (f) *Ecphon.*

Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis *p*
Spargeret? aut viridi (a) fontes induceret umbrâ? *l*
Vel quæ (b) ſublegi tacitus tibi carmina nuper, *c*
Cùm te ad delicias ferres Amaryllida noſtras? *h*
Tityre, dum redeo, (brevis eſt via) paſce capellas: *i*
Et potum paſtas age, Tityre: et inter agendum, *c*
Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto. *h*
M. Imò hæc, quæ Varo, necdum perfecta, canebat. *a*
Vare, tuum nomen (ſuperet modò Mantua nobis, *o*
Mantua! væ, miſeræ nimiùm vicina Cremonæ!) *k*
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni. *g*
L. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos: *p*
Sic cytiſo paſtæ diſtentent ubera vaccæ: *m*
Incipe, ſi quid habes: et me fecêre poëtam *l*
(c) Piërides: ſunt et mihi carmina: me quoque dicunt *o*
Vatem paſtores: ſed non ego credulus illis. *b*
Nam neque adhuc Varo videor nec dicere Cinnâ *p*
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores. *n*
M. Id quidem ago; et tacitus, Lycida, mecum ipſe voluto, *k*
Si valeam meminiſſe: (d) neque eſt ignobile carmen. *k*

O R D O.

quis *ígitur* cáneret nymphas? quis ſpárgeret humum floréntibus herbis? aut indúceret, *i. e. tégeret* fontes víridi umbrâ? vel *cáneret* cármina, quæ *ego* tácitus ſublégi, *i. e. ſurrípui* tibi nuper, cùm ferres te ad Amaryllida, noſtras delícias? *Quorum cárminum hoc eſt fragméntum*; Tityre, paſce *meas* capéllas, dum rédeo, via eſt brevis: et, Tityre, age *eas* paſtas potum: et inter agéndum, cavéto occurſáre capro, ille ferit cornu. *Mæ.* Imò *pótiùs* hæc *cármina*, quæ canébat Varo, necdum perfécta. *Quorum hoc eſt fragméntum*; Vare, cantántes cycni ferent tuum nomen ſublíme ad ſídera, *ſi* modò Mántua ſúperet nobis, Mántua, væ, nímiùm vicína míſeræ Cremónæ! *Ly.* Sic tua exámina *ápium* fúgiant Cyrnæas taxos: ſic *tuæ* vaccæ, paſtæ cytiſo, diſténtent úbera *lacte*: íncipe, ſi habes quid: et Piérides fecére me poëtam: et ſunt mihi cármina: paſtóres quoque dicunt me *eſſe* vatem: ſed ego non *ſum* crédulus illis. Nam adhuc vídeor dícere *cármina* digna neque Varo, nec Cinnâ, ſed *velut* anſer, ſtrépere inter argútos olóres. *Mæ.* Quidem ago id; et, Lycida, *ego* ipſe tácitus volúto mecum, ſi váleam meminíſſe *illud*: neque eſt ignóbile carmen.

(a) *Helſen.* (b) *Anti.* (c) *Anton.* (d) *Litetes.*

Hùc

Hùc ades, ô Galatea: quis eſt nam ludus in undis? *k*
Hìc ver purpureum: varios hìc (a) flumina circum *e*
(b) Fundit humus flores: hìc candida populus antro *n*
Imminet, et lentæ texunt umbracula vites. *m*
Hùc ades: inſani feriant ſine littora fluctus. *o*
L. (c) Quid? quæ te purâ ſolum ſub nocte canentem *a*
Audiêram? numeros memini, ſi verba tenerem. *k*
M. Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus? *m*
Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum; *m*
(d) Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus; et quo *f*
Duceret apricis in collibus uva colorem. *n*
Inſere, (e) Daphni, (f) pyros: carpent tua poma nepotes. *q*
Omnia (g) fert ætas, animum quoque. Sæpè ego longos *o*
Cantando puerum memini me condere (h) ſoles. *e*
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrin *b*
Jam fugit ipſa: lupi Mœrin vidêre priores. *l*
Sed tamen iſta ſatis referet tibi ſæpè Menalcas. *i*
L. Cauſando noſtros in longum ducis (h) amores: *a*
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor, et omnes *h*
(Aſpice) ventoſi ceciderunt murmuris auræ. *p*

ORDO.

Jam mémini: ades huc, ô Galatéa: quiſnam ludus eſt in undis? hìc *eſt* purpúreum ver: hìc humus fundit vários flores circum flúmina: hìc cándida pópulus ímminet antro, et lentæ vites texunt umbácula. Ades huc: ſiné *ut* inſáni fluctus fériant líttora. *Ly.* Quid *verò? quæ ſunt illa cármina*, quæ audíveram te ſolum canéntem ſub purâ nocte? mémini números, ſi tenérem verba. *Mæ.* Daphni, quid *ſemper* ſúſpicis antíquos ortus ſignórum? ecce aſtrum Dionæi Cæſaris procéſſit; aſtrum, quo ſégetes gaudérent frúgibus; et quo uva dúceret colórem in aprícis cóllibus. Daphni ínſere pyros: nepótes carpent tua poma.—— Ætas fert, *i. e. aufert* ómnia, *et* ánimum quoque. Ego mémini me púerum ſæpe cóndere longos ſoles, *i. e. dies* cantándo. Nunc tot cármina ſunt oblíta mihi: jam vox ipſa quoque fugit Mœrin: lupi prióres vidére Mœrin. Sed tamen Menálcas *ipſe* réferet iſta *cármina* tibi ſæpe ſatis. *Ly. Tu* ducis noſtros amóres in longum *tempus* cauſándo: et nunc (áſpice) omne æquor ſtratum ſilet tibi, et omnes auræ ventóſi múrmuris ceciderunt.

(a) *Anaſt.* (b) *Metaph.* (c) *Elleip.* (d) *Anadip.* (e) *Apoſt.* (f) *Synec.* (g) *Aphær.* (h) *Meton.*

Hinc

Hinc adeò media eſt nobis via: namque ſepulchrum q
Incipit apparere Bianoris: hìc, ubi denſas o
Agricolæ ſtringunt frondes, hìc, Mœri, canamus: m
Hìc hœdos depone: tamen veniemus in urbem. c
Aut ſi, nox pluviam ne colligat antè, veremur, b
Cantantes licet ùſque (minùs via lædet) eamus. d
Cantantes ut eamus, ego hoc te faſce levabo. e
M. Deſine plura, puer: et, quod nunc inſtat, agamus. l
Carmina tum meliùs, cùm venerit ipſe, canemus. q

ORDO.

Adeò hinc eſt nobis média via: namque ſepúlchrum Biánoris incipit apparére: hìc ubi agrícolæ ſtringunt denſas frondes, hìc, Mœri, canámus: hìc depóne hœdos: tamen veniémus in urbem. Aut ſi verémur, ne nox cólligat plúviam antè, licet *ut* eámus cantántes uſquè (via minùs lædet.) Ut eámus cantántes, ego levábo te hoc faſce. *Mœ.* Puer, défine *loqui* plura *verba:* et agámus, quod nunc inſtat. Canémus cármina meliùs tum, cùm *Menálcas* ipſe vénerit.

ECLOGA X.

Gallus.

EXtremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem. e
Pauca meo Gallo, ſed quæ legat ipſa Lycoris, n
Carmina ſunt dicenda: neget quis carmina Gallo? p
Sic tibi, cùm fluctus ſubter labêre Sicanos, m
(a) Doris amara ſuam non intermiſceat undam. l
Incipe, (a) ſollicitos Galli dicamus amores, l
Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ. m
Non canimus ſurdis: reſpondent omnia ſylvæ. m

ORDO.

Arethúſa, concéde hunc extrémum labórem mihi. Pauca cármina ſunt dicénda meo Gallo, ſed quæ Lycóris ipſa legat: quis neget cármina Gallo? ſic amára Doris non intermíſceat ſuam undam tibi, cùm labére ſubter Sicános fluctus. *Dea* íncipe, dicámus ſollícitos amóres Galli, dum ſimæ capéllæ attóndent ténera virgúlta. Non cánimus ſurdis: ſylvæ reſpóndent ómnia.

(a) *Meton.*

Quæ

Quæ nemora, aut qui vos ſaltus habuere, puellæ . *n*
(a) Naiades, indigno cùm Gallus amore periret? *n*
Nam neque Parnaſſi vobis juga, nam neque Pindi *n*
Ulla moram fecêre, neque Aoniæ Aganippe. *o*
(b) Illum etiam lauri, (b) illum etiam flevêre myricæ. *p*
Pinifer illum etiam ſolâ ſub rupe jacentem *l*
Mænalus, et gelidi fleverunt ſaxa Lycæi. *l*
Stant et oves circum, noſtrî nec pœnitet illas: *m*
Nec te pœniteat pecoris, divine Poëta. *e*
Et formoſus oves ad flumina pavit Adonis: *b*
Venit et upilio: tardi venêre bubulci: *l*
Uvidus hibernâ venit de glande Menalcas. *m*
Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi: venit Apollo: *d*
Galle, quìd inſanis? inquit: tua cura Lycoris, *n*
Perque nives alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt. *q*
Venit et agreſti capitis Sylvanus honore, *p*
Florentes ferulas et grandia lilia quaſſans. *b*
Pan Deus Arcadiæ venit; quem vidimus ipſi *l*
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem. *q*
Et, quis erit modus? inquit: amor non talia curat. *k*
(b) Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina rivis, *p*
(b) Nec cytiſo ſaturantur apes, nec (c) fronde capellæ. *k*

ORDO.

Quæ némora, aut qui ſaltus habuére vos, puéllæ Náiades, cùm Gallus períret indígno amóre? nam neque juga Parnáſſi, nam neque ulla *juga* Pindi, neque Aganíppe *fons* Aóniæ fecére moram vobis. Etiam lauri, étiam myrícæ flevére illum. Etiam Pínifer Mænalus, et ſaxa gélidi Lycæi flevérunt illum jacéntem ſub ſolâ, *i e. ſolitáriâ* rupe. Et oves ſtant circum *eum*, nec pœnitet illas noſtrî: nec pœníteat te pécoris, ô divíne poëta. Et formóſus Adónis pavit oves ad flúmina: et upílio venit: tardi bubúlci venére: Menálcas úvidus de hibérna glande venit. Omnes rogant, unde eſt tibi iſte amor: Apollo venit: inquit, Galle, quìd inſánis? Lycóris tua cura eſt ſecúta álium perque nives, perque hórrida caſtra. Et Sylvánus venit, *cum* agréſti honóre cápitis, quaſſans floréntes férulas, et grándia lília. Pan Deus Arcádiæ venit; quem *nos* ipſi vídimus, rubéntem ſanguíneis baccis ébuli, minióque. Et *ille* inquit, quis erit modus? amor non curat tália. Nec crudélis amor *ſaturátur* lácrymis, nec grámina rivis, nec apes ſaturántur cytiſo, nec capéllæ fronde.

(a) *Apoſtr.* (b) *Anaphora.* (c) *Synecd.*

Triſtis

Triſtis at ille, tamen cantabitis, Arcades, inquit, q
Montibus hæc veſtris: ſoli cantare periti m
Arcades. O mihi tum quàm molliter oſſa quieſcant, q
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat (a) amores! n
Atque utinam ex vobis unus, veſtrique fuiſſem m
Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor uvæ! f
Certè ſive mihi Phyllis, ſive eſſet Amyntas, f
Seu quicunque (b) furor; (c) (quid tum ſi fuſcus Amyntas: f
Et nigræ violæ ſunt, et vaccinia nigra.) f
Mecum inter ſalices lentâ ſub vite jaceret: f
Serta mihi Phyllis legeret; cantaret Amyntas. p
(d) Hìc gelidi fontes: hìc mollia prata, (e) Lycori: n
(d) Hìc nemus: hìc ipſo tecum conſumere ævo. m
Nunc (f) inſanus amor duri me (f) Martis in armis, f
Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtes. f
Tu procùl a patriâ (nec ſit mihi credere) tantùm q
Alpinas, ad dura! nives, et frigora Rheni g
Me ſine ſola vides. Ah, te ne frigora lædant! l
Ah, tibi ne teneras glacies ſecet aſpera (g) plantas! i
Ibo, et Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu h
Carmina, paſtoris Siculi modulabor (f) avenâ. o
Certum eſt in ſylvis, inter ſpelæa ferarum, a

ORDO.

At ille *Gallus* triſtis inquit, tamen, Arcades, *vos* cantábitis hæc *mea mala* veſtris móntibus: *vos* Arcades ſoli periti cantáre. O quàm molliter tum oſſa quiéſcant mihi, ſi olim veſtra fiſtula dicat meos amóres! atque útinam *ego* fuiſſem unus ex vobis, aut que cuſtos veſtri gregis, aut vinitor matúræ uvæ! Certè ſive eſſet mihi Phyllis, ſive Amyntas, ſeu quicúnque furor, *i. e. amor*; (quid tum, ſi Amyntas *ſit* fuſcus: et violæ ſunt nigræ, et vaccínia *ſunt* nigra.) Jacéret mecum inter ſálices ſub lentâ vite: Phyllis légeret ſerta mihi; Amyntas cantáret *mihi*. Hìc *ſunt* gélidi fontes: hìc *ſunt* móllia prata, Lycóri: hìc *eſt* nemus: hìc conſúmerer tecum ævo ipſo. Nunc inſánus amor détinet me in armis duri Martis, inter média tela, atque advérſos hoſtes. Tu, procùl à pátriâ (nec ſit mihi, *i. e. liceat mihi* crédere) vides tantùm Alpínas nives, et frígora Rheni, ah dura! ſola ſine me. Ah, ne frígora lædant te! ah, ne áſpera glácies ſecet téneras plantas tibi! Ibo, et modulábor cármina avénâ Siculi paſtóris *Theócriti*, quæ ſunt condita mihi Chalcídico verſu. Eſt certum, *i. e. ratum me* malle pati in ſylvis, inter ſpelæa ferárum,

(a) *Meton.* (b) *Metaph.* (c) *Prolepſis.* (d) *Anaph.* (e) *Apoſtr.* (f) *Meton.* (g) *Synec.*

Malle

Malle pati, teneriſque meos incidere (a) amores *k*
Arboribus: creſcent illæ: creſcetis amores. *m*
Intereà mixtis luſtrabo Mænala nymphis, *m*
Aut acres venabor apros: non me ulla vetabunt *g*
Frigora Parthenios canibus circumdare ſaltus. *k*
Jam mihi per rupes videor, lucoſque ſonantes *p*
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu *n*
Spicula: tanquam hæc ſint noſtri medicina (b) furoris, *n*
Aut Deus ille malis hominum miteſcere diſcat. *k*
Jam neque Hamadryades rurſus, nec carmina nobis *l*
Ipſa placent: ipſæ rurſus concedite ſylvæ. *m*
Non illum noſtri poſſunt mutare labores: *a*
Nec ſi frigoribus mediis Hebrumque bibamus, *e*
Sithoniaſque nives hyemis ſubeamus aquoſæ: *i*
Nec ſi, cùm moriens altâ liber aret in ulmo, *b*
Æthiopum verſemus oves ſub ſidere Cancri. *p*
Omnia vincit amor: et nos cedamus amori. *l*
Hæc ſat erit, Divæ, veſtrum cecinisſe poëtam, *n*
Dum ſedet, et gracili fiſcellam texit hibiſco, *l*
(c) Pierides: vos hæc facietis maxima (d) Gallo: *p*
(d) Gallo, cujus amor tantùm mihi creſcit in horas, *b*
Quantùm vere novo viridis ſe ſubjicit alnus. *e*

ORDO.

incidéréque meos amóres téneris arbóribus: illæ *árbores* creſcent: *vos mei* amóres creſcétis. Intérea luſtrábo Mænala nymphis mixtis, aut venábor acres apros: non ulla frígora vetábunt me circúmdare Parthénios ſaltus cánibus. Jam vídeor mihi ire per rupes, ſonantéſque lucos: libet *mihi* torquére Cydónia ſpícula Partho cornu: tanquam hæc ſint medicína noſtri furóris, aut ille Deus diſcat mitéſcere malis hóminum. Jam rurſus neque Hamadryades, nec cármina ipſa placent nobis: rurſus *vos* ſylvæ ipſæ concédite, *i. e. valéte*. Noſtri labóres non poſſunt mutáre illum *Deum:* nec ſi bibamúſque Hebrum médiis frigóribus, ſubeamúſque Sithónias nives aquóſæ hyemis: nec ſi, cùm móriens liber aret in altâ ulmo, verſémus oves Æthiopum ſub ſídere Cancri. Amor vincit ómnia: et nos cedámus amóri. Divæ Piérides, erit ſat, veſtrum poétam cecinísſe hæc *cármina*, dum ſedet, et texit fiſcéllam grácili hibíſco: vos faciétis hæc *cármina* máxima, *i. e. gratíſſima* Gallo: Gallo, amor cujus creſcit mihi tantùm in *ſingulas* horas, quantùm viridis alnus ſúbjicit ſe novo vere.

(a) *Meton.* (b) *Metoph.* (c) *Anton.* (d) *Anadip.*

Surgamus: ſolet eſſe gravis cantantibus umbra: 75 *e*
Juniperi gravis umbra: nocent et frugibus umbræ. *k*
Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, (a) ite Capellæ. *i*

ORDO.

Surgámus: umbra ſolet eſſe gravis cantántibus: umbra juniperi *eſt* gravis: et umbræ nocent frúgibus. *Vos* Capéllæ, ſáturæ, ite domum, ite, Héſperus venit.

(a) *Apoſtr. et Anaph.*

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

LIBER I.

QUID faciat (a) lætas ſegetes: quo (a) ſidere terram *p*
Vertere, Mæcenas, ulmiſque adjungere vites, *m*
Conveniat: quæ cura boûm, qui cultus habendo *p*
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis: *q*
Hinc canere incipiam. Vos, ô clariſſima mundi *l*
Lumina, (b) labentem cœlo quæ ducitis annum, *m*
Liber et alma Ceres; veſtro ſi munere tellus *l*
Chaoniam pingui glandem mutavit (a) ariſtâ, *m*
(a) Poculaque inventis Acheloïa miſcuit (a) uvis: *o*
Et vos agreſtum præſentia numina Fauni, *b*
Ferte ſimul Faunique (c) pedem Dryadeſque puellæ: *o*
Munera veſtra cano. Tuque ô, cui prima frementem *l*
(c) Fudit equum, magno tellus percuſſa tridenti, *m*
Neptune: et cultor nemorum, cui pinguia Cæræ *g*
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci: *f*

ORDO.

Quid fáciat lætas ſégetes: quo ſídere convéniat vértere terram, O Mæcénas, adjungeréque vites ulmis: quæ cura boûm *ſit*, qui cultus ſit pécori habéndo, atque quanta experiéntia *ſit* parcis ápibus: hinc incípiam cánere. Vos, ô clariſſima lúmina mundi, quæ dúcitis annum labéntem cœlo, Liber et alma Ceres; ſi, veſtro múnere, tellus mutávit Chaóniam glandem pingui ariſtâ, miſcuítque Acheloïa pócula uvis invéntis: et vos Fauni, præſéntia númina agréſtium *virórum*, Faunique puellæque Dryades ſimul ferte pedem *meis carminibus:* cano veſtra múnera. Tuque ô Neptúne, cui prima tellus, percúſſa magno tridénti, fudit freméntem equum: et *tu*, *Ariſtæe*, cultor némorum, cui ter centum nívei juvénci tondent pinguia duméta *inſulæ* Cææ:

(a) *Metonymia.* (b) *Allegoria.* (c) *Metaphora.*

Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſque Lycæi, *p*
Pan ovium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ, *o*
Adſis ô Tegeæe favens: oleæque Minerva *d*
Inventrix, uncique puer (a) monſtrator aratri: *g*
Et teneram ab radice ferens, Sylvane, cupreſſum. *l*
Dîque Deæque omnes, ſtudium quibus arva tueri; *o*
Quique novas alitis nonnullo ſemine fruges, *b*
Quique ſatis largum cœlo demittitis imbrem. *m*
Tuque adeo, quem mox quæ ſint habitura Deorum *n*
Concilia, incertum eſt, urbiſne inviſere, Cæſar, *m*
Terrarumque velis curam: et te maximus orbis *f*
Auctorem frugum, tempeſtatumque potentem *a*
Accipiat, cingens maternâ tempora myrto: *m*
An Deus immenſi venias maris, ac tua nautæ *o*
Numina ſola colant: tibi ſerviat ultima Thule, *i*
Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis. *q*
Anne novum tardis ſidus te menſibus addas, *m*
Qua locus Erigonen inter, Chelaſque ſequentes *l*
Panditur: ipſe tibi jam brachia contrahit ardens *q*
Scorpius, et cœli juſtâ plus parte reliquit. *m*
Quicquid eris; (nam te nec ſperent (b) Tartara regem, *m*
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido: *p*

ORDO.

tu ipſe, Pan, cuſtos óvium, linquens pátrium nemus, ſaltúſque *montis* Lycæi, ſi tua Mænala *ſunt* tibi curæ, *ô Pan* Tegeæe, adſis favens *nobis*: Minervâque invéntrix óleæ, puérque, *ô Triptólieme*, monſtrátor unci arátri: et *tu*, Sylváne, ferens téneram cupréſſum ab rádice. Omnéſque Dii Deæque, quibus ſtúdium *eſt* tuéri arva; quique álitis novas fruges nonnúllo ſémine, quique demittitis ſatis largum imbrem cœlo. Adeóque tu, Cæſar, quem, eſt incértum, quæ concília Deórum ſint habitúra mox, velíne inviſere urbis, curámque terrárum: et máximus orbis accípiat te auctórem frugum, potentémque tempeſtátum, cingens témpora *tui cápitis* matérnâ myrto: an vénias Deus imménſi maris, ac nautæ colant tua númina ſola: Thule, última *inſulárum* férviat tibi, Tethyſque emat te génerum ſibi ómnibus undis. Anne addás te novum ſidus tardis ménſibus, quà locus pánditur inter Erígonen, Chelâſque ſequéntes *eam*: jam ardens ſcórpius ipſe cóntrahit bráchia tibi, et reliquit *tibi* plus juſtâ parte cœli. Quicquid *numen* eris; (nam nec Tártara ſperent te regem, nec tam dira cupído regnándi véniat tibi:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Quamvis

Quamvis Elyſios miretur (a) Græcia campos, *l*
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem) *l*
Da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis: *n*
Ignaroſque viæ mecum miſeratus agreſtes *h*
Ingredere, et votis jam nunc aſſueſce vocari. *m*
Vere novo, gelidus (b) canis cum montibus humor *l*
Liquitur, et Zephyro putris ſe gleba reſolvit; *l*
Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro *h*
Ingemere, et ſulco attritus ſplendeſcere vomer. *m*
Illa ſeges demum votis reſpondet avari *m*
Agricolæ, bis quæ (a) ſolem, bis (a) frigora ſenſit: *m*
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. *m*
At prius ignotum ferro quàm ſcindimus æquor, *m*
Ventos et varium cœli prædiſcere morem *f*
Cura ſit, ac patrios cultuſque habituſque locorum: *q*
Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuſet. *e*
Hic ſegetes, illic (b) veniunt felicius uvæ: *p*
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt *p*
Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores, *k*
India (b) mittit ebur, molles ſua thura Sabæi? *q*
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus *m*
Caſtorea, Eliadum palmas Epirus equarum? *l*

ORDO.

quamvis Græcia mirétur Elyſios campos, nec Proſérpina repetíta curet ſequi matrem) da fácilem curſum, atque ánnue, *noſtris* audácibus cœptis: miſeratúſque agréſtes ignáros viæ mecum ingrédere, et jam nunc aſſueſce vocári votis. *In* novo vere, cùm gélidus humor líquitur *è* canis móntibus, et putris gleba reſólvit ſe Zéphyro; jam tum taurus incípiat ingémere mihi depréſſo arátro, et vomer attritus ſulco *incípiat* ſplendeſcere. Illa ſeges demum reſpóndet votis avári agrícolæ, quæ *ſeges* ſenſit bis ſolem, bis frígora: imménſæ meſſes ruperunt hórrea íllius *agrícolæ*. At priúſquam ſcíndimus ignótum æquor ferro, cura ſit, prædíſcere ventos, et várium morem cœli, ac pátrios cultúſque habitúſque locórum: et quid quæque régio ferat, et quid quæque recúſet. Hìc ſégetes *véniunt feliciùs*, illic uvæ véniunt feliciùs: arbórei fœtus, atque grámina injúſſa viréſcunt álibi. Nonne vides ut *mons* Tmolus *mittit* cróceos odóres, *ut* India mittit ebur, *ut* molles Sabæi *mittunt* ſua thura? At nudi Chálybes *mittunt* ferrum, Pontúſque *mittit* viróſa Caſtórea, *et* Epírus *mittit* palmas Elíadum equárum?

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Continuò has leges æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:
Unde homines nati, durum genus. Ergo age, terræ
Pingue ſolum primis extemplò à menſibus anni
Fortes invertant tauri: glebaſque jacentes
Pulverulenta (a) coquat maturis ſolibus æſtas.
At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum
Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco:
Illic officiant lætis ne frugibus herbæ;
Hic, ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.
Alternis idem tonſas ceſſare novales,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Aut ibi flava ſeres (b) mutato ſidere farra;
Unde prius lætum ſiliquâ quaſſante legumen,
Aut tenues fœtus viciæ, triſtiſque lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſylvamque ſonantem.
Urit enim lini campum ſeges, urit avenæ:
Urunt Lethæo perfuſa papavera ſomno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne (a) ſaturare fimo pingui pudeat ſola; neve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros.

ORDO.

Continuò natúra impóſuit has leges æternáque fœdera certis locis, quo témpore primùm Deucálion jactávit lápides in vácuum orbem: unde hómines, durum genus, *ſunt* nati. Ergo age, fortes tauri invértant pingue ſolum terræ extemplò à primis ménſibus anni: pulverulentáque æſtas coquat jacéntes glebas matúris ſólibus. At ſi tellus non fúerit fœcúnda, erit ſat ſuſpendere *eam* ténui ſulco ſub Arctúrum ipſum: illic *fácies ut juſſi*, ne herbæ officiant lætis frúgibus; hìc *fácies* ne exíguus humor déſerat ſterilem arénam. *Tu* idem patiére tonſas nováles *terros* ceſſáre altérnis *annis*, et ſegnem campum duréſcere ſitu. Aut ibi ſeres flava farra ſídere, *i. e. anno* mutáto; unde priùs ſuſtúleris lætum legúmen quaſſánte ſíliquâ, aut ténues fœtus viciæ, fragiléſque cálamos triſtis lupini, ſonantémque ſylvam. Enim ſeges lini urit campum, *ſeges* avénæ urit *eum*: papávera perfúſa Lethæo ſomno urunt *eum*. Sed tamen labor *eſt* facilis altérius *annis*: tantùm ne púdeat *te* ſaturáre árida ſola pingui fimo, neve jactáre immúndum cinerem per effœtos agros.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Sic

Sic quoque mutatis (a) requieſcunt fœtibus arva, p
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ. e
Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros, q
Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis. i
Sive inde occultas vires et pabula terræ a
Pinguia concipiunt: ſive illis omne per ignem l
(a) Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor: q
Seu plures calor ille vias, et cæca relaxat e
Spiramenta, novas veniat quâ ſuccus in herbas: e
Seu durat magis, et venas adſtringit hiantes: f
Ne tenues pluviæ, rapidive potentia Solis i
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. i
Multum adeo, raſtris glebas qui frangit inertes, m
Vimineaſque trahit crates, juvat arva; neque illum q
Flava Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo: m
Et qui, proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga, b
Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro: m
(a) Exercetque (b) frequens tellurem, atque imperat arvis. f
Humida (c) ſolſtitia atque hyemes orate ſerenas, k
Agricolæ: hyberno lætiſſima pulvere farra, n
Lætus ager: nullo tantum ſe (c) Myſia cultu m
Jactat, et ipſa ſuas mirantur (c) Gargara meſſes. l

ORDO.

Sic quoque arva requiéſcunt fœtibus mutátis, nec intérea eſt nulla grátia inarátæ terræ. Sæpe étiam prófuit incéndere ſtériles agros, atque úrere levem ſtípulam crepitántibus flammis. Sive inde terræ concípiunt occúltas vires et pábula: ſive per ignem omne vítium excóquitur illis, atque inútilis humor exſúdat: ſeu ille calor reláxat plures vias, et cæca ſpiraménta, quà ſuccus véniat in novas herbas: ſeu magis durat *terram*, et adſtríngit hiántes venas: ne ténues plúviæ, acriórve poténtia rápidi ſolis, aut penetrábile frigus Bóreæ adúrat *eam*. Adeò *ille* multum juvat arva, qui frangit inértes glebas raſtris, trahítque vimíneas crates; neque flava Ceres nequicquam ſpectat illum alto Olympo: et, *ille étiam juvat arva* qui rurſus perrúmpit terga *ſulcórum*, quæ ſúſcitat proſciſſo æquore, arátro verſo in oblíquum: frequénſque, *i. e. frequénter*, exércet tellúrem, atque ímperat arvis. Agrícolæ, oráte *Deos* húmida ſolſtítia, *i. e. æſtáte*s, atque ſerénas hyemas: farra *ſunt* lætíſſima, *et* ager *eſt* lætus hybérno púlvere: Myſia jactat ſe tantum nullo cultu, et Gárgara ipſa miránt*ur* ſuas meſſes.

(a) *Metaphora*, (b) *Antimeria*, (c) *Metonymia*.

Quid

Quid dicam, jacto qui ſemine cominus arva *b*
(a) Inſequitur cumuloſque ruit male pinguis arenæ? *i*
Deinde ſatis (b) fluvium inducit, rivoſque ſequentes? *l*
Et cùm exuſtus ager (a) morientibus æſtuat herbis, *d*
Ecce, (a) ſupercilio clivoſi tramitis undam *l*
(a) Elicit: illa cadens raucum per levia murmur *l*
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arva. *q*
Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus ariſtis, *f*
Luxuriem ſegetum tenera (a) depaſcit in herba, *k*
Cùm primum ſulcos æquant ſata? quique paludis *b*
Collectum humorem bibulâ deducit arenâ? *g*
Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans *b*
Exit, et obducto late tenet omnia limo, *n*
Unde cavæ tepido (a) ſudant humore lacunæ. *l*
Nec tamen (hæc cùm ſint hominumque, boûmque labores *o*
Verſando terram experti) nihil improbus anſer, *b*
Strymoniæque grues, et amaris intuba fibris, *k*
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipſe colendi *o*
Haud facilem eſſe viam voluit, primuſque per artem *i*
(a) Movit agros, curis acuens mortalia corda: *p*
Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno. *p*
Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni: *p*

O R D O.

Quid dicam *de illo*, qui, ſémine jacto, cóminus inſéquitur arva, ruítque cúmulos malè pinguis, *i. e. ſtérilis* arénæ? deínde indúcit flúvium, ſequentéſque rivos ſatis? et cùm exúſtus ager æſtuat moriéntibus herbis, ecce, élicit undam ſupercílio clivóſi trámitis: illa *unda*, cadens per lévia ſaxa, ciet raucum murmur, temperátque aréntia arva ſcátebris. Quid *dicam de eo*, qui, ne culmus procúmbat grávidis ariſtis, depáſcit luxúriem ſégetum in ténerâ herbâ, cùm primùm ſata æquant ſulcos? quique dedúcit colléctum humórem palúdis bíbulâ aréná? præſértim ſi amnis abúndans incértis ménſibus exit, et tenet ómnia latè obdúcto limo, unde cavæ lacúnæ ſudant tépido humóre. Nec tamen (cùm labóres hominúmque boúmque ſint expérti hæc *mala* verſándo terram) ímprobus anſer, Strymoniæque grues, et intuba amáris fibris, officiunt nihil, aut umbra nocet *nihil*. Pater *Deórum* ipſe haud vóluit viam coléndi *terram* eſſe fácilem, primúſque movit agros per artem, ácuens mortália corda curis: nec *eſt* paſſus ſua regna torpére gravi vetérno, *i. e. deſidiâ*. Ante Jovem nulli colóni ſubigébant arva:

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Nec

Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum *f*
Fas erat: in medium quærebant: ipſaque tellus *l*
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat. *l*
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris, *n*
Prædarique lupos juſſit, pontumque moveri: *f*
Mellaque decuſſit foliis, ignemque removit, *p*
Et paſſim rivis currentia vina repreſſit: *b*
Ut varias uſus meditando (a) extunderet artes *p*
Paulatim, et ſulcis frumenti quæreret herbam, *a*
Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem. *m*
Tunc (b) alnos primùm fluvii ſenſere cavatas: *g*
Navita tum ſtellis numeros et nomina fecit, *p*
Pleïadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. *q*
Tum laqueis captare feras, et fallere viſco *p*
Inventum: et magnos canibus circumdare ſaltus. *g*
Atque alius latum fundâ jam verberat amnem *m*
Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina. *i*
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ; *f*
(Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum) *l*
Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit *n*
Improbus, et duris urgens in rebus egeſtas. *m*

ORDO.

nec erat fas figuáre quidem, aut partíri campum límite: quærébant *victum* in médium, *i. e. commúne bonum:* tellúsque ipſa ferébat ómnia libériùs, nullo poſcénte. Ille *Júpiter* áddidit malum virus atris ſerpéntibus, juſſítque lupos prædari, pontumque movéri: decuſſítque mella foliis, removítque ignem, et repréſſit vina currántia paſſim rivis: ut meditándo uſus extúnderet várias artes paulátim, et quæreret herbam fruménti ſulcis, et excúderet abſtrúſum ignem venis ſílicis. Tunc primùm flúvii ſenſére cavátas alnos: tum návita fecit números et nómina ſtellis, *appéllans* Pleïadas, Hyadas, clarámque Arcton *filiam* Lycáonis. Tum *eſt* invéntum captáre feras láqueis, et fállere *aves* viſco: et circúmdare magnos ſaltus canibus. Atque álius jam vérberat latum amnem fundâ, petens alta, aliúſque trahit húmida lina pélago. Tum rigor ferri, atque lámina argútæ ſerræ *venére*; (nam primi *hómines* ſcindébant fíſſile lignum cúneis) tum váriæ artes venére. Improbus labor vincit ómnia, et egéſtas urgens in duris rebus

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Prima Ceres (a) ferro mortales vertere terram *m*
Inſtituit: cum jam glandes atque arbuta ſacræ *m*
Deficerent ſylvæ, et victum Dodona negaret. *m*
Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos *c*
Eſſet robigo, ſegniſque horreret in arvis *a*
Carduus: intereunt ſegetes, ſubit aſpera (b) ſylva, *i*
Lappæque, tribulique: interque nitentia culta *h*
Infelix lolium et ſteriles (c) dominantur avenæ. *d*
Quod niſi et aſſiduis terram (c) inſectabere raſtris, *l*
Et ſonitu terrebis aves, et ruris opaci *p*
Falce premes umbras, votiſque vocaveris imbrem: *n*
Heu, magnum alterius fruſtra ſpectabis acervum, *f*
Concuſſaque famem in ſylvis ſolabere quercu. *f*
Dicendum et quæ ſint duris agreſtibus arma: *a*
Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes. *l*
Vomis, et inflexi primum grave robur aratri, *n*
(d) Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra, *m*
Tribulaque, traheæque, et iniquo pondere raſtri: *k*
Virgea præterea Celei viliſque ſupellex, *k*
Arbuteæ crates, et myſtica vannus Iacchi. *n*
Omnia quæ multo ante memor proviſa repones, *p*
Si te digna manet divini gloria ruris. *f*

ORDO.

Ceres prima inſtituit mortales vertere terram ferro: cùm jam ſacræ ſylvæ deficerent glandes atque arbuta, et Dodona negaret victum. Et mox labor *eſt* additus frumentis: ut mala rubigo eſſet culmos, ſegniſque carduus horreret in arvis: ſegetes intereunt, aſpera ſylva ſubit, lappæque, tribulique: interque nitentia culta *arva*, infelix lolium, et ſteriles avenæ dominantur. Quòd niſi inſectabere terram aſſiduis raſtris, et terrebis aves ſonitu, et premes umbras opaci ruris falce, vocaveriſque imbrem votis: heu! fruſtra ſpectabis magnum acervum alterius, ſolaberéque famem concuſsâ quercu in ſylvis. Et *eſt* dicendum, quæ arma ſint duris agreſtibus: ſine queis meſſes potuere nec ſeri, nec ſurgere. Primùm vomis, et grave robur infléxi arátri, tardáque volventia plauſtra Eleuſinæ matris *Cereris*, tribuláque, traheæque, et raſtri iníquo pondere: prætérea virgea viliſque ſupellex Célei, arbúteæ crates, et myſtica vannus Iácchi. Omnia quæ proviſa multo antè *tu* memor repónes, ſi digna glória divíni ruris manet te.

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metaphora.* (d) *Antimeria.*

Continuò

Continuò in ſylvis magna vi flexa (a) domatur *m*
In burim, et curvi formam accipit ulmus aratri. *b*
Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo, *f*
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorſo. *f*
Cæditur et tilia ante jugo levis, altaque fagus, *i*
Stivaque, quæ (b) currus à tergo torqueat imos: *m*
Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus. *f*
Poſſum multa tibi veterum præcepta referre, *e*
Ni refugis, tenueſque piget cognoſcere curas. *b*
Area cum primis ingenti æquanda cylindro, *m*
Et vertenda manu, et cretâ ſolidanda tenaci, *h*
Ne ſubeant herbæ, neu pulvere victa fatiſcat: *n*
Tum variæ illudunt peſtes. Sæpe exiguus mus *m*
Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit: *e*
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. *n*
Inventuſque cavis bufo, et quæ plurima terræ *f*
Monſtra ferunt: populatque ingentem farris acervum *l*
Curculio, atque inopi metuens formica ſenectæ. *k*
Contemplator item, (c) cum ſe nux plurima ſylvis *f*
Induet in florem, et ramos curvabit olentes: *m*
Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur, *p*
Magnaque cum magno veniet tritura calore. *p*
At ſi luxuriâ foliorum exuberat umbra, *e*

ORDO.

Continuò in ſylvis flexa ulmus domátur magnâ vi in burim, et áccipit formam curvi arátri. Hinc *buri* temo, proténtus à ſtirpe in octo pedes, binæ aures, *et* dentá ia dúplici dorſo aptántur. Et antè levis tília cæditur jugo, altáque fagus, ſtivaque, quæ tórqueat imos currus à tergo: et fumus explórat *illa* robora ſuſpénſa focis. Poſſum referre tibi multa præcépta véterum, ni refugis, pigétque *te* cognóſcere *tam* leves curas. Cum primis área *eſt* æquánda ingénti cylíndro, et verténda manu, et ſolidánda tenáci cretâ, ne herbæ ſúbeant, neu victa púlvere fatíſcat: tum váriæ peſtes illúdunt. Sæpe exíguus mus poſuítque domos ſub terris, atque fecit hórrea: aut talpæ, capti óculis, fodére cubília. Bufóque invéntus cavis, et plúrima *ália* monſtra, quæ terræ ferunt: curculióque, atque formica, métuens inopi ſenéctæ, pópulat ingéntem acérvum farris. *Tu* item contempl átor, cùm *in* ſylvis, plúrima nux induet ſe in florem, et curvábit oléntes ramos: ſi fœtus *harum* ſúperant, páriter fruménta ſequéntur, magnáque tritúra véniet cum magno calóre. At ſi umbra exúberat luxúriâ foliórum,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Allegoria.*

Nequicquam pingues paleâ teret (a) area culmos. *c*
Semina vidi equidem multos medicare ſerentes, *q*
Et nitro prius et nigrâ perfundere amurcâ, *f*
Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. *p*
Et, quamvis igni exiguo properata maderent, *c*
Vidi lecta diu et multo ſpectata labore, *f*
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis *l*
Maxima quæque manu legeret: ſic omnia fatis *k*
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri. *f*
Non aliter quam qui adverſo vix flumine lembum *m*
Remigiis ſubigit: ſi brachia forte remiſit, *q*
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. *b*
Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis *m*
Hædorumque dies (b) ſervandi, et lucidus anguis; *f*
Quam quibus in patriam ventoſa per æquora vectis *q*
Pontus et oſtriferi fauces tentantur Abydi. *l*
Libra die (c) ſomnique pares ubi fecerit horas, *o*
Et medium luci atque umbris jam dividet orbem; *m*
Exercete, viri, tauros, ſerite hordea campis, *h*
Uſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. *m*
Nec non et lini ſegetem et Cereale papaver *c*
Tempus humo tegere, et jamdudum incumbere aratris: *l*
Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent. *e*

ORDO.

nequicquam ára teret cu'mos pingues páleâ. Vidi équidem multos *hómines* eréntes medicáre ſémina, et priùs perfúndere *ea* nitro et nigrâ amúrcâ, ut fœtus eſſet grándior fallácibus ſiliquis. Et, quamvis properáta exíguo igni madérent, vidi *ea*, diu lecta, et ſpectáta multo labóre, degenerâre tamen: niſi humána vis quotánnis légeret quæque máxima manu: ſic *vidi* ómnia rúere fatis in pejus, ac ſub ápſa retro referri. Non áliter quam *nauta*, qui vix súbigit lembum remígiis advérſo flúmine: ſi fortè remíſit bráchia, atque alveus rapit illum in præceps prono amni. Prætérea tam ſidera Arctúri, diéſque hœdórum ſunt *ob*-ſervándi nobis, et *étiam* lúcidus anguis; quàm *nautis*, quibus, vectis per ventó a æquora in pátriam, pontus et fauces oſtriferi Abydi tentántur. Ubi libra fécerit horas diéi omníque, *i. e. noctis* pares, et jam dívidet médium orbem luci atque umbris; viri, exercéte tauros, ſérite hórdea campis, uſque ſub extrémum imbrem intractábilis brumæ. Nec non *eſt* tempus légere et ſégetem lini, et Cereále papáver humo, et jamdúdum incúmbere arátris: dum licet ſiccâ tellúre, dum núbila pendent.

(a) *Proſopopœia.* (b) *Aphæreſis.* (c) *Metonymia.*

Vere

Vere fabis ſatio: tum te quoque, Medica, putres q
Accipiunt ſulci; et milio venit annua cura: o
Candidus auratis aperit cum cornibus annum p
Taurus, et averſo cedens canis occidit aſtro. n
At ſi triticeam in meſſem robuſtaque farra f
Exercebis humum, ſoliſque inſtabis ariſtis: f
Ante tibi Eoæ Atlantedes abſcondantur, * m
Gnoſiaque ardentes decedat ſtella coronæ; m
Debita quam ſulcis committas ſemina, quamque m
Invitæ properes anni ſpem credere terræ. f
Multi ante occaſum Maiæ cœpere: ſed illos g
Exſpectata ſeges vanis eluſit ariſtis. f
Si vero viciamque ſeres, vilemque faſelum, e
Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis: f
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes: b
Incipe, et ad medias ſementem extende (a) pruinas. l
Idcirco certis dimenſum partibus orbem a
Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra. l
Quinque tenent cœlum zonæ: quarum una coruſco m
Semper ſole rubens, et torrida ſemper ab igni: b
Quam circum extremæ dextrâ lævâque trahuntur, a
Cœruleâ glacie concretæ atque imbribus atris. l

ORDO.

Eſt ſátio fabis vere: tum putres ſulci accípiunt te quoque, Médica; et ánnua cura venit mílio: cùm cándidus Taurus áperit annum aurátis córnibus, et canis, cedens avérſo aſtro, óccidit. At ſi exercébis humum in tritíceam meſſem, robuſtáque farra, inſtabíſque aríſtis ſolis: Eóæ Atlantedes *Pleiades* abſcondantur tibi, Gnoſſiáque ſtella ardéntis corónæ decédat antè; quàm commíttas débita ſémina ſulcis, quàmque próperes crédere ſpem anni invítæ terræ. Multi cœpére ante occáſum Maiæ: ſed exſpectáta ſeges elúſit illos vanis aríſtis. Verò ſi ſeres viciámque, vilémque faſélum, nec aſpernábere curam Peluſíacæ lentis: cadens Boótes mittet haud obſcúra ſigna tibi: íncipe, et exténde ſeméntem ad médias pruínas, *i. e. hyemes*. Idcírco aúreus ſol regit orbem diménſum certis ménſibus, per duodéna aſtra, *i. e. ſigna* mundi. Quinque zonæ tenent cœlum: quarum una *eſt* ſemper rubens coruſco ſole, et ſemper tórrida ab igni: circum quam extrémæ *zonæ* trahúntur dextrâ lævâque *parte*, concré:æ Cœrúleâ glácie atque atris ímbribus.

(a) *Metonymia.*

Has

Has inter mediamque, duæ mortalibus ægris *e*
Munere conceſſæ (a) Divûm, et via ſecta per ambas *n*
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo. *a*
Mundus ut ad Scythiam Riphæaſque arduus arces *l*
Conſurgit; premitur Libyæ devexus in Auſtros. *e*
Hic vertex nobis ſemper ſublimis; at illum *a*
Sub pedibus Styx atra videt, maneſque profundi. *p*
Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis *p*
Circum, perque duas in morem fluminis Arctos, *f*
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi. *e*
Illic, ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox *f*
Semper, et obtentâ (b) denſantur nocte tenebræ; *m*
Aut redit à nobis aurora, diemque reducit: *n*
Noſque ubi primus equis oriens afflavit anhelis, *k*
Illic ſera rubens accendit lumina Veſper. *f*
Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cœlo *g*
Poſſumus: hinc meſſiſque diem, tempuſque ſerendi: *p*
Et quando infidum remis impellere marmor *a*
Conveniat; quando armatas deducere claſſes, *m*
Aut tempeſtivam ſylvis evertere (c) pinum. *a*
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur et ortus, *c*
Temporibuſque parem diverſis quatuor annum. *l*

O R D O.

Inter has mediámque *zonam*, duæ *ſunt* concéſſæ ægris mortálibus múnere Divórum, et via *eſt* ſecta per ambas, quà obliquus ordo ſignórum vérteret ſe. Ut mundus conſúrgit árduus ad Scythiam Riphæáſque arces; *ita* prémitur devéxus in Auſtros Líbyæ. Hic vertex nobis *eſt* ſemper ſublímis; at atra Styx videt, profundíque manes *vident* illum ſub pédibus. Hìc ad *ſuperiórem polum* máximus anguis elábitur circùm ſinuóſo flexu, inque morem flúminis per duas Arctos, Arctos, metuéntes tingi æquore océani. Illic, ut perhibent, aut intempéſta nox ſemper ſilet, et ténebræ denſántur nocte obténtâ; aut auróra redit à nobis, reducítque diem: ubíque primus *ſol* óriens afflavit nos anhélis equis, illic rubens veſper accéndit ſera lúmina. Hinc póſſumus prædíſcere tempeſtátes dúbio cœlo: hinc *póſſumus prædíſcere* diémque meſſis, tempúſque ſeréndi: et quando convéniat impéllere infídum marmor, *i. e. mare* remis; quando *convéniat* dedúcere armátas claſſes, aut evértere tempeſtívam pinum ſylvis. Nec fruſtra ſpeculámur óbitus et ortus ſignórum, annúmque parem quátuor divérſis tempóribus.

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Frigidus

Frigidus agricolam ſi quando continet imber; *l*
Multa, forent quæ mox cœlo properanda ſereno, *n*
Maturare datur: durum procudit arator *f*
Vomeris obtuſi dentem, cavat arbore lintres: *z*
Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit acervis: *p*
Exacuunt alii vallos, furcaſque bicornes, *l*
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. *q*
Nunc facilis rubeâ texatur fiſcina virgâ: *l*
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo. *a*
Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus *m*
Fas et jura ſinunt: rivos deducere nulla *f*
Religio vetuit, ſegeti prætendere ſepem, *k*
Inſidias avibus moliri, incendere vepres, *l*
Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri. *e*
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli *n*
Vilibus aut onerat pomis: lapidemque revertens *q*
Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. *b*
Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna *i*
Felices operum. Quintam fuge: pallidus (a) Orcus *b*
Eumenideſque (b) ſatæ: tum partu Terra nefando *l*
Cœumque, Iapetumque creat, ſævumque Typhoea, *e*
Et conjuratos cœlum reſcindere fratres. *a*

ORDO.

Si quando frigidus imber cóntinet agrícolam *domi*; *tempus* datur maturáre *ea*, quæ mox forent properánda cœlo ſeréno: arátor procúdit durum dentem obtúſi vomeris, *et* cavat lintres árbore: impréſſit aut ſignum pécori, aut números acérvis *frugum*: álii exácuunt vallos, bicornéique furcas, atque parant Amerina retinácula lentæ viti. Nunc fácilis fiſcina texátur rúbeâ virgâ: nunc torréte fruges igni, nunc frángite *eas molári* ſaxo. Quippe etiam fas et jura ſinunt exercére quædam feſtis diébus: nulla religio vétuit dedúcere rivos, præténdere ſepem ségeti, moliri inſídias ávibus, incéndere vepres, merſaréque gregem balántum *óvium* ſalúbri flúvio. Sæpe agitátor tardi aſélli onerat coſtas *illius* óleo aut vílibus pomis: reverténique *domum* repórtat incúſum lápidem, aut maſſam atræ picis *ex* urbe. Luna ipſa dedit álios dies felíces operum álio órdine. Fuge quintam *diem*: *illá die* pállidus Orcus, *i. e. Pluto eſt natus*, Eumenidéſque *ſunt* ſatæ. Tum nefando partu Terra creat Cœúmque, Iapetúmque, ſævúmque Typhóea, et fratres conjurátos reſcíndere cœlum.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Ter

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam *b*
Scilicet, atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum: *m*
Ter Pater exſtructos disjecit fulmine montes. *m*
Septima poſt decimam felix, et ponere vitem, *l*
Et prenſos domitare boves, et licia telæ *e*
Addere. Nona fugæ melior, contraria furtis. *k*
Multa adeo gelidâ melius ſe nocte dedere: *k*
Aut cùm ſole novo terras irrorat Eous. *f*
Nocte leves ſtipulæ melius, nocte arida prata *k*
Tondentur: noctes lentus non deficit humor. *a*
Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes *a*
Pervigilat, (a) ferroque faces inſpicat acuto. *p*
Interea longum cantu ſolata laborem *m*
Arguto conjux percurrit pectine telas: *a*
Aut dulcis muſti (a) Vulcano decoquit humorem, *b*
Et foliis undam tepidi deſpumat (a) aheni. *p*
At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu, *k*
Et medio toſtas æſtu terit (b) area fruges. *n*
Nudus ara, ſere nudus: hyems ignava colono. *k*
Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur, *p*
Mutuaque inter ſe læti convivia curant: *m*
Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit. *c*

ORDO.

Scilicet ter ſunt conáti impónere Oſſam Pélio, atque invólvere frondóſum Olympum Oſſæ: ter pater *Júpiter* disjécit *hos* exſtrúctos montes fúlmine. Séptima *dies* poſt décimam *eſt* ſelix, et pónere vitem, et domitáre prenſos boves, et áddere lícia telæ. Nona *dies eſt* mélior fugæ, contrária furtis. Adeò multa dédere ſe, *i. e. ſucceſſere* melius gélidâ nocte: aut cùm Eóus irrórat terras novo ſole. Nocte leves ſtipulæ méliùs, nocte árida prata tondéntur *meliùs:* lentus humor non déficit noctes. Et quidam pervígilat ad ſeros ignes hybérni lúminis, inſpícatque faces acúto ferro. Interea conjux, ſoláta longum labórem cantu, percúrrit telas argúto péctine: aut decóquit humórem dulcis muſti Vulcáno, *i. e. igne*, et deſpúmat undam tépidi ahéni fóliis. At rubicúnda Ceres ſucciditur médio æſtu, et área terit toſtas fruges médio æſtu. *Tu* nudus ara, nudus ſere: hyems *eſt* ignáva colóno. Agrícolæ plerúmque fruúntur parto frigóribus *hyemis*, lætíque curant mútua convívia inter ſe: geniális hyems invitat *ad hæc*, reſolvítque curas *eórum*.

(a) *Metonymia.* (b) *Proſopopœia.*

Ceu

Ceu preſſæ cum jam portum tetigere carinæ, *b*
Puppibus et læti nautæ impoſuere coronas. *n*
Sed tamen et quernas glandes tum ſtringere tempus, *m*
Et lauri baccas, oleamque, (a) cruentaque myrta: *c*
Tunc gruibus pedicas et retia ponere cervis, *q*
Auritoſque ſequi lepores; tum figere damas, *e*
Stupea torquentem Balearis verbera fundæ; *p*
Cum nix alta jacet, glaciem cum flumina trudunt. *e*
Quid tempeſtates autumni et ſidere dicam? *a*
Atque, ubi jam breviorque dies, et mollior æſtas, *k*
Quæ vigilanda viris? vel cum ruit imbriferum ver: *q*
Spicea jam campis cum meſſis inhorruit, et cum *n*
Frumenta in viridi ſtipulâ lactentia turgent? *e*
Sæpe ego, cum flavis meſſorem induceret arvis *m*
Agricola, et fragili jam ſtringeret hordea culmo, *q*
Omnia ventorum concurrere prælia vidi, *n*
Quæ gravidam late ſegetem ab radicibus imis *p*
Sublime expulſam eruerent: ita turbine nigro *c*
Ferret hyems culmumque levem, ſtipulaſque volantes. *o*
Sæpe etiam immenſum cœlo venit (a) agmen aquarum, *n*

ORDO.

Ceu cùm jam preſſæ carínæ tetigére portum, et læti nautæ impoſuére corónas púppibus. Sed tamen tum *eſt* tempus ſtringere et quernas glandes, et baccas lauri, oleámque, cruentáque myrta: tunc *eſt tempus eum* pónere pédicas grúibus, et retia cervis, ſequíque auritos lépores; tum fígere damas, torquéntem ſtúpea vérbera Baleáris fundæ; cùm alta nix jacet, cùm flúmina trudunt gláciem. Quid dicam tempeſtátes et ſídera autúmni? atque quæ *ſint* vigilánda viris, ubi jam dies *eſt* brévior, et æſtus *eſt* mollior? vel cùm imbríferum ver ruit: cùm ſpícea meſſis inhórruit campis, et cùm lacténtia frumenta turgent in víridi ſtípulâ? Sæpe ego, cùm agrícola indúceret meſſórem flavis arvis, et jam ſtringeret hórdea frágili culmo, vidi ómnia prælia ventórum, quæ latè eruérent grávidam ségetem, ab imis radícibus, expúlſam ſublimè: ita, nigro túrbine, hyems ferret levémque culmum, volantéſque ſtípulas. Sæpe étiam imménſum agmen aquárum venit cœlo,

(a) *Metaphora.*

Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris *f*
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther, *b*
Et pulviâ ingenti ſata læta, boumque labores *n*
Diluit: implentur foſſæ, et cava flumina creſcunt *n*
Cum ſonitu, fervetque fretis ſpirantibus æquor. *p*
Ipſe pater, media nimborum in nocte, coruſcâ *l*
Fulmina molitur dextrâ: quo maxima motu *m*
Terra tremit: fugere feræ, et mortalia corda *p*
Per gentes humilis ſtravit pavor: ille flagranti *b*
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo *b*
Dejicit: ingeminant Auſtri, et denſiſſimus imber: *l*
Nunc (a) nemora ingenti vento, nunc (a) littora plangunt. *m*
Hoc metuens, cœli menſes et ſidera (b) ſerva: *m*
(c) Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet: *m*
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. *b*
Imprimis venerare Deos, atque annua magnæ *e*
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis, *q*
Extremæ ſub caſum hyemis, jam vere ſereno. *g*
Tunc agni pingues, et tunc molliſſima vina: *a*
Tunc ſomni dulces, denſæque in montibus umbræ. *a*
Cuncta tibi Cererem pubis agreſtis adoret: *l*
Cui tu lacte favos, et miti dilue (c) Baccho, *f*

ORDO.

et nubes, collectæ ex alto *mari*, glomerant fœdam tempeſtatem atris imbribus: arduus æther ruit, et ingenti pluviâ diluit læta ſata, laboreſque boum: foſſæ implentur, et cava flumina creſcunt cum ſonitu, æquorque ſervet ſpirantibus fretis. Pater *Jupiter* ipſe molitur ſulmina coruſcâ dextrâ, in mediâ nocte nimborum: quo motu maxima terra tremit: feræ fugere, et humilis pavor ſtravit mortalia corda per gentes: ille dejicit aut *montem* Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia flagranti telo: Auſtri et denſiſſimus imber ingeminant: nunc nemora, nunc littora plangunt ingenti vento. Metuens hoc, *ob*-ſerva menſes et ſidera cœli: quo *loco* frigida ſtella Saturni receptet ſeſe: in quos orbes cœli Cyllenius ignis erret. Imprimis venerare Deos, atque refer annua ſacra magnæ Cereri, operatus, *i. e. faciens ſacra* in lætis herbis, ſub caſum extremæ hyemis jam ſereno vere. Tunc agni *ſunt* pingues, et tunc vina *ſunt* molliſſima: tunc ſomni *ſunt* dulces, umbræque *ſunt* denſæ in montibus. Cuncta agreſtis pubes tibi adoret Cererem: cui tu dilue favos lacte, et miti Baccho, *i. e. vino*,

(a) *Proſopopœia.* (b) *Aphæreſis.* (c) *Metonymia.*

Terque

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges, *n*
Omnis quam chorus et ſocii comitentur ovantes; *d*
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque ante *p*
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis, *a*
Quam Cereri, tortâ redimitus tempora quercu, *p*
Det motus incompoſitos, et carmina dicat. *g*
Atque hæc ut certis poſſimus diſcere ſignis, *a*
Æſtuſque, pluviaſque et agentes frigora ventos; *c*
Ipſe pater ſtatuit: quid menſtrua Luna moneret, *q*
Quo ſigno caderent Auſtri, quid ſæpe videntes *f*
Agricolæ propius ſtabulis armenta tenerent. *k*
Continuò ventis ſurgentibus, aut freta ponti *n*
Incipiunt agitata tumeſcere, et aridus altis *i*
Montibus audiri fragor: aut reſonantia longe *o*
Littora miſceri, et nemorum increbeſcere murmur. *p*
Jam ſibi tum à curvis male temperat unda (a) carinis, *o*
Cum medio celeres revolant ex æquore mergi, *k*
Clamoremque ferunt ad littora, cumque marinæ *p*
In ſicco ludunt fulicæ: notaſque paludes *g*
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem. *n*
Sæpe etiam ſtellas, vento impendente, videbis *m*
Præcipites cœlo labi: noctiſque per umbram *m*
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus: *a*

ORDO.

terque felix hóſtia eat circum novas fruges, quam *hóſtiam* omnis chorus, et ovántes ſócii comiténtur; et vocent Cérerem clamóre in tecta: neque quiſquam ſuppónat falcem matúris ariſtis, ante quàm, redimítus *quoad ſua* témpora tortâ quercu, det incompóſitos motus, et dicat cármina Céreri. Atque ut poſſímus díſcere hæc certis ſignis, æſtúſque, pluviáſque et ventos agéntes frígora; pater *Júpiter* ipſe ſtátuit: quid ménſtrua Luna monéret, quo ſigno Auſtri cáderent, quid agrícolæ vidéntes ſæpe tenérent arménta própiùs ſtábulis. Continuò, ventis ſurgéntibus, aut freta ponti agitáta incípiunt tuméſcere, et áridus fragor *incipit* audíri altis móntibus: aut littora reſonántia longè míſcéri, et murmur némorum increbéſcere. Jam tum unda malè témperat ſibi à curvis carínis, cùm céleres mergi révolant ex médio æquore, ferúntque clamórem ad littora, cùmque marínæ fúlicæ ludunt in ſicco: ardeáque déſerit notas palúdes, atque volat ſupra altam nubem. Sæpe étiam, vento impendénte, vidébis ſtellas labi præcípites cœlo: longóſque tractus flammárum albéſcere à tergo per umbram noctis:

(a) *Synecdoche.*

Sæpe levem paleam et frondes volitare caducas, g
Aut ſummâ nantes in aquâ colludere plumas. g
At Boreæ de parte trucis cum fulminat, et cum p
Eurique Zephyrique tonat domus; omnia plenis d
Rura (a) natant foſſis, atque omnis navita ponto m
Humida vela legit. Nunquam imprudentibus imber l
Obfuit. Aut illum ſurgentem vallibus imis m
Aëriæ fugere grues: aut bucula cœlum p
Suſpiciens, patulis captavit naribus auras: l
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo: b
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. n
Sæpius et tectis penetralibus extulit ova o
Anguſtum formica terens iter, et (a) bibit ingens c
Arcus: et è paſtu decedens agmine magno m
Corvorum increpuit denſis exercitus alis. f
Jam varias pelagi volucres, et quæ Aſia circum k
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri, m
Certatim largos humeris infundere rores; g
Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas, p
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi. p
Tum cornix plenâ pulviam vocat improba voce, c
Et ſola in ſiccâ ſecum ſpatiatur arenâ. b

ORDO.

ſæpe levem páleam et cadúcas frondes volitáre, aut plumas nautes in ſummâ aquâ colludere. At cùm fúlminat de parte trucis Boreæ, et cùm domus Euríque Zephyríque tonat; ómnia rura natant plenis foſſis, atque omnis návita legit húmida vela ponto. Imber nunquam óbfuit imprudéntibus. Aut aëriæ grues fugére illum *imbrem* ſurgéntem imis vállibus: aut búcula, ſuſpíciens cœlum, captávit auras pátulis náribus: aut argúta hirúndo circumvolitávit lacus: et ranæ cecinere véterem querélam in limo. Et ſæpiùs formíca, terens angúſtum iter, éxtulit ova tectis penetrálibus, et ingens *cæléſtis* arcus bibit: et exércitus corvórum, decédens e paſtu magno ágmine, increpuit denſis alis. Jam vídeas várias vólucres pélagi, et *eas* quæ rimántur circum Aſia prata in dúlcibus ſtagnis Cayſtri, certátim infúndere largos rores; nunc objectáre caput fretis, nunc cúrrere in undas, et geſtíre ſtúdio lavándi incáſsùm. Tum improba cornix vocat plúviam plenâ voce, et ſola ſpatiátur ſecum in ſiccâ aréná.

(a) *Metaphora.*

Nec

Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ
Neſcivere (a) hyemem: teſtâ cum ardente viderent
Scintillare oleum, et putres concreſcere fungos.
Nec minus ex imbri ſoles, et aperta ſerena
Proſpicere, et certis poteris cognoſcere ſignis.
Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur,
Nec fratres radiis obnoxia ſurgere Luna:
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore ſolutos
Immundi meminere ſues jactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt:
Solis et occaſum (b) ſervans de culmine ſummo
Nequicquam ſeros exercet noctua cantus.
Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacumque illa levem fugiens ſecat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras,
Illa levem fugiens raptim ſecat æthera pennis.
Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces
Aut quater ingeminant: et ſæpe cubilibus altis,

f f f n p p b m m e e k m a b f d l m q n q

ORDO.

Nec quidem puéllæ, carpéntes noctúrna penſa, neſcivére hyemem cùm vidérent oleum ſcintilláre ardénte teſtâ, et putres fungos concréſcere. Nec minus, ex imbri, póteris proſpícere, et certis ſignis cognóſcere ſoles et apérta *cœla* ſeréna. Nam tum neque ácies vidétur *eſſe* obtúſa ſtellis, nec Luna túrgere obnóxia, *i. e. debens lucem* rádiis *ſolis* fratris; nec tenúia véllera lanæ ferri per cœlum. Halcyones, dilectæ Thétidi, non pandunt pennas ad tépidum ſolem in littore: immúndi ſues non meminére jactáre ſolútos manípulos *paleárum* ore. At nébulæ magis petunt ima *loca*, recumbúntque campo: et nóctua, *ob*-ſervans occáſum ſolis de ſummo cúlmine nequícquam exércet ſeros cantus. Niſus appáret ſublímis in líquido áëre, et Scylla dat pœnas pro purpúreo capíllo. Quàcúmque illa fúgiens ſecat levem æthera pennis, ecce inimícus, atrox Niſus inſéquitur *eam* per auras magno ſtridóre: quà Niſus fert ſe ad auras, illa fúgiens raptim ſecat levem æthera pennis. Tum corvi ingéminant líquidas voces ter aut quater preſſo gútture: et ſæpe altis cubilibus,

(a) *Metaphora.* (b) *Aphæreſis.*

Neſcio

Neſcio quâ præter ſolitum dulcedine læti, p
Inter ſe foliis ſtrepitant: juvat imbribus actis d
Progeniem parvam, dulceſque reviſere nidos. n
Haud equidem credo, quia ſit divinitus illis p
Ingenium, aut rerum fato prudentia major: m
Verùm, ubi tempeſtas et cœli mobilis humor m
Mutavere vias: et (a) Jupiter humidus Auſtris b
Denſat, erant quæ rara modo; et, quæ denſa, relaxat: p
Vertuntur ſpecies animorum, et pectora motus e
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat, q
Concipiunt: hinc ille avium concentus in agris, p
Et lætæ pecudes, et ovantes gutture corvi. e
Si verò ſolem ad rapidum Lunaſque ſequentes g
Ordine reſpicies; nunquam te craſtina fallet l
Hora, neque inſidiis noctis capiere ſerenæ. q
Luna revertentes cum primùm colligit ignes, m
Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu; b
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber. i
At, ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem. b
Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe. n
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus auctor) a
Pura, neque obtuſis per cœlum cornibus ibit; m

ORDO.

Læti néſcio quâ dulcédine præter ſólitum *morem*, ſtrépitant inter ſe fóliis: imbribus actis, juvat *eos* reviſere parvam progéniem, dulcéſque nidos. Equidem haud credo, quia ingénium ſit *datum* illis divínitus, aut major prudéntia *in* fato rerum: verùm, ubi tempéſtas, et móbilis humor cœli mutavére vias: et Júpiter, *i. e. aër*, húmidus Auſtris, denſat *ea*, quæ modò erant rara; et reláxat *ea*, quæ *erant* denſa: ſpécies animórum vertúntur, et *eorum* péctora concípiunt nunc álios, *nunc* álios motus, dum ventus agébat núbila: hinc *eſt* ille concéntus ávium in agris, et *hinc* pécudes *ſunt* lætæ, et corvi ovántes gútture. Si verò reſpícies ad rápidum ſolem, Lunáſque ſequéntes *eum* órdine; cráſtina hora nunquam fallet te, neque capiére inſídiis ſerénæ noctis. Cum primùm Luna cólligit reverténtes ignes, ſi compréenderit nigrum áëra obſcúro cornu; máximus imber parábitur agrícolis pelagóque. At, ſi ſuffúderit virgíneum rubórem ore, erit ventus: aúrea Phœbe ſemper rubet vento. Sin *erit* pura in quarto ortu (namque is *eſt* certíſſimus auctor) neque ibit obtúſis córnibus per cœlum;

(a) *Metonymia.*

Totus

Totus et ille dies, et qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem, pluviâ ventiſque carebunt:
Votaque ſervati ſolvent in littore nautæ
Glauco, et Panopeæ, et Inoo Melicertæ.
Sol quoque et exoriens, et cum ſe condit in undas,
Signa dabit: ſolem certiſſima ſigna ſequuntur:
Et quæ mane refert, et quæ ſurgentibus aſtris.
Ille ubi naſcentem maculis variaverit ortum
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe;
Suſpecti tibi ſint imbres: namque urget ab alto
Arboribuſque ſatiſque Notus, pecorique ſiniſter.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi erumpent radii, aut ubi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;
Heu male tum mites defendet pampinus uvas;
Tum multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo cum jam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis: nam ſæpe videmus
Ipſius in vultu varios errare colores.
Cœruleus pluviam denunciat, igneus Euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni;
Omnia tunc pariter vento nimbiſque videbis
Fervere. Non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat convellere funem.

ORDO.

et totus ille dies, et qui naſcéntur ab illo, ad exáctum menſem, carébunt plúviâ ventíſque: nautæ ſerváti ſolvent vota in líttore Glauco, et Panopéæ et Inóo Melicértæ. Sol, quoque, et exóriens, et cùm condit ſe in undas, dabit ſigna: certíſſima ſigna ſequúntur ſolem; et quæ refert manè, et quæ *refert* aſtris ſurgéntibus. Ubi ille variáverit naſcéntem ortum máculis, cónditus in nubem, refugeritque médio orbe; imbres ſint ſuſpécti tibi: namque Notus ſiníſter arboribúſque, ſatíſque, pecoríque urget ab alto *mari*. Aut ubi ſub lucem divérſi rádii erúmpent ſeſe inter denſa núbila; aut ubi Auróra, linquens cróceum cubíle Tithóni, ſurget pállida; heu, tum pámpinus malè deféndet mites uvas; tum multa hórrida grando ſalit crépitans in tectis. Profuérit magis meminíſſe hoc étiam, cùm jam *ſol* decédet Olympo eménſo: nam ſæpe vidémus vários colóres erráre in vultu ipſíus. Cœrúleus *color* denúnciat plúviam, ígneus *denúnciat* Euros: ſin máculæ incípient immiſcéri rútilo igni; tunc vidébis ómnia fervére páriter vento nimbíſque. Non quiſquam móneat me íre per altum *mare* illâ nocte, neque convéllere funem à terrâ.

At

At ſi, cum referetque diem, condetque relatum, *e*
Lucidus orbis erit; fruſtra terrebere nimbis, *l*
Et claro ſylvas cernes Aquilone moveri. *b*
Denique, quid Veſper ſerus vehat, unde ſerenas *n*
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus (a) Auſter, *n*
Sol tibi ſigna dabit: ſolem quis dicere falſum *l*
Audeat? ille etiam cæcos inſtare tumultus *l*
Sæpe monet: fraudemque et operta (b) tumeſcere bella. *o*
Ille etiam exſtincto miſeratus Cæſare Romam, *p*
Cum caput obſcurâ nitidum (b) ferrugine texit, *p*
Impiaque æternam timuerunt ſæcula noctem. *p*
Tempore quanquam illo tellus quoque, et æquora ponti, *n*
Obſcœnique canes, importunæque volucres *f*
Signa dabant. Quoties Cyclopum ‡ effervere in agros *l*
Vidimus (b) undantem ruptis fornacibus Ætnam, *m*
Flammarumque (b) globos, liquefactaque volvere ſaxa? *d*
Armorum ſonitum toto (c) Germania cœlo *f*
Audiit, inſolitis tremuerunt motibus Alpes. *k*
Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes *m*
Ingens, et ſimulacra modis pallentia miris *e*
Viſa ſub obſcurum noctis: pecudeſque locutæ, *n*
(Infandum!) ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt: *a*

ORDO.

At ſi orbis *ſolis* erit lúcidus, cùm referétque diem, condétque *eum* relátum; fruſtra terrébere nimbis, et cernes ſylvas movéri claro Aquilóne. Dénique, quid ſerus Veſper vehat, unde ventus agat ſerénas nubes, *et* quid húmidus Auſter cógitet, ſol dabit ſigna tibi: quis audeat dicere ſolem *eſſe* falſum? ille étiam ſæpe monet cæcos tumúltus inſtáre; fraudémque et opérta bella tumeſcere. Ille étiam *eſt* miſerátus Romam Cæſare exſtíncto, cùm exit nítidum caput obſcúrâ ferrúgine, impiáque ſæcula timuérunt ætérnam noctem. Quanquam illo témpore, tellus quoque, et æquora ponti, obſcœníque canes, importunæque vólucres dabant ſigna. Quóties vídimus Ætnam, undántem fornácibus ruptis efférvere in agros Cyclópum, volveréque globos flammárum, liquefactáque ſaxa? Germánia audívit ſónitum armórum toto cœlo, *et* Alpes tremuérunt infólitis mótibus. Ingens vox quoque *eſt* exaudíta vulgò per ſilértes lucos, et ſimulácra, palléntia miris modis, *ſunt* viſa ſub obſcúrum noctis: pecudéſque *ſunt* locútæ (infándum!) amnes ſiſtunt, terræque dehíſcunt:

(a) *Proſopopœia.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Et

Et mœſtum illacrymat templis ebur, æraque ſudant. 480 *b*
Proluit inſano contorquens vortice ſylvas *m*
Fluviorum rex Eridanus, campoſque per omnes *g*
Cum ſtabulis armenta tulit: nec tempore eodem *p*
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces, *m*
Aut puteis manare cruor ceſſavit; et altè 485 *p*
Per noctem reſonare, lupis ululantibus, urbes. *p*
Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno *p*
Fulgura, nec diri toties arſere cometæ. *p*
Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis *g*
Romanas acies iterum videre (a) Philippi: 490 *e*
Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro *p*
Emathiam et latos Hæmi pingueſcere campos. *m*
Scilicet et tempus veniet, cum finibus illis *p*
Agricola, incurvo terram molitus aratro, *m*
Exeſa inveniet ſcabrâ rubigine pila: 495 *f*
Aut gravibus raſtris galeas pulſabit inanes, *p*
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris. *n*
Dî patrii Indigetes, et Romule, Veſtaque mater, *q*
Quæ Tuſcum Tiberim et Romana palatia ſervas, *b*
Hunc ſaltem everſo juvenem ſuccurrere (b) sæc'lo 500 *p*
Ne prohibete: ſatis jampridem ſanguine noſtro *l*
Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ. *p*

ORDO.

et mœſtum ebur illácrymat templis, æráque ſudant. Eridanus, rex fluviórum, próluit ſylvas, contórquens *eas* inſáno vórtice, tulítque arménta cum ſtábulis per omnes campos: nec eódem tempore aut mináces fibræ *ceſſávere* apparére triſtibus extis, aut cruor ceſſávit manáre púteis; et urbes reſonáre altè per noctem, lupis ululántibus. Non plura fúlgura áliàs cecidérunt ſeréno cœlo, nec diri cométæ tóties arſére. Ergo Philippi vidére Románas ácies concúrrere iterum inter ſeſe páribus telis: nec fuit indígnum ſúperis, Emáthiam et latos campos Hæmi pinguéſcere bis noſtro ſánguine. Scílicet et tempus véniet, cùm, illis fínibus, agrícola, molítus terram incúrvo arátro, invéniet pila exéſa ſcabrà rubígine: aut pulſábit inánes gáleas grávibus raſtris, mirabitúrque grándia oſſa effóſſis ſepúlchris. Pátrii Dii Indígetes, et Rómule, matérque Veſta, quæ ſervas Tuſcum Tíberim et Romána palátia, ſaltem ne prohibéte hunc júvenem ſuccúrrere evérſo ſæculo: jampridem lúimus perjúria Laomedantéæ Trojæ noſtro ſánguine.

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.*

Jampridem nobis cœli te regia, Cæſar, *a*
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos. *k*
Quippe ubi fas verſum atque nefas, tot bella per orbem, *p*
Tam multæ ſcelerum facies: non ullus aratro *e*
Dignus honos, ſqualent abductis arva colonis, *m*
Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem. *f*
Hinc movet (a) Euphrates, illinc (a) Germania bellum: *m*
Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes *a*
Arma ferunt: ſævit toto Mars impius orbe. *m*
Ut cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ, *f*
Addunt in ſpatio: et fruſtra retinacula tendens *h*
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. *p*

ORDO.

Jampridem, *ô* Cæſar, régia cœli ínvidet te nobis, atque quéritur *te* curáre triúmphos hóminum. Quippe ubi fas atque nefas *eſt* verſum, tot bella *ſunt* per orbem, tam multæ fácies ſcélerum: non ullus dignus honos *habétur* arátro, arva ſqualent colónis abdúctis *ad milítiam*, et curvæ falces conflántur in rígidum enſem. Hinc Euphrátes movet bellum, illinc Germánia *movet* bellum: vicínæ urbes ferunt arma inter ſe légibus *fœderis* ruptis: ímpius Mars ſævit toto orbe. Ut cúm quadrígæ effudére ſeſe carcéribus, addunt *ſe* in ſpátio: et auríga, fruſtra tendens retinácula, fertur equis, neque currus audit habénas.

(a) *Metalepſis.*



P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

LIBER II.

HACTENUS arvorum cultus, et ſidera cœli: *m*
Nunc te, Bacche, canam, necnon ſylveſtria tecum *f*
Virgulta, et (a) prolem tarde creſcentis olivæ. *a*
Huc, pater ô Lenæe: tuis hic omnia plena *p*
Muneribus; tibi pampineo gravidus autumno *i
Floret ager: (a) ſpumat plenis vindemia labris. *m*
Huc, pater ô Lenæe, veni: nudataque muſto *p*
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis. *m*
Principio arboribus varia eſt natura (a) creandis. *k*
Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipſæ *p*
Sponte ſua (a) veniunt, campoſque et flumina late *l*
Curva tenent: ut molle ſiler, lentæque geniſtæ, *p*
Populus et glaucâ canentia fronde ſalicta. *n*

ORDO.

Háctenus *cécini* cultus arvórum, et ſídera cœli: nunc canam te, Bacche, nec non ſylvéſtria virgúlta tecum, et prolem tardè creſcéntis olívæ. *Adſis* huc, ô pater Lenæe: ómnia hìc *ſunt* plena tuis munéribus; ager floret tibi grávidus pampíneo autúmno: vindémia ſpumat plenis labris. Veni huc, ô pater Lenæe: et mecum tinge nudáta crura novo muſto, cothúrnis diréptis. Princípio eſt vária natúra creándis arbóribus. Namque áliæ véniunt ipſæ ſuâ ſponte, nullis hóminum cogéntibus *eas*, tenéntque campos latè et curva flúmina: ut molle ſiler, lentæque geniſtæ, pópulus, et canéntia ſalícta glaucâ fronde.

(a) *Metaphora.*

(a) Pars autem posito surgunt de semine; ut altæ *f*
Castaneæ, (b) nemorumque Jovi quæ maxima frondet *k*
Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus. *k*
(c) Pullulat ab radice aliis densissima (b) sylva: *p*
Ut cerasis, ulmisque: etiam Parnassia laurus *p*
Parva sub ingenti matris se subjicit umbra. *m*
Hos natura modos primum dedit: his genus omne *h*
Sylvarum fruticumque viret, nemorumque sacrorum. *d*
Sunt alii, quos ipse viâ sibi repperit usus. *o*
Hic plantas tenero abscindens de corpore (c) matrum *f*
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit arvo, *m*
Quadrifidasque sudes, et acuto robore vallos: *k*
(b) Sylvarumque aliæ pressos propaginis arcus *f*
Exspectant, et viva suâ plantaria terrâ. *g*
Nil radicis egent aliæ: summumque putator *p*
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. *p*
Quin et caudicibus sectis, (mirabile dictu!) *f*
Truditur è sicco radix oleagina ligno. *n*
Et sæpe alterius ramos impune videmus *f*
(d) Vertere in alterius, mutatamque insita mala *l*
Ferre pyrum, et prunis lapidosa rubescere corna. *o*
Quare agite, ô, proprios generatim discite cultus, *k*

O R D O.

Autem pars surgunt de posito semine; ut altæ Castaneæ, Æsculusque maxima nemorum, quæ frondet Jovi, atque quercus habitæ oracula *à* Graiis. Densissima sylva pullulat aliis ab radice: ut cerasis, ulmisque: etiam parva Parnassia laurus subjicit se sub ingenti umbrâ matris. Natura primùm dedit hos modos: his *modis* omne genus sylvarum fruticumque, sacrorumque nemorum viret. Sunt alii *modi*, quos usus ipse repperit sibi *aliquâ* viâ. Hic *homo*, abscindens plantas de tenero corpore matrum, deposuit *eas* sulcis: hic obruit, arvo, stirpes, quadrifidasque sudes, et vallos acuto robore: aliæ *arbores* sylvarum exspectant pressos arcus propaginis, et viva plantaria *defodi in* suâ terrâ. Aliæ egent radicis nil: putatorque haud dubitat mandare summum cacumen, referens *illud* terræ. Quin et, (mirabile dictu!) radix oleagina, caudicibus sectis, truditur è sicco ligno. Et sæpe videmus ramos alterius *arboris* vertere impune in *ramos* alterius, pyrumque mutatam ferre mala insita *sibi*, et lapidosa corna rubescere prunis. Quare agite, ô agricolæ, discite proprios cultus generatim, *i. e. proprios unicuique generi*,

(a) *Syntheſis.* (b) *Hendiadys.* (c) *Metaphora.* (d) *Enallage.*

Agricolæ,

Agricolæ, fructuſque feros mollite colendo. *p*
Neu ſegnes jaceant terræ: juvat Iſmara (a) Baccho *h*
Conſerere, atque olea magnum (b) veſtire Taburnum. *l*
Tuque ades, inceptumque unà decurre laborem, *m*
O decus, ô famæ meritò pars maxima noſtræ, *p*
Mæcenas, pelagoque (c) volans da vela patenti. *c*
Non ego cuncta meis (b) amplecti verſibus opto: *l*
Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, *m*
Ferrea vox. Ades, (c) et primi lege littoris oram. *q*
(d) In manibus terræ: non hic te carmine ficto, *m*
Atque per ambages et longa exorſa tenebo. *m*
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras, *m*
Infœcunda quidem, ſed læta et fortia ſurgunt; *f*
Quippe ſolo natura ſubeſt. Tamen hæc quoque ſi quis *o*
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis; *l*
Exuerint ſylveſtrem (b) animum: cultuque frequenti, *p*
In quaſcunque voces artes, haud tarda ſequentur. *f*
Necnon et ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis, *h*
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros: *l*
Nunc altæ frondes et rami matris (b) opacant, *a*
Creſcentique adimunt fœtus, uruntque ferentem. *f*
Jam, quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit, arbos, *f*

ORDO.

mollitéque feros fructus coléndo *eos*. Neu terræ jáceant ſegnes: juvat conſérere Iſmara Baccho, atque veſtire magnum Tabúrnum óleâ. Tuque ades, decurréque incéptum labórem unà *mecum*, ô decus, ô méritò máxima pars noſtræ famæ, Mæcénas, volánſque da vela paténti pélago. Ego non opto ampléctì cuncta meis vérſibus: non, ſi ſint mihi centum linguæ, centúmque ora, *et* férrea vox. Ades, et lege oram primi líttoris. Terræ *ſunt* in *noſtris* mánibus: non tenébo te hìc ficto cármine, atque per ambáges et longa exórſa. *Arbores*, quæ tollunt ſe in auras lúminis ſuâ ſponte, ſurgunt infœcúnda quidem, ſed læta et fórtia; quippe natúra ſubeſt ſolo. Tamen ſi quis ínſerat hæc quoque, aut mandet *hæc* mutáta ſubáctis ſcrobibus; exúerint ſylvéſtrem ánimum: frequentíque cultu, haud tarda ſequéntur, in quaſcúnque artes voces *illa*. Necnon et *illa* quæ exit ſtérilis ab imis ſtírpibus, fáciet hoc, ſi ſit digéſta per vácuos agros: nunc altæ frondes, et rami matris opácant *eam*, adimúntque fœtus *illi* creſcénti, urúntque *eam* feréntem *fructus*. Jam arbos, quæ ſúſtulit ſe jactis ſemínibus,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Allegoria.* (d) *Paræmia.*

Tarda

Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram: *n*
Pomaque degenerant ſuccos oblita priores: *l*
Et turpes avibus prædam fert uva racemos. *f*
Scilicet omnibus eſt labor impendendus, et omnes *k*
Cogendæ in ſulcum, ac multâ mercede domandæ. *a*
Sed truncis oleæ melius, propagine vites *e*
(a) Reſpondent, ſolido (b) Paphiæ de robore myrtus. *e*
Plantis eduræ coryli naſcuntur, et ingens *g*
Fraxinus, Herculeæque arbos umbroſa coronæ, *l*
Chaoniique patris glandes: etiam ardua palma *q*
(a) Naſcitur, et caſus abies viſura marinos. *p*
Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, * *n*
Et ſteriles platani malos geſſere valentes: *l*
Caſtaneæ fagus, ornuſque incanuit albo *m*
Flore pyri: glandemque ſues fregere ſub ulmis. *p*
Nec modus inſerere atque oculos imponere ſimplex. *k*
Nam quà ſe medio trudunt de cortice (a) gemmæ, *f*
Et tenues rumpunt (a) tunicas, anguſtus in ipſo *p*
Fit nodo (a) ſinus: huc aliena ex arbore germen *e*
Includunt, udoque docent inoleſcere libro. *g*

O R D O.

venit tarda, factúra umbram ſeris nepótibus: pomáque degénerant, oblíta prióres ſuccos: et uva fert turpes racémos prædam ávibus. Scílicet labor eſt impendéndus omnibus, et omnes *ſunt* cogéndæ in ſulcum, ac domándæ multâ mercéde, *i. e. ſumptu.* Oleæ *proveniéntes è* truncis, vites *è* propágine méliùs reſpóndent, *et* myrtus Páphiæ de ſólido róbore. Edúræ córyli naſcúntur plantis, et ingens fráxinus, *populúſ*-que umbróſa arbos Hercúleæ corónæ, glandéſque Chaónii patris *Jovis:* étiam árdua palma náſcitur, et ábies viſúra marinos caſus. Verò hórrida árbutus inſéritur ex fœtu nucis, et ſtériles plátani geſſére valéntes malos: fagus incánuit *flore* caſtáneæ, ornúſque albo flore pyri: ſuéſque fregére glandem ſub ulmis. Nec eſt ſimplex modus inſérere atque impónere óculos, *i. e nec eſt eádem res inſérere atque inoculáre.* Nam quà gemmæ trudunt ſe de médio córtice, et rumpunt ténues túnicas, angúſtus ſinus fit in nodo ipſo: inclúdunt germen *deciſum* ex aliénâ árbore huc, docéntque *illud* inoléſcere udo libro.

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.*

Aut

Aut rurſum enodes trunci reſecantur, et alte *b*
Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces *i*
Plantæ immittuntur. Nec longum tempus, et ingens *a*
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos, *m*
Miraturque novas frondes, et non ſua poma. *f*
Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis, *l*
Nec ſalici, lotoque, nec Idæis cypariſſis: *k*
Nec pingues unam in faciem (a) naſcuntur olivæ, *g*
Orchades, et radii, et amarâ pauſia baccâ: *k*
Pomaque, et Alcinoi ſylvæ: nec ſurculus idem *l*
Cruſtumiis, Syriiſque pyris, gravibuſque volemis. *i*
Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris, *l*
Quam Methymnæo (a) carpit de palmite (b) Leſbos. *a*
Sunt Thaſiæ vites, ſunt et Mareotides albæ: *n*
Pinguibus hæ terris habiles, levioribus illæ. *o*
Et paſſo Pſythia utilior, tenuiſque lageos *d*
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam; *f*
Purpureæ, preciæque: et quo te carmine dicam *l*
Rhætica? nec (b) cellis ideo contende Falernis. *p*
Sunt etiam Ammineæ vites, firmiſſima vina: *l*
Tmolus et (a) aſſurgit quibus, et rex ipſe Phanæus, *p*

ORDO.

Aut rurſum enódes trunci reſecántur, et via fínditur altè in ſólidum *lignum* cúneis: deínde feráces plantæ immittúntur. Nec *eſt* tempus longum, et ingens arbos exívit ad cœlum felícibus ramis, miratúrque novas frondes et poma non ſua. Prætérea haud *eſt* unum genus, nec fórtibus ulmis, nec ſálici, lotóque, nec Idæis cypariſſis: nec pingues olívæ naſcúntur in unam fáciem, Orchades, et rádii, et paúſia amárâ baccâ: pomáque, et ſylvæ *regis* Alcínoi: nec *eſt* idem ſúrculus Cruſtúmiis, Syriiſque pyris, gravibúſque volémis. Eadem vindémia non pendet noſtris arbóribus, quam *vindémiam ínſula* Leſbos carpit de Mythymnæo pálmite. Sunt Thá ſiæ vites, ſunt et albæ Mareótides: hæ *Mareótides ſunt* hábiles pínguibus terris, illæ *Thá ſiæ ſunt hábiles* levió-ribus *terris*. Et Pſythia *vitis eſt* utílior *vino* paſſo *faciéndo*, tenuíſque lagéos *vitis* tentatúra pedes olim, vincturáque linguam; *ſunt* purpúreæ, preciæque *vites*: et quo cármine dicam te, *ô* Rhætica *vitis?* nec ídeò conténde *cum* Falérnis cellis. Sunt étiam Ammíneæ vites, *ex quibus ſunt* firmíſſima vina: quibus et Tmolus, et Phanæus ipſe rex *móntium vitiferórum* aſſúrgit, *i. e. cedit*,

(a) *Metaphora*, (b) *Metonymia*.

Argitiſque

Argitiſque minor, cui non certaverit ulla, *f*
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos. 100 *e*
Non ego te, menſis et Dîs accepta ſecundis, *m*
Tanſierim, Rhodia, et tumidis, bumaſte, racemis. *k*
Sed neque quam multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint, *p*
Et numerus: neque enim numero comprendere refert. *k*
Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem 105 *d*
Diſcere, quam multæ zephyro turbentur arenæ: *p*
Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus, *i*
Noſſe, quot Ionii veniant ad littora fluctus. *k*
Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt. *a*
Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni 110 *q*
(a) Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni, *f*
Littora myrtetis lætiſſima: denique apertos *n*
(b) Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi. *p*
Aſpice et extremis domitum cultoribus orbem, *p*
Eoaſque domos Arabum, pictoſque Gelonos. 115 *c*
Diviſæ arboribus patriæ. Sola India nigrum *e*
Fert ebenum, ſolis eſt turea virga Sabæis. *n*
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno *p*
Balſamaque, et baccas ſemper frondentis acanthi? *m*
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? 120 *l*

O R D O.

minórque Argítis, cui non ulla certáverit aut flúere, *i. e flucndo* tantum, aut durare, *i. e. durándo* per tótidem annos. Ego non tranſíverim te, *ó* Rhódia *vitis*, accépta, *i. e. grata* menſis, et ſecúndis Diis, et *te*, bumáſte, túmidis racémis. Sed, *haud póterit dici*, neque quàm multæ ſpécies *earum ſint*, nec quæ ſint nómina, et número: neque enim refert compréndere *eas* número. Quem qui velit ſcire, idem velit díſcere quàm multæ arénæ Líbyci æquoris turbéntur zéphyro: aut, ubi Eurus violéntior incidit navigiis, noviſſe, quot Iónii fluctus véniant ad littora. Nec verò omnes terræ poſſunt ferre ómnia *génera árborum*. Sálices naſcúntur fluminibus, alníque craſſis palúdibus, ſtériles orni ſaxóſis móntibus, *et* littora *ſunt* lætiſſima myrtétis: dénique Bacchus, *i. e. vitis* amat apértos colles, taxi *amant* Aquilónem et frígora. Aſpice et orbem dómitum extrémis cultóribus, Eoáſque domos Arabum, pictóſque Gelónos. Pátriæ *ſunt* diviſæ arbóribus. India ſola fert nigrum ébenum, et túrea virga eſt Sabæis ſolis. Quìd réferam tibi balſamáque ſudántia *ex* odoráto ligno, et baccas ſemper frondéntis acánthi? quìd *réferam* némora Æthiopum canéntia molli lanâ?

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Velleraque

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres? *l*
Aut quos Oceano propior gerit India lucos, *d*
Extremi ſinus orbis? ubi aëra vincere ſummum *d*
Arboris haud ullæ jactu potuere ſagittæ: *n*
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris. *f*
Media fert triſtes ſuccos tardumque ſaporem *m*
Felicis mali: quo non præſentius ullum *a*
(Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ, *m*
Miſcueruntque herbas, et non innoxia verba) *m*
Auxilium venit, ac membris agit atra venena. *q*
Ipſa ingens arbos, faciemque ſimillima lauro: *c*
Et, ſi non alium late jactaret odorem, *f*
Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis: *l*
Flos (a) apprima tenax: animas et olentia Medi *d*
Ora fovent illo, et ſenibus medicantur anhelis. *o*
Sed neque Medorum ſylvæ, ditiſſima terra, *m*
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus, *a*
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neque Indi, *l*
Totaque turiferis Panchaïa pinguis arenis. *q*
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem *m*
Invertere, ſatis immanis dentibus hydri: *f*
Nec galeis denſiſque (b) virûm (c) ſeges horruit haſtis: *o*

ORDO.

utque Seres depéctant tenúia véllera fóliis? aut quos lucos India própior Océano, ſinus extrémi orbis gerit? ubi haud ullæ ſagíttæ potuére vincere ſummum áera árboris jactu: et *tamen* illa gens quidem non *eſt* tarda pharetris ſumptis. Média fert triſtes ſuccos tardúmque ſapórem felicis mali: quo non ullum præſéntius auxílium venit, ac agit atra venéna membris, ſi quando ſævæ novércæ infecére pócula, miſcueruntque herbas, et non innóxia verba. Ipſa *eſt* ingens arbos, ſimillimáque lauro *quoad* fáciem: et, ſi non jactá et álium odórem latè, erat laurus: fólia haud *ſunt* labéntia ullis ventis: *ejus* flos *eſt* apprímà tenax: Medi fovent ánimas et oléntia ora, et medicántur anhélis ſénibus illo *flore*. Sed neque ſylvæ Medórum, ditiſſima terra, nec pulcher Ganges, atque Hermus túrbidus auro certent laúdibus Itáliæ: non Bactra, neque Indi, totáque Panchaïa pinguis turíferis arénis. Non tauri, ſpiránte ignem náribus, invertére hæc loca, déntibus immánis hydri ſatis: nec ſeges virórum hórruit gáleis denſiſque haſtis:

(a) *Antimeria.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.*

Sed gravidæ fruges, et (a) Bacchi Maſſicus humor *m*
Implevere : tenent oleæque, armentaque læta. *e*
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert : *f*
Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus *g*
Victima ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro, *l*
Romanos ad templa (b) Deûm duxêre triumphos. *g*
Hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas. *e*
Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos. *l*
At rabidæ tigres abſunt, et ſæva leonum *m*
(c) Semina : nec miſeros fallunt aconita legentes : *q*
Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto *n*
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. *m*
Adde tot egregias urbes, operumque laborem : *q*
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis : *f*
Fluminaque antiquos ſubter labentia muros. *m*
An mare, quod ſupra, memorem ; quodque aluit infra ? *p*
Anne lacus tantos ? te, Lari maxime ; teque *m*
Fluctibus et fremitu aſſurgens, Benace, marino ? *l*
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra, *m*
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor : *a*
Julia qua ponto longe ſonat unda refuſo, *n*
Tyrrhenuſque fretis immittitur æſtus Avernis ? *b*

O R D O.

ſed grávidæ fruges, et Máſſicus humor Bacchi, *i. e. vitis* implevére *ea :* oleæque lætáque arménta tenent *ea*. Hinc bellátor equus, árduus, infert ſeſe campo : hinc albi greges, et taurus, máxima víctima, ſæpe perfúſi tuo ſacro flúmine, *ô* Clitúmne, duxére Romános triúmphos ad templa Deórum. Hic eſt aſſíduum ver, atque æſtas *cum* aliénis ménſibus. *Hic* pécudes *ſunt* bis *anno* grávidæ, et arbos bis útilis pomis. At rábidæ tigres, et ſæva ſémina leónum abſunt : nec aconíta fallunt míſeros legéntes *herbas :* nec ſquámeus anguis rapit imménſos orbes per humum, neque cólligit ſe in ſpiram tanto tractu *quanto in quibúſdam áliis regiónibus*. Adde tot egrégias urbes, laboremque óperum : tot óppida congéſta manu prærúptis ſaxis : flumináque labéntia ſubter antíquos muros *úrbium*. An mémorem mare, quod *álluit hanc Itáliam* ſuprà ; quodque álluit *eam* infrà ? anne *mémorem* tantos lacus ? *an* te, máxime Lari ; teque, Benáce, aſſúrgens flúctibus et maríno frémitu ? an mémorem portus, clauſtráque áddita *Lácui* Lucríno, atque æquor *circa illas*, indignátum magnis ſtridóribus : quâ *parte* Júlia unda ſonat ponto longè refúſo, Tyrrhenúſque æſtus immíttitur Avérnis fretis ?

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.*

Hæc

Hæc eadem argenti (a) rivos, æriſque metalla *m*
Oſtendit venis, atque auro (b) plurima (a) fluxit. *a*
Hæc genus acre (c) virûm, Marſos, pubemque Sabellam, *l*
Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos *e*
Extulit: hæc Decios, Marios, magnoſque Camillos, *k*
Scipiadas (a) duros bello; et te, maxime Cæſar, *m*
Qui nunc extremis Aſiæ jam victor in oris *g*
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. *a*
Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus, *f*
Magna (c) virûm: tibi res antiquæ laudis et artis *l*
(a) Ingredior, ſanctos auſus recludere fontes: *m*
Aſcræumque cano Romana per oppida carmen. *b*
Nunc locus arvorum (a) ingeniis: quæ robora cuique, *p*
Quis color, et quæ ſit rebus natura ferendis. *m*
Difficiles primum terræ, colleſque maligni, *m*
Tenuis ubi argilla, et dumoſis calculus arvis, *m*
Palladiâ gaudent ſylvâ vivacis olivæ. *m*
Indicio eſt, tractu ſurgens oleaſter eodem *n*
Plurimus, et ſtrati baccis ſylveſtribus agri. *m*
At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta, *f*
Quique frequens herbis et fertilis ubere campus, *n*

ORDO.

Hæc éadem *Itália* oſténdit rivos argénti, metalláque æris *in* venis, atque fluxit plúrima auro. Hæc *Itália* éxtulit acre genus virórum, Marſos, Sabellámque pubem, Ligurémque aſſuétum malo, Volſcóſque verútos: hæc *éxtulit* Décios, Mários, magnóſque Camíllos, Scipíadas duros bello; et te, máxime Cæſar, qui, jam nunc victor in extrémis oris Aſiæ, avértis imbéllem Indum Románis árcibus. Salve, Satúrnia tellus, magna parens frugum, magna *parens* virórum: tibi ingrédior res antíquæ laudis et artis, auſus reclúdere ſanctos fontes *ejus:* canóque Aſcræum carmen per Romána óppida. Nunc eſt locus *dicéndis* ingéniis arvórum: quæ róbora *ſint* cuique, quis *ſit* color, et quæ natúra ſit rebus feréndis. Primùm, difficiles terræ, maligníque colles, ubi *eſt* ténuis argílla, et cálculus dumóſis arvis, gaudent Palládiâ ſylvâ vivácis olívæ. Plúrimus oleáſter, ſurgens eódem tractu, eſt indício, et agri ſtrati ſylvéſtribus baccis. At humus, quæ *eſt* pinguis, lætáque dulci ulígine, campúſque qui *eſt* frequens herbis, et fértilis úbere;

(a) *Metaphora.* (b) *Hypallage.* (c) *Syncope.*

Qualem ſæpe cavâ montis convalle ſolemus *ſ*
Deſpicere: huc ſummis liquuntur rupibus amnes *m*
(a) Felicemque trahunt limum: quique editus Auſtro, *ſ*
Et filicem curvis inviſam paſcit aratris: *m*
Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes *l*
Sufficiet (a) Baccho vites: hic fertilis uvæ, *m*
Hic laticis; qualem (b) pateris libamus et (b) auro, *p*
Inflavit cum pinguis (a) ebur Tyrrhenus ad aras, *g*
Lancibus et pandis ſumantia reddimus exta. *n*
Sin armenta magis ſtudium vituloſque tueri, *d*
Aut fœtus ovium, aut (c) urentes culta capellas: *ſ*
Saltus et (c) ſaturi petito longinqua Tarenti, *e*
Et qualem infelix amiſit Mantua campum, *a*
Paſcentem niveos herboſo flumine cycnos. *ſ*
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt, *l*
Et quantum longis carpent armenta diebus, *a*
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponet. *p*
Nigra fere, et preſſo pinguis ſub vomere terra, *m*
Et cui putre ſolum (namque hoc imitamur arando) *h*
Optima frumentis: non ullo ex æquore cernes *m*
Plura domum tardis decedere plauſtra juvencis: *n*
Aut unde iratus (a) ſylvam devexit arator, *a*

O R D O.

qualem ſæpe ſolémus deſpícere cavâ convállе montis: amnes liquúntur ſummis rúpibus huc, trahúntque ſelícem limum: quique *campus eſt* éditus Auſtro, et paſcit inviſam ſílicem curvis arátris: hic *campus* olim ſufficiet tibi vites prævalidas, fluentéſque multo Baccho, *i. e. vino:* hic *erit* fértilis uvæ, hic *erit* fértilis látici; qualem libámus páteris et auro, *i. e. aúreis páteris*, cùm pinguis Tyrrhénus inflávit ebur, *i. e. ebúrneam tíbiam* ad aras, et réddimus *Diis* ſumántia exta *victimárum* pandis láncibus. Sin *eſt* magis ſtúdium tuéri arménta vitulóſque, aut fœtus óvium, aut capéllas urentes culta *arbúſta:* pétito ſaltus, et longinqua *arva* ſáturi Taréнti, et qualem campum infélix Mántua amíſit, paſcéntem níveos cycnos herbóſo flúmine. Non líquidi fontes, non grámina deſunt grégibus, et quantum *herbárum* arménta carpent longis diébus, gélidus ros repónet tantum exíguâ nocte. Terra ferè nigra, et pinguis ſub preſſo vómere, et cui *eſt* putre ſolum (namque imitámur, *i. e. perfícimus* hoc arándo) *eſt* óptima fruméntis: non cernes plura plauſtra, *tracta à* tardis juvéncis, decédere domum ex ullo æquore. Aut *illa terra* unde irátus arátor devéxit ſylvam,

(a) *Metonymia.* (b) *Hendyadis.* (c) *Metaphora.*

Et

Et nemora evertit multos ignava per annos, *m*
Antiquaſque domos avium cum ſtirpibus imis *e*
Eruit: illæ altum nidis petiêre relictis; *n*
At rudis enituit impulſo vomere campus. *l*
Nam jejuna quidem clivoſi glarea ruris *f*
Vix humiles apibus caſias roremque miniſtrat, *k*
Et tophus ſcaber, et nigris exeſa chelydris *f*
Creta: negant alios æque ſerpentibus agros *l*
Dulcem ferre cibum, et curvas præbere latebras. *f*
Quæ tenuem exhalat nebulam fumoſque volucres, *p*
Et bibit humorem, et cum vult ex ſe ipſa remittit, *m*
Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit, *l*
Nec ſcabie et falsâ lædit rubigine ferrum; *m*
Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos: *m*
Illa ferax oleæ eſt: illam experiêre colendo *q*
Et facilem pecori, et patientem vomeris unci. *k*
Talem dives arat Capua, et vicina Veſevo *e*
Ora (a) jugo, et vacuis Clanius non æquus Acerris. *k*
Nunc, quo quamque modo poſſis cognoſcere, dicam. *f*
Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa, requiras: *m*
(Altera frumentis quoniam favet, altera (b) Baccho: *o*
Denſa, magis (b) Cereri: rariſſima quæque, (b) Lyæo:) *q*

ORDO.

et evértiti gnáva, *i. e. infœcunda* némora per multos annos, eruítque antíquas domos ávium cum imis ſtírpibus: illæ *aves* petivére altum *áera* nidis relictis; at campus *priùs* rudis enítuit vómere impúlſo. Nam quidem jejúna glárea clivóſi ruris et ſcaber tophus, et creta exéſa nigris chelydris, vix miníſtrat húmiles cáſias rorémque, *i. e. roſmarinúmque* ápibus: negant álios agros ferre æquè dulcem cibum, et præbére curvas látebras ſerpéntibus. *Illa terra*, quæ exhálat ténuem nébulam, volucréſque fumos, et bibit humórem, et ipſa remíttit *eum* ex ſe, cùm vult, quæque ſemper veſtit ſe ſuo víridi grámine, nec lædit ferrum ſcábie et falsâ rubígine; illa, *inquam*, intéxet ulmos lætis vítibus: illa eſt ferax óleæ: experiére, coléndo, illam *eſſe* et fácilem pécori, et patiéntem unci vómeris. Dives Cápua, et ora vicína jugo Veſévo, et *amnis* Clánius non æquus vácuis Acérris, arat talem *terram*. Nunc dicam, quo modo poſſis cognóſcere quamque *terram*. *Si* requíras *an* ſit rara, an ſit denſa ſupra morem: (quóniam áltera favet fruméntis, áltera *favet* Baccho: denſa magis *favet* Céreri: quæque raríſſima *magis favet* Lyæo:)

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.*

Antè

Antè locum capies oculis: altéque jubebis
In ſolido puteum demitti, omnemque repones
Rurſus humum, et pedibus ſummas æquabis arenas.
Si dêrunt; rarum, pecorique et vitibus almis
Aptius uber erit: ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, et ſcrobibus ſuperabit terra repletis,
Spiſſus ager: glebas cunctantes craſſaque terga
Expecta, et validis terram proſcinde juvencis.
Salſa autem tellus, et quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix: ea nec manſueſcit arando,
Nec (a) Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat:
Tale dabit ſpecimen: tu ſpiſſo vimine qualos,
Colaque prelorum fumoſis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulceſque à fontibus undæ
Ad plenum calcentur: aqua (b) eluctabitur omnis
Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttæ.
At ſapor indicium faciet (c) manifeſtus, et ora
Triſtia (d) tentantum ſenſu torquebit amaror.
Pinguis item quæ ſit tellus, hoc denique pacto
Diſcimus: haud unquam manibus jactata fatiſcit,
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.

k l l g q k m f b p b l m l g m i m m p p

ORDO.

antè, cápies locum óculis: jubebíſque púteum demítti altè in ſólido *loco*, rurſúſque repónes omnem humum, et æquábis ſummas arénas pédibus. Si deérunt *ad repléndum locum*; uber erit rarum, aptiúſque pécori et almis vítibus: ſin negábunt *ſe* poſſe ire in ſua loca, et terra ſuperábit, ſcróbibus replétis, ager *eſt* ſpiſſus: exſpécta cunctántes glebas, craſſáque terga, et proſcínde terram válidis juvéncis. Autem ſalſa tellus, et quæ perhibétur amára, *eſt* infélix frúgibus: ea nec manſuéſcit arándo, nec ſervat *ſuum* genus Baccho, *i e. vino*, aut ſua nómina pomis: dabit tale ſpécimen *ſui:* tu déripe qualos ſpiſſo vímine, coláque prelórum fumóſis tectis. Ille malus ager, dulcéſque undæ *hauſtæ* à fóntibus calcéntur hucad plenum: ſcílicet omnis aqua eluctábitur, et grandes guttæ ibunt per vímina. At maniféſtus ſapor fáciet indícium, et amáror torquébit tríſtia ora tentántium ſenſu, *i. e. guſtu.* Item diſcimus dénique hoc pacto, quæ tellus ſit pinguis: *ea* jactáta mánibus haud unquam fatíſcit, ſed lentéſcit ad dígitos habéndo *eam*, in morem picis.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Hypallage.* (d) *Syncope.*

Humida

Humida majores herbas alit, ipſaque juſto *n*
(a) Lætior: ah nimium ne ſit mihi fertilis illa, *q*
Neu ſe prævalidam primis oſtendat ariſtis! *f*
Quæ gravis eſt, ipſo tacitam ſe pondere prodit; *p*
Quæque levis. Promptum eſt oculis prædicere nigram, *p*
Et quiſquis color. At ſceleratum exquirere frigus 256 *e*
Difficile eſt: piceæ tantum, taxique nocentes *l*
Interdum, aut hederæ pandunt (a) veſtigia nigræ. *f*
His animadverſis, terram multo ante memento *m*
(a) Excoquere, et magnos ſcrobibus concidere montes: *p*
Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas, 261 *p*
Quam lætum infodias vitis genus: optima putri *b*
Arva ſolo: id venti curant, gelidæque pruinæ, *n*
Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor. *l*
At ſi quos haud ulla viros vigilantia fugit; 265 *c*
Ante locum ſimilem exquirunt, ubi prima paretur *q*
Arboribus (a) ſeges, et quo mox digeſta feratur: *l*
Mutatam ignorent ſubito ne ſemina (a) matrem. *g*
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant: *p*
Ut, quo quæque modo ſteterit, quâ parte calores 270 *e*
Auſtrinos tulerit, quæ terga obverterit axi, *f*
Reſtituant. Adeo in teneris conſueſcere multum eſt. *k*

ORDO.

Húmida *tellus* alit majóres herbas, ipſáque *eſt* lætior juſto. Ah, ne illa ſit nímiùm fértilis mihi, neu oſténdat ſe præválidam primis aríſtis! quæ *terra* eſt gravis, prodit ſe tácitam póndere ipſo; quæque *eſt* lævis *prodit ſe*. Eſt promptum prædícere nigram óculis, et quiſquis color *ſit unicuíque*. At eſt difficile exquírere ſcelerátum frigus: tantùm piceæ, nocentéſque taxi intérdum, aut nigræ héderæ pandunt veſtígia. His animadvérſis, meménto excoquere terram multo antè, concidereque magnos montes ſcróbibus: oſténdere ſupinátas glebas Aquilóni antè quàm infódias lætum genus vitis: *ſunt* putri ſolo óptima arva: venti, gelidæque pruínæ, et robúſtus foſſor, movens labefácta júgera curant id. At ſi haud ulla vigilántia fugit quos viros; *hi* antè exquírunt ſímilem locum, *unum* ubi prima ſeges parétur arbóribus, et *álterum* quo mox *ea* digéſta *per órdines* ferátur: ne ſémina ignórent matrem ſúbitò mutátam. Quin étiam ſignant regiónem cœli in córtice: ut reſtítuant *unamquámque árborem eo* modo quo quæque ſtéterit, *eâ* parte quâ quæque túlerit Auſtrínos calóres, *ſecúndum ea* terga quæ *quæque* obvérterit axi. Eſt ádeò multum conſuéſcere in téneris *annis*.

(a) *Metaphora.*

Collibus,

Collibus, an plano melius ſit ponere vites, p
Quære prius. Si pinguis agros metabere campi; p
Denſa ſere: in denſo non ſegnior ubere (a) Bacchus. n
Sin tumulis acclive ſolum, colleſque ſupinos; p
Indulge ordinibus: nec ſecius omnis in unguem h
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. q
Ut ſæpe ingenti bello cum longa cohortes a
Explicuit legio, et campo ſtetit agmen aperto, q
Directæque acies, ac late (b) fluctuat omnis f
Ære renidenti tellus, necdum horrida miſcent m
Prælia, ſed dubius mediis (a) Mars errat in armis. k
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum: k
Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem; l
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas q
Terra, neque in vacuum poterunt ſe extendere rami. k
Forſitan et ſcrobibus quæ ſint (b) faſtigia quæras. l
Auſim vel tenui vitem committere ſulco. f
Altius ac penitus terræ defigitur arbos: l
Æſculus imprimis, quæ quantum vertice ad auras m
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit. m
Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres f
Convellunt: immota manet, multoſque per annos g
Multa virûm (b) volvens durando ſæcula vincit. m

ORDO.

Quære priùs, an ſit mélius pónere vites cóllibus, an plano. Si metábere agros pinguis campi; ſere *vites* densà: Bacchus non *eſt* ſégnior, *i. e. ſterílior* denſo úbere. Sin *éligis* ſolum acclíve túmulis, ſupínoſque colles; indúlge *laxióribus* ordinibus: nec ſéciùs omnis via quadret arbóribus póſitis límite ſecto in unguem. Ut ſæpe ingénti bello, cùm longa légio explícuit cohórtes, et agmen ſtetit apérto campo, aciéſque *ſunt* directæ, ac omnis tellus flúctuat latè renidénti ære, necdum miſcent hórrida prælia, ſed dúbius Mars errat in médiis armis. *Sic* ómnia *interválla* viárum ſint diménſa páribus númeris: non modò uti proſpéctus paſcat inánem ánimum; ſed quia non áliter terra dabit æquas vires ómnibus, neque rami póterunt exténdere ſe in vácuum *aéra*. Fórſitan et quæras quæ faſtígia ſint ſcróbibus. Auſim commíttere vitem vel ténui ſulco. Arbos defígitur áltiùs ac pénitus terræ: imprímis Æſculus, quæ quantum *tendit* vértice ad æthéreas auras, tantum tendit radíce in Tártara. Ergo non hyemes, non flabra, neque imbres convéllunt illam: manet immóta, perque multos annos volvens multa ſæcula virórum durándo vincit *ætátem eórum*.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Tum

Tum fortes late ramos et (a) brachia tendens *a*
Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram. *f*
Neve tibi ad Solem vergant vineta cadentem: *m*
Neve inter vites corylum ſere: neve (a) flagella *c*
Summa pete, aut ſummas defringe ex arbore plantas *m*
(Tantus amor terræ) neu (b) ferro læde retuſo *m*
Semina: neve oleæ (c) ſylveſtres inſere truncos. *l*
Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis. *n*
Qui furtim pingui primùm ſub cortice tectus *a*
Robora comprendit, frondeſque elapſus in altas *m*
Ingentem cœlo ſonitum dedit: inde ſecutus *c*
Per ramos victor, perque alta cacumina (a) regnat, *b*
Et totum (a) involvit flammis nemus, et ruit atram *b*
Ad cœlum piceâ craſſus caligine nubem: *f*
Præſertim ſi tempeſtas à vertice ſylvis *a*
Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus. *k*
Hoc ubi; non à ſtripe valent, cæſæque reverti *p*
Poſſunt, atque imâ ſimiles revireſcere terrâ: *g*
Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris. *d*
Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor *m*
Tellurem Borea rigidam ſpirante movere. *e*
Rura gelu tum claudit hyems, nec ſemine jacto *p*
Concretam patitur radicem affigere terræ. *f*

ORDO.

Tum latè tendens fortes ramos et brachia huc illuc, ipſa média ſúſtinet ingéntem umbram. Neve viñéta vergant tibi ad cadéntem ſolem: neve ſere córylum inter vites: neve pete ſumma flagélla, aut defringe ſummas plantas ex árbore (*eſt illis* tantus amor terræ) neu læde ſémina retúſo ferro: neve ínſere ſylvéſtres truncos óleæ. Nam ſæpe ignis éxcidit incáutis paſtóribus, qui *ignis*, primùm tectus ſub pingui córtice, compréndit róbora, elapſúſque in altas frondes, dedit ingéntem ſónitum cœlo: inde ſecútus, victor regnat per ramos, perque alta cacúmina, et invólvit totum nemus flammis, et craſſus píceâ calígine ruit atram nubem ad cœlum: præſértim ſi tempéſtas incúbuit ſylvis à vértice, *i. e. aquilóne*, ventúſque glómerat incéndia ferens *ea*. Ubi hoc *contígerit*, *vites* non valent *revérti* à ſtirpe, *i. e. repulluláre à radice*, cæſæque, *i. e. amputátæ* poſſunt revérti, atque reviréſcere ſímiles imâ terrâ: infélix oleáſter amáris fóliis *ſolus* ſúperat. Nec quiſquam, tam prúdens, auctor perſuádeat tibi movére terram Bóreâ ſpiránte. Tum hyems claudit rura gelu, nec, ſémine jacto, páitur affígere concrétam radícem terræ.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Hypallage.*

Optima vinetis ſatio eſt, cum vere rubenti p
Candida venit avis longis inviſa colubris: l
Prima vel autumni ſub frigora, cum rapidus Sol n
Nondum hyemem contingit equis, jam præterit æſtas: p
Ver adeo frondi nemorum, ver utile ſylvis: p
Vere (a) tument terræ, et genitalia ſemina poſcunt. o
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther l
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, et omnes l
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus. m
Avia tum reſonant avibus virgulta canoris, k
Et (b) Venerem certis repetunt armenta diebus. p
Parturit almus ager: Zephyrique tepentibus auris i
Laxant arma ſinus: ſuperat tener omnibus humor: d
Inque novos ſoles audent ſe gramina tuto m
Credere: nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros, l
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem: b
Sed trudit (b) gemmas, et frondes explicat omnes. a
Non alios primâ creſcentis origine mundi m
Illuxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem d
Crediderim: ver illud erat, ver magnus (c) agebat f
Orbis, et hybernis parcebant flatibus Euri; m
Cum primum lucem pecudes (b) hauſere, (d) virûmque g
Ferrea progenies duris caput extulit arvis, q

O R D O.

Sátio eſt óptima vinétis, cùm, rubénti vere, cándida avis, *Cicónia*, inviſa longis colubris venit: vel ſub prima frígora autúmni, cùm rápidus ſol nondum contingit hyemem equis, *ſed* jam æſtas præterit: ver *ipſi* ádeò *útile* frondi némorum, ver *ádeò* útile ſylvis: vere terræ tument, et poſcunt genitália ſemina. Tum omnípotens pater, æther, deſcéndit in grémium *terræ* lætæ conjugis fœcúndis imbribus, et *ipſe* magnus, commixtus magno córpore *terræ*, alit omnes fœtus. Tum ávia virgúlta réſonant canóris ávibus, et arménta répetunt Vénerem certis diébus. Almus ager párturit: armáque laxant ſinus tepéntibus auris Zépheri: tener humor ſúperat ómnibus agris: graminâque audent crédere ſe tutò in novos ſoles: nec pámpinus métuit ſurgéntes Auſtros, aut imbrem actum *è* cœlo magnis Aquilónibus: ſed trudit gemmas, et éxplicat omnes frondes. Crediderim non álios dies illuxíſſe primâ origine creſcéntis mundi, habuiſſéve álium tenórem: illud *tempus* erat ver, magnus orbis agébat ver, et Euri parcébant hybérnis flátibus; cùm primum pécudes hauſére lucem, ferréaque progénies virórum éxtulit caput duris arvis,

(a) *Metapiora.* (b) *Metonymia.* (c) *Catachreſis.* (d) *Syncope.*

Immiſſæque

Immiſſæque feræ ſylvis, et ſidera cœlo. *f*
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem: *f*
Si non tanta quies iret, friguſque caloremque *f*
Inter; et exciperet cœli indulgentia terras. *l*
Quod ſupereſt, quæcumque premes virgulta per agros, *p*
Sparge ſimo pingui, et multâ memor occule terrâ: *n*
Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas. *l*
Inter enim labentur aquæ, tenuiſque ſubibit *o*
Halitus, atque animos tollent ſata: jamque reperti *q*
Qui ſaxo ſuper atque ingentis pondere teſtæ *f*
Urgerent: hoc effuſos munimen ad imbres; *a*
Hoc, ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arva. *q*
Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram *k*
Sæpius ad capita, et duros jactare bidentes. *l*
Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere, et ipſa *g*
Flectere luctantes inter vineta juvencos: *m*
Tum leves calamos et raſæ haſtilia virgæ, *f*
Fraxineaſque aptare ſudes, furcaſque bicornes: *p*
Viribus eniti quarum, et contemnere ventos *m*
Aſſueſcant, ſummaſque ſequi tabulata per ulmos. *c*
Ac, dum prima novis adoleſcit frondibus ætas, *e*
Parcendum teneris: et dum ſe lætus ad auras *f*

ORDO.

feræque *fuérunt* immíſſæ ſylvis, et ſídera cœlo. Nec téneræ res poſſent ferre hunc labórem: ſi tanta quies non iret inter frigúſque caloréмque; et indulgéntia cœli exciperet terras. Quod ſúpereſt, *dicéndum eſt*, quæcúmque virgúlta premes per agros, memor ſparge *ea* pingui ſimo, et óccule *ea* multâ terrâ: aut infode bíbulum lápidem, aut ſqualéntes conchas *circa ea*. Enim inter *ea* aquæ labéntur, tenuíſque hálitus ſubíbit, atque ſata tollent ánimos: jamque *ſunt* repérti, qui urgérent *ea* ſuper ſaxo atque póndere ingéntis teſtæ: hoc *eſt* munimen ad, *i. e. adverſus* effúſos imbres; hoc *eſt munímen*, ubi æſtifer canis findit hiúlca arva ſiti. Seminibus, *i. e. plantis* póſitis, ſúpereſt dedúcere terram ſæpiùs ad cápita, *i. e. radices eárum*, et jactáre duros *ferreos* bidéntes. Aut exercére ſolum ſub preſſo vómere, et fléctere luctántes juvéncos inter vinéta ipſa: tum aptáre *viti* leves cálamos, et haſtília raſæ virgæ, fraxineáſque ſudes, bicornéſque furcas: viribus quarum aſſuéſcant eníti, et contémnere ventos, ſequíque tabuláta, *i. e. ramos*, per ſummas ulmos. Ac eſt parcéndum téneris *eárum* viribus, dum prima ætas *eárum* adoléſcit novis fróndibus: et dum lætus palmes agit ſe ad auras,

Palmes agit, laxis per purum immiſſus (a) habenis, *m*
Ipſa acies nondum falcis tentanda ; ſed uncis *m*
Carpendæ manibus frondes, (b) interque legendæ. *f*
Inde ubi jam validis amplexæ ſtirpibus ulmos *l*
Exierint : tum ſtringe comas, tum (a) brachia tonde, *p*
Ante reformidant (c) ferrum : tum denique (a) dura *m*
Exerce imperia, et ramos compeſce (a) fluentes. *f*
Texendæ ſepes etiam, et pecus omne tenendum eſt : *c*
Præcipue dum frons tenera imprudenſque laborum : *p*
Cui, ſuper indignas hyemes, Solemque potentem, *p*
Sylveſtres uri aſſidue capreæque ſequaces *c*
Illudunt : paſcuntur oves, avidæque juvencæ. *c*
Frigora nec tantum canâ concreta pruinâ, *m*
Aut gravis incumbens ſcopulis arentibus æſtas : *p*
Quantum illi nocuere greges durique venenum *e*
Dentis, et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. *m*
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris *n*
Cæditur, et veteres ineunt proſcenia ludi : *k*
Præmiaque ingentes pagos et compita circum *m*
(d) Theſeidæ poſuere : atque inter pocula læti *l*
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. *n*
Necnon Auſonii, Trojâ gens miſſa, coloni *f*

ORDO.

immíſſus per purum *áëra* laxis habénis, ácies ipſa falcis nondum *eſt* tentánda ; ſed frondes *ſunt* carpéndæ, interlegendæque uncis mánibus. Inde ubi jam *vites*, ampléxæ ulmos válidis ſtírpibus, exivérint : tum ſtringe comas, tum tonde brachia *eárum*, ante reformidant ferrum : tum dénique exérce dura impéria, et compéſce fluéntes ramos. Etiam ſepes *ſunt* texéndæ, et omne pecus eſt tenéndum *à vítibus* : præcípuè dum frons *eſt* ténera, imprudénſque labórum, *i. e. ignaráque dolórum* : cui *frondi*, ſuper, *i. e. præter* indignas hyemes, potentémque ſolem, ſylvéſtres uri, ſequacéſque cápreæ aſſiduè illúdunt : oves, avidæque juvéncæ paſcúntur *frondibus vítium*. Nec frígora concréta canâ pruínâ, aut gravis æſtas incúmbens aréntibus ſcópulis *nocuit vítibus* tantum, quantum illi greges, venenúmque duri dentis, et cicátrix ſignáta in admórſo ſtirpe nocuére. Ob non áliam cauſam caper cæditur Baccho ómnibus aris, et véteres ludi ineunt proſcénia : ingentéſque Theſéidæ, *i. e. Athenienſes* poſuére præmia circum pagos et cómpita : atque inter pócula læti ſalivére per unctos utres in móllibus pratis. Nec non Auſónii, *i. e. Románi* colóni, gens miſſa Trojâ,

(a) *Metaphora.* (b) *Tmeſis.* (c) *Metonymia.* (d) *Antonomaſia.*

Verſibus

Verſibus (a) incomptis ludunt, riſuque ſoluto : *m*
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis. *l*
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique *h*
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. *a*
Hinc omnis largo (a) pubeſcit vinea fœtu : *a*
Complentur valleſque cavæ ſaltuſque profundi, *g*
Et quocumque Deus circum caput egit honeſtum. *h*
Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem *f*
Carminibus patriis, lanceſque et liba feremus : *l*
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram, *b*
Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. *q*
Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter, *l*
Cui nunquam exhauſti ſatis eſt : namque omne quotannis *g*
Terque quaterque ſolum ſcindendum, glebaque verſis *l*
(b) Æternum frangenda bidentibus, omne levandum *c*
Fronde nemus. Redit agricolis labor actus in orbem, *i*
(c) Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus : *b*
Et jam olim ſeras poſuit cum vinea frondes, *g*
(d) Frigidus et ſylvis Aquilo decuſſit honorem ; *p*
Jam tum acer curas venientem (a) extendit in annum *g*
Ruſticus, et curvo Saturni dente relictam *m*
(a) Perſequitur vitem attondens, fingitque (e) putando. *m*

ORDO.

ludunt incómptis vérſibus, ſolutóque riſu : ſumúntque horrénda ora, *i. e. horríbiles larvas è* cavátis corticibus. Et vocant te, Bacche, per læta cármina, ſuſpendúntque móllia oícílla, *i. e. imagúnculas* ex altà pinu. Hinc omnis vínea pubéſcit largo fœtu : cavæque valles, profundíque ſaltus compléntur, et quòcúmque Deus *Bacchus* circumégit honéſtum caput. Ergo ritè dicémus ſuum honórem Baccho pátriis carmínibus, ferémúſque lances et liba *illi :* et hircus, ſacer *illi*, ductus cornu, ſtabit ad aram, torrebimúſque *ejus* pínguia exta in colúrnis vérubus. Eſt étiam ille alter labor curándis vítibus, cui nunquam eſt ſatis exhaúſti *labóris :* namque omne ſolum *eſt* ſcindéndum terque quatérque quotánnis, glebáque *eſt* frangénda æternùm verſis bidéntibus, *et* omne nemus *eſt* levándum fronde. Labor, actus in orbem, redit agrícolis, atque annus vólvitur in ſe per ſua veſtígia. Et jam olim cum vínea póſuit ſeras frondes, et frígidus Aquilo decúſſit honórem ſylvis ; jam tum acer rúſticus exténdit curas in veniéntem annum, et perſéquitur vitem relíctam, *i. e. aliquándiu neglíctam*, attóndens *eam* curvo dente Satúrni, fingítque *eam am*-putándo.

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.* (c) *Allegoria.* (d) *Metonymia.* (e) *Aphæreſis.*

Primus

Primus humum fodito, primus devecta cremato *l*
Sarmenta, et vallos primus ſub (a) tecta referto: *a*
Poſtremus metito. Bis vitibus ingruit umbra, *b*
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbæ: *m*
Durus uterque labor. Laudato ingentia rura, *l*
Exiguum colito. Necnon etiam aſpera ruſci *q*
Vimina per ſylvam, et ripis fluvialis arundo *n*
Cæditur: incultique exercet cura ſalicti. *m*
Jam vinctæ vites, jam falcem arbuſta reponunt, *a*
Jam canit extremos effœtus vinitor antes: *m*
Solicitanda tamen tellus, pulviſque movendus: *l*
Et jam maturis metuendus (b) Jupiter uvis. *g*
Contrà, non ulla eſt oleis cultura: neque illæ *g*
Procurvam exſpectant falcem, raſtroſque tenaces; *a*
Cum ſemel hæſerunt arvis, auraſque tulerunt. *m*
Ipſa ſatis tellus, cum dente recluditur unco, *n*
Sufficit humorem, et (c) gravidas cum vomere fruges. *p*
Hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam. *f*
Poma quoque ut primum truncos (d) ſenſere valentes, *m*
Et vires habuere ſuas ad ſidera raptim *e*
Vi propirâ nituntur, opiſque haud indiga noſtræ. *p*
Nec minus interea fœtu nemus omne (d) graveſcit, *q*

ORDO.

Primus fódito humum, primus cremáto ſarménta devécta *domum*, et primus refé.to vallos ſub tecta: poſtrémus métito, *i. e. vindemiáto*. Bis umbra ingruit vítibus, bis herbæ obdúcunt ſégetem denſis ſéntibus. Utérque labor *eſt* durus. Laudáto ingéntia rura, cólito exíguum *rus*. Nec non étiam áſpera vímina ruſci per ſylvam *cædúntur*, et fluviális arúndo cæditur ripis: curáque incúlti ſalícti exércet *nos*. Jam vites *ſunt* vinctæ, jam arbúſta repónunt falcem; jam effœtus, *i. e. laſſus* vínitor canit extrémos antes: tamen tellus *eſt* ſolicitánda, pulvíſque *eſt* movéndus: et jam Júpiter, *i. e. aër eſt* metuéndus matúris uvis. Contrà, non eſt ulla cultura óleis: neque illæ exſpéctant procúrvam falcem, tenacéſque raſtros; cùm ſemel hæſérunt arvis, tuleruntque auras. Tellus ipſa, cum reclúditur unco dente, ſúfficit humórem ſatis *óleis*, et *ſúfficit* grávidas fruges *ſtatim* cum vómere. *Propter* hoc nutritor olívam pinguem et plácitam paci. Poma quoque, ut primùm ſenſére valéntes truncos, et habuére ſuas vires, nitúntur ad ſídera raptim própriâ vi, haudque índiga noſtræ opis. Nec minus intérea omne nemus gravéſcit fœtu,

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Hyperbole.* (d) *Metaphora.*

Sanguineiſque

Sanguineiſque inculta rubent aviaria baccis. *o*
Tondentur cytiſi: tædas ſylva alta miniſtrat, *f*
Paſcunturque ignes nocturni, et lumina fundunt. *a*
Et dubitant homines ſerere, atque impendere curam? *k*
Quid majora ſequar? ſalices, humileſque geniſtæ, *d*
Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus umbram *f*
Sufficiunt ſepemque ſatis, et pabula melli. *p*
Et juvat (a) undantem buxo ſpectare Cytorum, *m*
Naryciæque picis lucos: juvat arva videre, *q*
Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ. *f*
Ipſæ Caucaſeo ſteriles in vertice ſylvæ, *e*
Quas animoſi Euri aſſidue franguntque feruntque, *p*
Dant alios aliæ fœtus; dant utile lignum *l*
Navigiis pinos, domibus cedroſque cupreſſoſque: *p*
Hinc radios (a) trivere rotis, hinc tympana plauſtris *p*
Agricolæ, et pandas ratibus poſuere carinas. *o*
Viminibus ſalices fœcundæ, frondibus ulmi: *l*
At myrtus validis haſtilibus, et bona bello *b*
Cornus; Ityræos taxi torquentur in arcus: *m*
Nec tiliæ leves, aut torno raſile buxum, *m*
Non formam accipiunt, (b) ferroque cavantur acuto: *b*
Necnon et torrentem undam levis innatat alnus *b*
Miſſa Pado: necnon et apes examina condunt *p*

ORDO.

incultáque aviária rubent ſanguíneis baccis. Cytiſi tondéntur: alta ſylva miniſtrat tædas, *quibus* nocúrni ignes paſcúntur, et fundunt lúmina. Et hómines dúbitant ſérere *has plantas* atque impéndere curam *iis?* Quìd ſequar majóra *cómmoda?* ſálices, humiléſque geniſtæ, illæ *ipſæ* ſuffíciunt aut frondem pécori, aut umbram paſtóribus, ſepémque ſatis, et pábula melli. Et juvat ſpectáre *montem* Cytórum undántem buxo, lucóſque Naryciæ *undántes* picis: juvat vidére arva obnóxia non raſtris hóminum, non ulli curæ. In Caucáſeo vertice ſtériles ſylvæ ipſæ, quas animóſi Euri aſſíduè frangúntque ferúntque, áliæ dant álios fœtus; dant pinos, lignum útile navígiis, cedróque cupreſſóſque *útiles* dómibus: hinc agricolæ trivére rádios rotis, hinc *trivére* tympana plauſtris, et poſuére pandas carínas rátibus. Sálices *ſunt* fœcúndæ vimínibus, *et* ulmi fróndibus: at myrtus *eſt bona* válidis haſtílibus, et cornus bona bello; taxi torquéntur in Ityræos arcus: nec leves tíliæ, aut buxum ráſile torno non accípiunt formam, cavantúrque acúto ferro: necnon et levis alnus miſſa Pado, ſunnatat torréntem undam: necnon et apes condunt examina cavis corticibus.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Corticibuſque

Corticibuſque cavis, vitioſæque ilicis alveo. *k*
Quid memorandum æque Baccheïa dona tulerunt? *n*
Bacchus et ad culpam cauſas dedit: ille furentes *n*
Centauros leto domuit, Rhœtumque Pholumque, *g*
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem. *g*
O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint, *c*
Agricolas! quibus ipſa, procul diſcordibus armis, *k*
(a) Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus. *l*
(b) Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis *c*
Mane ſalutantum totis (a) vomit ædibus undam; *n*
Nec varios (a) inhiant pulchra teſtudine poſtes, *l*
Illuſaſque auro veſtes, Ephyreïaque æra; *b*
Alba neque Aſſyrio fucatur lana (c) veneno, *l*
Nec caſiâ liquidi corrumpitur uſus olivi. *q*
At ſecura quies, et neſcia fallere vita, *b*
Dives opum variarum; at latis otia fundis, *l*
Speluncæ, vivique lacus; at frigida Tempe, *g*
Mugituſque boum, (a) molleſque ſub arbore ſomni *b*
Non abſunt. Illic ſaltus, ac luſtra ferarum, *a*
Et patiens operum parvoque aſſueta juventus, *l*
Sacra (d) Deûm, ſanctique patres. Extrema per illos *p*
Juſtitia excedens terris veſtigia fecit. *m*
Me verò primùm dulces ante omnia Muſæ, *a*

ORDO.

alveóque vitióſæ ílicis. Quid æquè memorándum Baccheïa dona tuléruntʔ Bacchus et dedit cauſas ad culpam: ille dómuit leto furéntes Centaúros, Rhœtúmque Pholúmque, et Hylæum minántem Lápithis magno cratére. O agrícolas nímiùm fortunátos, ſi nóverint ſua bona! quibus *agrícolis*, procùl *à* diſcórdibus armis, juſtiſſima tellus ipſa fundit fácilem victum humo. Si *apud illos* alta domus, *cum* ſupérbis fóribus, non vomit ingéntem undam *hóminum* ſalutántium *te* manè totis ædibus; nec inhiant vários poſtes pulchrâ teſtúdine, veſtéſque illúſas auro, Ephyreïáque æra; nec *apud illos* alba lana fucátur Aſſyrio venéno, nec uſus líquidi olívi corrúmpitur cátiâ. At ſecúra quies, et vita néſcia fállere, dives variárum opum; at ótia *in* latis fundis, ſpelúncæ, vivíque lacus; at frígida Tempe, mugitúſque boum, molléſque ſomni ſub árbore non abſunt. Illic *ſunt* ſaltus, ac luſtra ferárum, et juvéntus pátiens óperum, aſſuetáque parvo, ſacra Deórum, ſanctique patres. *Dea* Juſtitia, excédens terris fecit, extréma veſtígia per illos. Verò dulces Muſæ accípiant me primùm ante ómnia, *Muſæ*,

(a) *Metaphora.* (b) *Allegoria.* (c) *Metonymia.* (d) *Syncope.*

Quarum

Quarum ſacra fero ingenti (a) perculſus amore, *f*
Accipiant; cœlique vias et ſidera monſtrent, *p*
Defectus Solis varios, Lunæque labores: *g*
Unde tremor terris: qua vi maria alta tumeſcant *n*
Obicibus ruptis, rurſuſque in ſeipſa reſidant: *m*
Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles *e*
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obſtet. *b*
Sin, has ne poſſim naturæ accedere partes, *a*
Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis; *l*
Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes, *k*
Flumina amem ſylvaſque inglorius. O ubi campi, *n*
Sperchiuſque, et virginibus bacchata Lacænis *g*
Taygeta! ô qui me gelidis in vallibus Hæmi *p*
Siſtat, et ingenti ramorum protegat umbra! *m*
Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas, *f*
Atque metus omnes et inexorabile fatum *p*
Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari! *d*
Fortunatus et ille, Deos qui novit agreſtes, *e*
Panaque Sylvanumque ſenem, Nymphaſque ſorores! *p*
Illum non populi (b) faſces, non purpura regum *f*
(a) Flexit et infidos agitans diſcordia fratres; *p*
Aut conjurato deſcendens Dacus ab (c) Iſtro: *a*
Non res Romanæ, perituraque regna: neque ille, *c*

ORDO.

quarum ſacra *ego ſacérdos* ferò percúlſus ingénti amóre *eárum*; monſtréntque *mihi* vias cœli et ſídera, vários defectus ſolis, laboréſque Lunæ: unde tremor *ſit* terris: quâ vi alta mária tuméſcant obícibus ruptis, rurſúſque reſídant in ſeipſá: quìd Hybérni ſoles tantùm próperent tíngere ſe Océano: vel quæ mora obſtet tardis nóctibus. Sin frigidus ſanguis circum præcórdia obſtíterit, ne poſſim accédere has partes, *i. e. ſecréta* natúræ; rura et rigui amnes in vállibus pláceant mihi, *et* inglórius amem flúmina ſylváſque. O ubi *ſunt* campi, Sperchiúſque *amnis*, et Taygéta baccháta Lacænis virgínibus! O *ſit* qui ſiſtat me in gélidis vállibus *montis* Hæmi, et protégat *me* ingénti umbrâ ramórum! *eſt* felix, qui pótuit cognoſcere cauſas rerum, atque ſubjécit omnes metus et inexorábile fatum, ſtrepitúmque avári Acheróntis *ſuis* pédibus! et ille *eſt* fortunátus, qui novit agréſtes Deos, Panáque ſenémque Sylvánum, ſororéſque Nymphas! non faſces pópuli, non púrpura regum, et diſcórdia ágitans infidos fratres, aut Dacus deſcéndens ab conjuráto Iſtro flexit illum: non Románæ res, regnáque peritúra *flexérunt illum*: neque ille,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Metalepſis.*

Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti. *k*
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura *b*
Sponte tulere ſuâ, carpſit: nec (a) ferrea jura, *l*
(b) Inſanumque forum, aut populi tabularia vidit. *d*
Solicitant alii remis freta cæca, ruuntque *q*
In (b) ferrum, penetrant aulas et (b) limina regum. *f*
Hic petit excidiis urbem miſeroſque Penates, *q*
Ut (b) gemmâ bibat, et Sarrano indormiat oſtro: *f*
Condit opes alius, defoſſoque incubat auro: *l*
Hic ſtupet attonitus roſtris: hunc plauſus hiantem *l*
Per cuneos (geminatus enim) plebiſque patrumque *k*
(a) Corripuit: gaudent perfuſi ſanguine fratrum, *m*
Exilioque domos et dulcia limina mutant, *q*
Atque alio patriam quærunt ſub Sole jacentem. *l*
Agricola incurvo terram dimovit aratro: *m*
Hinc anni labor; hinc patriam, parvoſque nepotes *e*
Suſtinet; hinc armenta boum, meritoſque juvencos. *o*
Nec requies; quin, aut pomis exuberet annus, *m*
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi: *e*
Proventuque oneret ſulcos, atque horrea vincat. *f*
Venit hyems; teritur Sicyonia bacca trapetis: *i*
Glande ſues læti redeunt: dant arbuta ſylvæ: *p*
Et varios ponit fœtus autumnus: et alte *m*

ORDO.

aut dóluit míſerans ínopem, aut invídit habénti *divítias*. Carpſit fructus, quos rami, quos voléntia rura ipſa tulére ſuâ ſponte: nec vidit férrea jura, inſanúmque forum, aut tabulária pópuli. Alii ſolícitant cæca freta remis, ruúntque in ferrum, pénetrant aulas et límina regum. Hic petit urbem miſeróſque Penátes excidiis, ut bibat *è* gémmâ, et indórmiat Sarráno oſtro: álius condit opes, incubátque defoſſo auro: hic ſtupet attónitus roſtris: plauſus plebiſque patrumque per cúneos *theátri* (enim *eſt* geminátus) corrípuit hunc hiántem: *alii* gaudent perfúſi ſánguine fratrum, mutántque domos et dúlcia límina exílio, atque quærunt pátriam jacéntem ſub álio ſole. Agrícola dimóvit terram incúrvo arátro: hinc *eſt* labor anni; hinc ſúſtinet pátriam, parvóſque nepótes; hinc *ſúſtinet* armenta boum, meritóſque juvéncos. Nec *eſt* requies; quin annus exúberet aut pomis, aut fœtu pécorum, aut mérgite Cereális culmi: onerétque ſulcos provéntu, atque vincat hórrea. Hyems venit; Sicyonia bacca téritur trapetis: ſues læti glande rédeunt: ſylvæ dant árbuta: et autúmnus ponit vários fœtus:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Mitis

Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. *p*
Interea dulces pendent circum oſcula nati: *m*
Caſta pudicitiam ſervat (a) domus: ubera vaccæ *q*
Lactea demittunt: pingueſque in gramine læto *m*
Inter ſe adverſis luctantur cornibus hœdi. *a*
Ipſe dies agitat feſtos: fuſuſque per herbam, *l*
Ignis ubi in medio et ſocii cratera coronant, *k*
Te libans, Lenæe, vocat: pecoriſque magiſtris *c*
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo, *b*
Corporaque agreſti nudat prædura palæſtrâ. *m*
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini, *h*
Hanc Remus et frater: ſic fortis Etruria crevit, *n*
Scilicet et rerum facta eſt pulcherrima Roma, *m*
Septemque una ſibi muro circumdedit arces. *f*
Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, et ante *m*
Impia quam cæſis gens eſt epulata juvencis; *n*
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat. *m*
Necdum etiam audierant inflari claſſica, necdum *l*
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes. *p*
Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor, *g*
Et jam tempus equûm fumantia ſolvere colla. *b*

ORDO.

et mitis vindémia cóquitur altè in apricis ſaxis: intérea dulces nati pendent circum óſcula *paréntum:* caſta domus ſervat pudicitiam: vaccæ demittunt láctea úbera: pinguéſque hœdi luctántur inter ſe advérſis córnibus in læto grámine. Ipſe ágitat feſtos dies: fuſúſque per herbam, ubi *eſt* ignis in médio, et *ubi* ſócii corónant cratéra, libans *vinum* vocat te, Lenæe: ponítque magíſtris péc oris certámina velócis jáculi in ulmo, undátque prædúra córpora agreſti palæſtrâ. Véteres Sabíni olim coluére hanc vitam, *et* Remus et frater *Rómulus coluére* hanc: ſic fortis Etrúria crevit; ſcílicet *ſic* Roma eſt facta pulchérrima *urbs* rerum, unáque circúmdedit ſeptem muros ſibi muro. Etiam ante ſceptrum Dictæi regis *Jovis*, et ántequam ímpia *humána* gens eſt epuláta cæſis juvéncis; aureus Satúrnus agébat hanc vitam in terris. Necdum étiam *hómines* audíverant cláſſica inflári, necdum *audíverant* enſes impóſitos duris incúdibus crepitáre. Sed nos confécimus imménſum æquor ſpátiis, et jam *eſt* tempus ſólvere fumántia colla equórum *jugo*.

(a) *Metonymia.*

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

LIBER III.

TE quoque, magna Pales, et te memorande canemus *q*
Paſtor ab Amphryſo: vos ſylvæ amneſque Lycæi. *m*
Cætera, quæ vacuas (a) tenuiſſent carmina mentes, *k*
Omnia jam vulgata. Quis aut Euryſthea durum, *p*
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? *a*
Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos, *e*
Hippodameque, humeroque Pelops inſignis eburno, *k*
Acer equis? (b) Tentanda via eſt, quâ me quoque poſſim *p*
Tollere humo, victorque (c) virûm volitare per ora. *o*
Primus ego in patriam mecum (modo vita ſuperſit) *q*
Aonio rediens deducam vertice Muſas: *l*
Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas: *o*
Et viridi in campo templum de marmore ponam *m*
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus (a) errat *n*

ORDO.

Nos canémus te quoque, magna Pales, et te *Apóllo*, paſtor memorárde ab Amphryſo *flúvio: canémus* vos, ſylvæ, amnéſque Lycæi. Omnia cætera cármina, quæ tenuíſſent vácuas mentes, jam *ſunt* vulgáta. Quis néſcit aut durum Euryſthéa, aut aras illaudáti Buſíridis? Cui Hylas puer non *eſt* dictus, et Latónia Delos, Hippodaméque, Pelópſque inſignis ebúrno húmero, *et* acer equis? via eſt tentánda *mihi*, qua poſſim tóllere me quoque humo, victórque *poſſim* volitáre per ora virórum. Ego primus, rédiens *ab* Aónio vértice, dedúcam Muſas mecum in pátriam (modò vita ſupérſit *mihi:*) primus réferam Idumæas palmas tibi, Mántua: et, in víridi campo, ponam templum de mármore propter aquam, ubi ingens *flúvius* Míncius errat tardis fléxibus,

(a) *Metaphora.* (b) *Allegoria.* (c) *Syncope.*

Mincius,

Mincius, et tenerâ prætexit (a) arundine ripas. q
In medio mihi Cæſar erit, templumque tenebit. k
Illi victor ego, et Tyrio conſpectus in oſtro, e
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. e
Cuncta mihi, Alpheum linquens lucoſque Molorchi, m
Curſibus et crudo decernet Græcia ceſtu. m
Ipſe caput tonſæ foliis ornatus olivæ p
Dona feram. Jam nunc ſolemnes ducere pompas m
Ad delubra juvat, cæſoſque videre juvencos: n
Vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus, utque a
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. m
In foribus pugnam ex auro ſolidoque (b) elephanto n
(c) Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini: l
Atque hic undantem bello, (d) magnumque fluentem a
Nilum, ac navali ſurgentes ære columnas. a
Addam (e) urbes Aſiæ domitas, pulſumque (e) Niphaten, e
Fidentemque fugâ Parthum verſiſque ſagittis: f
Et duo rapta manu diverſo ex hoſte trophæa, l
Biſque triumphates utroque ab littore gentes. m
Stabunt et Parii lapides, ſpirantia ſigna, e
Aſſaraci proles, demiſſæque ab Jove gentis n
Nomina: Troſque parens, et Trojæ (c) Cynthius auctor. l

ORDO.

et prætéxit ripas ténerâ arúndine. In médio erit mihi Cæſar, tenebítque templum. Illi, *i. e. in honórem ejus*, ego victor, et conſpéctus in Tyrio oſtro, agitábo centum quadrijugos currus ad flúmina. Mihi, *i. e. in meum honórem* cuncta Græcia, linquens *flúvium* Alphéum, lucóſque Molórchi, decérnet cúrſibus et crudo ceſtu. *Ego* ipſe, ornátus *quoad* caput fóliis tonſæ olívæ, feram dona. Jam nunc juvat *me* dúcere ſolémnes pompas ad delúbra, videréque cæſos juvéncos: vel *vidére*, ut ſcena diſcédat fróntibus verſis, utque intéxti Británni tollant purpúrea aulæa. In fóribus *templi* faciam, ex auro ſolidóque elephánto, pugnam Gangáridum, *i. e. Indórum*, armáque victóris Quirini: atque hìc *pingam* Nilum, undántem bello, magnúmque fluéntem, ac colúmnas ſurgéntes naváli ære. Addam *his* dómitas urbes Aſiæ, pulſúmque Nipháten, Parthúmque fidéntem fugâ verſíſque ſagíttis: et duo trophæa, rapta manu, ex divérſo hoſte, genteſque bis triumphátas ab utróque líttore. Et Párii lápides ſtabunt *quaſi* ſpiránti a ſigna, proles Aſſáraci, nomináque gentis demíſſæ ab Jove: Troſque parens *Aſſáraci*, et Cynthius *Apóllo* auctor Trojæ.

(a) *Enallage.* (b) *Synecdoche.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Antimeria.* (e) *Metonymia.*

Invidia

Invidia infelix furias amnemque ſeverum p
Cocyti metuit, tortoſque Ixionis angues, f
Immanemque rotam, et non exſuperabile ſaxum. b
Interea Dryadum ſylvas ſaltuſque ſequamur l
Intactos, tua, Mæcenas, haud (a) mollia juſſa. f
Te ſine nil altum mens inchoat; en age, ſegnes n
(a) Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron, l
Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum: i
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit. c
Mox tamen (a) ardentes (a) accingar dicere pugnas m
Cæſaris, et nomen famâ tot ferre per annos, m
Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar. c
Seu quis, Olympiacæ miratus præmia palmæ, i
Paſcit equos, ſeu quis fortes ad aratra juvencos; n
Corpora præcipue matrum legat. Optima torvæ q
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix, p
Et crurum tenus à mento palearia pendent. b
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna: c
Pes etiam, et camuris hirtæ ſub cornibus aures. l
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et albo: k
Aut juga detrectans, interdumque aſpera cornu, m
Et faciem tauro propior: quæque ardua tota, p
Et gradiens imâ verrit veſtigia caudâ. m

ORDO.

Invídia, infélix, métuet fúrias, ſeverúmque amnem Cocyti, tortóſque angues Ixionis, immanémque rotam, et ſaxum *Siſyphi* non exſuperábile. Interéa ſequámur ſylvas Dryadum, ſaltúſque intáctos *áliis*, tua haud móllia juſſa, Mæcénas. *Mea* mens inchoat nil altum ſine te; en age, rumpe ſegnes moras: *mons* Cithæron vocat *nos* ingénti clamóre, canéſque *montis* Taygeti, Epidaurúſque *urbs* dómitrix equórum: et vox, ingemináta aſſénſu némorum, remúgit. Tamen mox accíngar dícere ardéntes pugnas Cæſaris, et ferre famâ *ejus* nomen per tot annos, quot Cæſar abeſt ab primâ origine Tithóni. Seu quis, mirátus præmia Olympíacæ palmæ, paſcit equos, ſeu quis *paſcit* fortes juvéncos ad arátra, legat præcípuè córpora matrum. Forma bovis eſt óptima, cui *eſt* turpe caput, cui *eſt* plúrima, *i. e. máxima* cervix, et *cui* paleária pendent à mento tenus crurum. Tum *eſt* nullus modus longo láteri: ómnia *membra ſunt* magna: pes étiam, et hirtæ aures ſub camuris córnibus. Nec *vacca*, inſignis máculis et albo diſpliceat mihi; aut detréctans juga, interdúmque áſpera cornu, et *quoad* fáciem própior tauro: quæque *eſt* tota árdua, et grádiens verrit veſtígia imâ caudâ.

(a) *Metaphora.*

Ætas (a) Lucinam juſtoſque pati Hymenæos b
Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos: q
Cætera nec fœturæ habilis: nec fortis aratris. p
Interea, ſuperat gregibus dum læta juventus, k
Solve mares: mitte in (b) Venerem pecuaria primus, o
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. k
Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi k
Prima fugit: (c) ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus: l
Et labor, et (c) duræ rapit inclementia mortis. p
Semper erunt, quarum mutari corpora malis. m
Semper enim refice: ac, ne poſt amiſſa requiras, l
Anteveni; et ſobolem armento ſortire quotannis. l
Nec non et pecori eſt idem delectus equino. ſ
Tu modo, quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis, p
Præcipuum jam inde à teneris (c) impende laborum. p
Continuo pecoris generoſi pullus in arvis k
Altius ingreditur, et mollia crura reponit: q
Primus et ire viam, et fluvios tentare minaces k
Audet, et ignoto ſeſe committere ponti: m
Nec vanos horret ſtrepitus. Illi ardua cervix, g
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga; d
Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti k
Spadices, glaucique; color deterrimus albis, g

ORDO.

Ætas *vaccárum* pati Lucínam juſtóſque Hymenæos déſinit ante decem *annos*, incipit poſt quátuor annos. Cætera *ætas eárum eſt* nec hábilis fœtúræ, nec fortis arátris. Intérea, dum læta juvéntus ſúperat grégibus, ſolve mares: *tu* primus mitte pecuária in Vénerem, et ſúffice áliam prolem ex áliâ generándo. Quæque óptima dies ævi prima fugit miſeris mortálibus: morbi, triſtiſque ſenéctus ſúbeunt: et labor, et incleméntia duræ mortis rapit *eos*. Erunt ſemper *pécudes*, quarum córpora *tu* malis mutári. Enim ſemper réfice *arméntum*: ac ne póſt requíras amíſſa, antéveni *damnum*; et ſortíre ſóbolem arménto quotánnis. Nec non idem deléctus eſt *neceſſárius* equíno pécori. Tu modò impénde præcípuum labórem jam inde à téneris *annis illis*, quos ſtátues ſubmittere in ſpem gentis. Continuò pullus generóſi pécoris ingréditur áltiùs in arvis, et repónit móllia crura: primus audet et ire viam, et tentáre mináces flúvios, et commíttere ſeſe ignóto ponti: nec horret vanos ſtrépitus. *Eſt* illi árdua cervix, argutúmque caput, brevis alvus, obeſáque terga; animoſúmque pectus luxúriat toris. Spadíces, glaucíque *ſunt* honéſti; *eſt* detérrimus color albis,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Et

Et gilvo: tum, ſi qua ſonum procul arma dedere; *c*
Stare loco neſcit, micat auribus, et tremit artus, *o*
Collectumque premens vovit ſub naribus ignem. *ſ*
Denſa juba, et dextro jactata recumbit in armo. *n*
At duplex agitur per lumbos ſpina: cavatque *ſ*
Tellurem, et ſolido graviter ſonat ungula cornu, *d*
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis *p*
Cyllarus, et, quorum Graii meminere poëtæ, *o*
Martis equi bijuges, et magni (a) currus Achillis. *l*
Talis et ipſe jubam cervice effudit equinâ *l*
Conjugis adventu pernix Saturnus, et altum *m*
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto. *p*
Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis *p*
Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ, *l*
Frigidus in (a) Venerem ſenior, fruſtraque laborem *k*
Ingratum trahit: et, ſi quando ad prælia ventum eſt, *ſ*
Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis, *h*
Incaſſum furit. Ergo animos ævumque notabis *e*
Præcipue: hinc alias artes, prolemque parentum: *l*
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ. *ſ*
Nonne vides? cum præcipiti certamine campum *p*
Corripuere ruuntque (b) effuſi carcere currus; *l*

O R D O.

et gilvo: tum, ſi qua arma dedére ſonum procùl; neſcit ſtare loco, micat aúribus, et tremit *per* artus, preménſque colléctum ignem volvit *eum* ſub náribus. *Ejus* juba *eſt* denſa, et jactáta recúmbit in dextro armo. At duplex ſpina ágitur per lumbos: unguláque cavat tellúrem, et gráviter ſonat ſolido cornu. Talis fuit Cyllarus, dómitus habénis Amyclæi Pollúcis, et bíjuges equi Martis, quorum Gráii poëtæ meminére, et currus, *i. e. equi currus* magni Achíllis. Talis et pernix Satúrnus ipſe effúdit jubam equínâ cervice advéntu cónjugis, et fúgiens implévit altum Pélion acúto hinnítu. Abde hunc domo quoque, ubi aut gravis morbo, aut jam ſégnior annis déficit, *et* ignóſce ſenéctæ nec, *i. e. non* turpi. Sénior *equus* eſt frígidus in Vénerem, fruſtráque trahit ingrátum labórem: et, ſi quando eſt ventum ad prælia, ut quondam magnus ignis ſine víribus *furit* in ſtipulis, *ſic ille* furit incáſſùm. Ergo notábis ánimos ævúmque *equórum* præcipuè: hinc *notábis* álias artes *eórum*. prolémque paréntum: et quis dolor *ſit* cuique victo, quæ glória palmæ *ſit cuique victóri*. Nonne vides? cùm, præcípiti certámine, currus corripuére campum, ruúntque effúſi cárcere;

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Cum

Cum ſpes (a) arrectæ juvenum, exſultantiaque haurit *g*
Cordia pavor pulſans; illi inſtant verbere torto, *m*
Et proni dant lora: (a) volat vi fervidus axis: *g*
Jamque humiles, jamque elati ſublime videntur *m*
Aëra per vacuum ferri, atque aſſurgere in auras. *l*
Nec mora nec requies. At fulvæ (a) nimbus arenæ *l*
Tollitur: humeſcunt ſpumis flatuque ſequentum: *m*
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ. *m*
Primus Erichthonius currus et quatuor auſus *l*
Jungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor. *k*
Fræna Pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere, *k*
Impoſiti dorſo: atque equitem docuere ſub armis *o*
Inſultare ſolo, et greſſus (a) glomerare ſuperbos. *h*
Æquus uterque labor: æque juvenemque magiſtri *q*
Exquirunt, calidumque animis, et curſibus, acrem: *e*
Quamvis ſæpe fugâ verſos ille egerit hoſtes, *f*
Et patriam Epirum referat, forteſque Mycenas; *p*
Neptunique ipsâ deducat origine gentem. *b*
His animadverſis, inſtant ſub tempus; et omnes *m*
Impendunt curas denſo diſtendere (b) pingui, *a*
Quem legere ducem, et pecori dixere maritum: *p*
Pubenteſque ſecant herbas, (c) fluvioſque miniſtrant, *b*

ORDO.

cum ſpes júvenum *ſunt* arréctæ, pulſánſque pavor haurit exſultántia corda; illi *júvenes* inſtant *equis* torto vérbere, et proni dant lora: axis férvidus vi volat: jamque húmiles, jamque eláti ſubliméè vidéntur ferri per vácuum áëra, atque aſſúrgere in auras. Nec mora, nec réquies *datur iis*. At nimbus fulvæ arenæ tóllitur: huméſcunt ſpumis flatúque ſequéntium: *eſt illis* tantus amor laudum, victória eſt tantæ curæ *illis*. Erichthónius primus *eſt* auſus júngere currus et quátuor equos, victórque inſíſtere rápidis rotis. Pelethrónii Lápithæ, impóſiti dorſo *equórum* dedére fræna gyróſque: atque docuére équitem, *i. e. equum*, ſub armis inſultáre ſolo, et glomeráre ſupérbos greſſus. Utérque labor *ſive aurigándi ſive equitándi* eſt æquus: magíſter *utriúſque artis* æquè exquírunt *equum* juvenémque, calidúmque ánimis, et acrem cúrſibus: *non éligunt ſenem*, quamvis ille ſæpe égerit hoſtes verſos fugâ, et réferat Epírum pátriam, fortéſque Mycénas; deducátque gentem origine Neptúni ipsâ. His animadvérſis, inſtant *curæ* ſub tempus *admiſſúræ*; et impéndunt *omnes* curas diſténdere *eum* denſo pingui, quem legére ducem, et dixére máritum pécori: ſecántque pubéntes herbas,

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.* (c) *Synecdoche.*

Farraque ; ne blando nequeat ſupereſſe labori, *o*
Invalidique patrum referant jejunia nati : *k*
Ipſa autem macie tenuant armenta volentes. *e*
Atque, ubi (a) concubitus primos jam nota voluptas *l*
Solicitat ; frondeſque negant, et fontibus arcent : *p*
Sæpe etiam curſu (b) quatiunt, et Sole fatigant ; *p*
Cum graviter tunſis (b) gemit area frugibus, et cum *o*
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. *e*
Hoc faciunt, (c) nimio ne luxu (b) obtuſior uſus *l*
Sit genitali arvo, et ſulcos (b) oblimet inertes : *m*
Sed rapiat ſitiens (a) Venerem, interiuſque recondat. *i*
Rurſus, cura patrum (b) cadere, et ſuccedere matrum *e*
Incipit, exactis gravidæ cum menſibus errant. *p*
Non illas gravibus quiſquam juga ducere plauſtris, *b*
Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, et acri *e*
Carpere prata fugâ, fluvioſque innare rapaces. *k*
Saltibus in vacuis paſcant, et plena ſecundum *l*
Flumina : muſcus ubi, et viridiſſima gramine ripa, *i*
Speluncæque tegant, et ſaxea procubet umbra. *b*
Eſt lucos Silari circa, ilicibuſque virentem *h*
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo *p*
Romanum eſt, œſtron Graii vertere vocantes : *g*

O R D O.

miniſtrántque flúvios, farráque ; ne néqueat ſupereſſe blando labóri, invalidíque nati réferant jejúnia patrum : autem *illi* voléntes ténuant arménta ipſa, *i. e. equas et vaccas* mácie. Atque, ubi jam nota volúptas *eárum* ſolícitat primos concúbitus ; negántque *illis* frondes, et arcent *eas* fóntibus : ſæpe étiam quátiunt *eas* curſu, et fatígant *eas* ſole ; cùm área gemit gráviter tunſis frúgibus, et cùm inánes paleæ jactántur ad ſurgéntem Zéphyrum. Fáciunt hoc, ne nimio luxu ſit obtúſior uſus genitáli arvo, et oblímet inértes ſulcos : ſed *ut* ſítiens rápiat Vénerem, recondátque *eam* intérius. Rurſus, cura patrum *incipit* cádere, et *illa* matrum ſuccédere, cùm *illæ* errant grávidæ ménſibus exáctis. Non quiſquam ſit paſſus illas dúcere juga grávibus plauſtris, non ſuperáre viam ſaltu, et cárpere prata acri ſugâ, innaréque rapáces flúvios. Paſcant in vácuis ſáltibus, et ſecúndum plena flúmina : ubi muſcus *ſit*, et ripa viridíſſima grámine, ſpeluncæque tegant *eas*, et ſáxea umbra prócubet *iis*. Eſt, circa lucos *flúvii* Sílari, Alburnúmque *montem* virántem ilícibus, plúrimus vólitans, cui aſílo eſt Románum nomen, Gráii vocántes *hunc aſilum* vertére œſtron :

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Allegoria.*

Aſper,

Aſper, (a) acerba ſonans: quo tota exterrita ſylvis *l*
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther *p*
Concuſſus, ſylvæque, et ſicci ripa Tanagri. *a*
Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras *g*
Inachiæ Juno peſtem meditata juvencæ. *n*
Hunc quoque (nam mediis fervoribus acrior inſtat) *q*
Arcebis gravido pecori; armentaque paſces *e*
Sole (a) recens orto, aut noctem (b) ducentibus aſtris. *m*
Poſt partum, cura in vitulos traducitur omnis: *g*
Continuoque notas et nomina gentis inurunt: *q*
Et quos, aut pecori malint ſubmittere habendo, *f*
Aut aris ſervare ſacros, aut ſcindere terram, *g*
Et campum horrentem fractis invertere glebis. *a*
Cætera paſcuntur virides armenta per herbas. *q*
Tu quos ad ſtudium atque uſum formabis agreſtem, *f*
Jam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi: *p*
Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas. *k*
Ac primum laxos tenui de vimine (c) circlos *g*
Cervici ſubnecte: dehinc, ubi libera colla *c*
Servitio aſſuêrint; ipſis è torquibus aptos *l*
Junge pares, et coge gradum conferre juvencos. *q*
Atque illis jam ſæpe (d) rotæ ducantur inanes *g*
Per terram, et ſummo veſtigia pulvere ſignent. *b*

ORDO.

aſper, ſonans acérba: quo tota arménta extérrita diffúgiunt ſylvis, æther concúſſus mugítibus furit, ſylvæque, et ripa ſicci Tanágri *furit*. Juno, meditáta peſtem Ináchiæ juvéncæ quondam exércuit horríbiles iras hoc monſtro. Arcébis hunc aſſ'um quoque grávido pécori; (nam *ille* ácrior inſtat médiis fervoribus:) paſcéſque arménta ſole recens, *i. e. recenter* orto, aut aſtris ducéntibus noctem. Poſt partum, omnis cura tradúcitur in ví.ulos: continuóque inúrunt notas et nómina gentis: et *notant eos*, quos aut malint ſubmíttere pécori habéndo, aut ſerváre ſacros aris, aut ſcíndere terram, et invértere horréntem campum fractis glebis. Cætera arménta paſcúntur per vírides herbas *indiſcriminátim*. Jam hortáre vitulos, quos tu formábis ad ſtudium atque agréſtem uſum, inſiſtéque viam domándi *eos:* dum ánimi júvenum *ſunt* fáciles, dum ætas *eórum eſt* móbilis. Ac primùm ſubnécte cervíci *eórum* laxos círculos de ténui vímine: dehinc ubi aſſuéverint colla *priùs* líbera ſervítio; junge *duos* pares juvéncos aptos, *i. e. ligátos*, è torquibus ipſis, et coge *eos* conférre gradum. Atque jam ſæpè inánes rotæ ducántur *ab* illis per terram, et ſignent veſtígia *eárum* ſummo púlvere.

(a) *Antonoma.* (b) *Metaphora.* (c) *Syncope.* (d) *Metonymia.*

Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis *n*
Inſtrepat, et junctos temo trahat æreus orbes. *n*
Interea pubi indomitæ non gramina tantum, *p*
Nec veſcas ſalicum frondes, ulvamque paluſtrem; *f*
Sed frumenta manu carpes ſata: nec tibi fœtæ, *b*
More patrum, nivea implebunt mulctralia vaccæ; *l*
Sed tota in dulces conſument (a) ubera natos. *a*
Sin ad bella magis ſtudium, turmaſque feroces, *e*
Aut Alphea rotis prælabi flumina Piſæ, *f*
Et Iovis in luco currus agitare (b) volantes; *n*
Primus equi labor eſt, animos atque arma videre *k*
Bellantum, lituoſque pati, tractuque gementem *e*
Ferre rotam, et ſtabulo frænos audire ſonantes. *l*
Tum magis atque magis blandis gaudere magiſtri *l*
Laudibus, et plauſæ ſonitum cervicis amare. *p*
Atque hæc jam primò depulſus ab ubere matris *b*
Audiat, inque vicem det mollibus ora capiſtris *q*
Invalidus, etiamque tremens, etiam inſcius ævi. *i*
At, tribus exactis, ubi quarta acceſſerit æſtas; *p*
Carpere mox gyrum incipiat, gradibuſque ſonare *o*
Compoſitis: ſinuetque alterna volumina crurum, *q*
Sitque laboranti ſimilis: tum curſibus auras *p*
(b) Provocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis, *k*

ORDO.

Pòſt fáginus axis, nitens ſub válido póndere, inſtrepat, et æreus temo trahat orbes junctos *ſibi*. Intérea carpes non grámina tantùm indómitæ pubi, nec veſcas frondes ſálicum, paluſtrémque ulvam, ſed *étiam* ſata fruménta manu: nec fœtæ vaccæ, more *noſtrórum* patrum, implebunt nívea mulctrália; ſed conſúment tota úbera in dulces natos. Sin ſtúdium *eſt* magis ad bellum, ferocéſque turmas, aut prælábi Alphéa flúmina Piſæ rotis, etagitáre voléntes currus in luco Jovis; primus labor equi eſt, vidére ánimos atque arma beliántium, patique lítuos, ferréque rotam geméntem tractu, et audíre ſonántes frœnos ſtábulo. Tum magis atque magis gaudére blandis laúdibus magiſtri, et amáre ſónitum plauſæ cervicis. Atque aúdiat hæc jam primo depúlſus ab úbere matris, inque vicem det ora móllibus capíſtris inválidus, etiámque tremens, étiam inſcius *propter imbecillitátem* ævi. At, ubi quarta æſtas accéſſerit, tribus exáctis; mox incipiat cárpere gyrum, ſonaréque compóſitis grádibus: ſinuétque altérna volúmina crurum, ſitque ſímilis laboránti: tum próvocet auras cúrſibus: ac volans per apérta æquóra, ceu liber habénis,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Æquora,

Æquora, vix ſummâ veſtigia ponat arenâ. 195 *n*
Qualis Hyperboreis Aquilo cum denſus ab oris *k*
Incubuit, Scythiæque (a) hyemes atque arida differt *k*
Nubila: tum ſegetes altæ campique (b) natantes *l*
Lenibus horreſcunt flabris, ſummæque ſonorem *m*
Dant ſylvæ, longique urgent ad littora fluctus: 200 *a*
Ille volat, ſimul arva fuga, ſimul æquora verrens *i*
Hic, vel ad Elei metas et maxima campi *m*
Sudabit ſpatia, et ſpumas aget ore cruentas; *h*
Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. *o*
Tum demum craſſa magnum farragine corpus 205 *a*
Creſcere jam domitis ſinito: namque ante domandum *k*
Ingentes (b) tollent animos; prenſique negabunt *g*
Verbera lenta pati, et duris parere lupatis. *l*
Sed non ulla magis vires induſtria firmat, *f*
Quam (b) Venerém et cæci ſtimulos avertere amoris: *p*
Sive boum, ſive eſt cui gratior uſus equorum. 211 *n*
Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant *p*
Paſcua, poſt montem oppoſitum, et trans flumina lata: *p*
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſervant. *g*
(b) Carpit enim vires paulatim, uritque videndo 215 *m*
Fœmina: nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbæ: *i*

ORDO.

vix ponat veſtígia ſummâ aréná. Qualis cùm denſus Aquilo incúbuit ab Hyperbóreis oris, differtque hyemes Scythiæ atque árida núbila: tum altæ ſégetes, natantéſque campi horréſcunt léuibus flabris, ſummæque ſylvæ dant ſonórem, longíque fluctus urgent *ſe* ad líttora. Ille volat verrens ſimul arva, ſimulæ quora fugâ. Hic *equus*, vel ad metas et máxima ſpátia Eléi campi, ſudábit, et aget cruéntas ſpumas ore; vel méliùs feret Bélgica éſſeda molli collo. Tum demum ſínito magnum corpus créſcere *iis* jam dómitis craſſa farrágine: namque, *ſi ſaginéntur* ante domándum, tollent ingéntes ánimos; prenſíque negábunt pati lenta vérbera, et parére duris lupátis. Sed non ulla indúſtria magis firmat vires, quàm avértere Vénerem et ſtimulos cæci amóris: ſive uſus boum, ſive equórum eſt grátior cui. Atque ídeò relégant tauros procùl atque in ſola páſcua, poſt oppóſitum montem, et trans lata flúmina: aut ſervant *eos* clauſos intus ad ſátura præſépia. Enim ſœmina carpit *ejus* vires paulátim, urítque *eum* vidéndo: nec pátitur *eum* meminíſſe némorum nec herbæ:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Dulcibus

Dulcibus illa quidem illecebris, et ſæpe ſuperbos *k*
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes. *p*
Paſcitur in magnâ ſylvâ formoſa juvenca: *m*
Illi alternantes multâ vi prælia miſcent *a*
Vulneribus crebris: lavit ater corpora ſanguis, *p*
Verſaque in obnixos urgentur cornua vaſto *m*
Cum gemitu: reboant ſylvæque et magnus Olympus. *l*
Nec mos bellantes una ſtabulare: ſed alter *b*
Victus abit, longeque ignotis exſulat oris: *m*
(a) Multa gemens ignominiam, plagaſque ſuperbi *p*
Victoris, tum quos amiſit inultus amores: *b*
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit avitis. *m*
Ergo omni curâ vires exercet, et inter *a*
Dura jacet pernox inſtrato ſaxa cubili: *m*
Frondibus hirſutis et carice paſtus acutâ: *n*
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit *a*
Arboris obnixus trunco: ventoſque laceſſit *m*
Ictibus, et ſparsâ ad pugnam proludit arenâ. *m*
Poſt, ubi collectum robur vireſque receptæ, *m*
Signa movet, præcepſque oblitum fertur in hoſtem: *a*
Fluctus ut in medio cœpit cum albeſcere ponto, *m*
Longius ex altoque ſinum trahit: utque (b) volutus *l*
Ad terras, immane ſonat per ſaxa, nec ipſo *o*

O R D O.

illa quidem *facit hoc* dúlcibus illécebris, et ſæpe ſúbigit ſupérbos amántes decérnere inter ſe córnibus. Formóſa juvénca páſcitur in magnâ ſylvâ: illi *tauri* alternántes multâ vi miſcent prælia crebris vulnéribus: ater ſanguis lavit córpora, cornuáque verſa urgéntur in *adverſários* obnixos cum vaſto gémitu: ſylvæque et magnus Olympus rébeant. Nec eſt mos ſtabuláre bellántes *tauros* unà: ſed alter victus abit, exſulátque longè ignótis oris: multà gemens ignomíniam, plagáſque *illatas à córnibus* ſupérbi victóris, tum amóres, quos inúltus amíſit: et *frequénter* aſpéctans ſtábula excéſſit avítis regnis. Ergo exércet vires omni curâ, et pernox jacet inſtráto cubili inter dura ſaxa: paſtus hirſútis fróndibus et acútâ cárice: et tentat ſeſe, atque diſcit iráſci in *ſua* córnua, obnixus trunco árboris: laceſſítque ventos ictibus, et prolúdit ad pugnam ſparsâ aréná. Póſt, ubi robur *eſt* colléctum, viréſque *ſunt* receptæ, movet ſigna, præcépſque fertur in oblítum hoſtem: ut fluctus, cùm cœpit albéſcere in médio ponto, trahit ſinum, *i. e. ſinuóſum vólumen undárum*, lóngiùs exque alto *mari:* utque volútus ad terras, ſonat immánè per ſaxa,

(a) *Antimeria.* (b) *Metaphora.*

Monte

Monte minor procumbit: at ima (a) exæſtuat unda g
Vorticibus, nigramque alte ſubjectat arenam. p
Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, m
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres, q
In furias (a) ignemque ruunt: amor omnibus idem. k
Tempore non alio catulorum oblita leæna o
Sævior erravit campis: nec (b) funera vulgo k
Tam multa informes urſi ſtragemque dedere m
Per ſylvas: tum ſævus aper, tum peſſima tigris: a
Heu! male tum Libyæ ſolis erratur in agris. g
Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum l
Corpora, ſi tantum notas odor attulit (b) auras? p
Ac neque eos jam fræna virûm, neque verbera ſæva, n
Non ſcopuli, rupeſque cavæ, atque objecta retardant o
Flumina, correptos undâ torquentia (a) montes. p
Ipſe ruit, denteſque Sabellicus exacuit ſus m
Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas, o
Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat. q
Quid juvenis, magnum cui verſat in oſſibus (a) ignem g
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis n
Nocte natat (b) cæcâ ſerus freta: quem ſuper ingens n
Porta tonat cœli, et ſcopulis illiſa reclamant p

ORDO.

nec minor monte ipſo procúmbit, *i. e. incúmbit vel imminet:* at ima unda exæſtuat vorticibus, ſubjectátque nigram arénam altè. Adeò omne genus in terris, hominúmque ferarúmque, et æquóreum genus, pécudes, pictæque vólucres ruunt in fúrias ignémque *hujúſmodi:* idem amor eſt ómnibus. Non álio témpore leæna, oblita catulórum, ſævior errávit in agris: nec infórmes urſi dedére vulgò tam multa fúnera ſtragémque per ſylvas: tum aper *eſt* ſævus, tum tigris *eſt* péſſima. Heu! tum malè errátur in ſolis agris Líbyæ. Nonne vides, ut tremor perténtet tota córpora equórum, ſi tantùm odor áttulit notas auras, *i. e. notum odórem fœminæ?* ac jam neque fræna virórum, neque ſæva vérbera, non ſcópuli, cavæque rupes, atque objécta flúmina, torquéntia montes corréptos undâ, retárdant eos. Sabéllicus ſus ipſe ruit, exacúitque dentes, et proſúbigit terram pede, fricat coſtas árbore, atque durat húmeros hinc atque illinc ad vúlnera. Quid júvenis *facit*, cui durus amor verſat magnum ignem in óſſibus? nempe *ille*, ſerus cæcâ nocte, natat freta turbáta abrúptis procéllis: ſuper quem ingens porta cœli tonat, et æquora illíſa ſcópulis reclámant:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Æquora:

Æquora: nec miſeri poſſunt revocare parentes, *q*
Nec moritura ſuper crudeli (a) funere virgo. *l*
Quid Lynces Bacchi variæ, et genus acre luporum, *c*
Atque canum? quid, quæ imbelles dant prælia cervi? *m*
Scilicet ante omnes (b) furor eſt inſignis equarum: 266 *p*
Et (a) mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci *e*
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. *m*
Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem *h*
Aſcanium: ſuperant montes, et flumina tranant: 270 *l*
Continuoque avidis ubi ſubdita flamma medullis, *i*
Vere magis (quia vere calor redit oſſibus) illæ *i*
Ore omnes verſæ in Zephyrum, ſtant rupibus altis, *g*
Exceptantque leves auras: et ſæpe ſine ullis *f*
Conjugiis, vento gravidæ (mirabile dictu!) 275 *p*
Saxa per et ſcopulos et depreſſas convalles * *l*
Diffugiunt: non, Eure, tuos, neque Solis ad ortus, *o*
In Boream Caurumque, aut unde nigerrimus Auſter *n*
Naſcitur, et pluvio (b) contriſtat frigore cœlum. *l*
Hinc demum, Hippomanes vero quod nomine dicunt *f*
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. 281 *b*
Hippomanes, quod ſæpe malæ legere novercæ, *p*
Miſcueruntque herbas, et non innoxia verba. *m*

ORDO.

nec míſeri paréntes poſſunt revocáre *eum*, nec virgo *ipſa* moritúra ſuper *ejus* crudéli fúnere. Quid váriæ Lynces Bacchi, et acre genus lupórum, atque canum *fáciunt?* quid cervi *fáciunt*, *et* quæ prælia *illi* imbélles dant? ſcílicet ante omnes furor equárum eſt inſígnis: et Venus ipſa dedit *illis hanc* mentem, quo témpore Potniades quadrígæ abſumpſére membra Glauci malis. Amor ducit illas trans Gárgara, tranſque ſonántem Aſcánium: ſúperant montes et tranant flúmina: continuòque, ubi flamma *eſt* ſúbdita ávidis medúllis, magis vere (quia calor redit óſſibus vere) omnes illæ verſæ in Zéphyrum ore, ſtant altis rúpibus, exceptántque leves auras: et ſæpe ſine ullis conjúgiis, *factæ* grávidæ vento (mirábile dictu!) diffúgiunt per ſaxa et ſcópulos et depréſſas conválles: non *ad* tuos *ortus*, Eure, neque ad ortus Solis, in Bóream Caurúmque, aut unde nigérrimus Auſter náſcitur, et contríſtat cœlum plúvio frígore. Hinc demum lentum virus, quod paſtóres dicunt Hippómanes vero nómine, diſtíllat ab ínguine *tárum*. Hippómanes, quod ſæpe malæ novércæ legére, miſcuerúntque herbas *huic*, et non innóxia verba.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Sed

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, *i*
Singula dum (a) capti circumvectamur amore. *m*
Hoc ſatis armentis: ſuperat pars altera curæ, *p*
Lanigeros (a) agitare greges, hirtaſque capellas: *k*
Hic labor; hinc laudem fortes ſperate coloni. *m*
Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum *q*
Quam ſit, et anguſtis hunc addere rebus honorem. *n*
Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis *b*
(a) Raptat amor: juvat ire jugis, quà nulla priorum *k*
Caſtaliam molli divertitur orbita clivo. *n*
Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum. *l*
Incipiens, ſtabulis edico in (a) mollibus herbam *l*
Capere oves, dum mox frondoſa reducitur æſtas: *n*
Et multâ duram ſtipulâ filicumque (b) maniplis *c*
Sternere ſubter humum: glacies ne (c) frigida lædat *k*
(a) Molle pecus, ſcabiemque ferat, turpeſque podagras. *k*
Poſt, hinc digreſſus, jubeo frondentia capris *g*
Arbuta ſufficere, et (c) fluvios præbere recentes; *k*
Et ſtabula à ventis hyberno opponere Soli *m*
Ad medium converſa diem: cum (c) frigidus olim *p*
Jam (a) cadit, extremoque (a) irrorat Aquarius (d) anno. *n*
Hæ quoque non curâ nobis leviore tuendæ, *n*

ORDO.

Sed intérea tempus fugit, fugit irreparábile, dum capti amóre *deſcribéndi* vectámur circum ſíngula. Hoc *eſt* ſatis arméntis: áltera pars *noſtræ* curæ ſúperat, *nempe* agitáre, *i. e. tractáre* Lanígeros greges, hirtáſque capéllas: Hic *eſt* labor; fortes colóni ſperáte laudem hinc. Nec *ego* ſum dúbius ánimi, quàm magnum *opus* ſit víncere ea verbis, *i. e. dignitáte ſermónis*, et áddere hunc honórem angúſtis, *i. e. vílibus* rebus. Sed amor dulcis *thématis* raptat me per árdua deſérta Parnáſſi: juvat ire jugis, quà nulla órbita priórum divértitur molli clivo *ad* Caſtáliam *undam*. Nunc, Pales veneránda, nunc *eſt* ſonándum magno ore. Incípiens, edíco oves cárpere herbam in móllibus ſtábulis, dum mox frondóſa æſtas redúcitur: et ſtérnere duram humum multâ ſtípulâ, manipulíſque fílicum ſubter *óvibus:* ne frigida glácies lædat molle pecus, ferátque ſcábiem, turpéſque podágras. Pòſt, digréſſus hinc, *i. e. ab óvibus*, júbeo ſufficere frondentia árbuta capris, et præbére *iis* recéntes flúvios, et oppónere ſtábula *tuta* à ventis hybérno Soli convérſa ad médium diem: cùm jam olim frígidus Aquárius cadit, irrorátque extrémo anno. Hæ *cápræ* quoque *ſunt* tuéndæ nobis non levióre curâ,

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Metonymia.* (d) *Synecdoche.*

Nec minor uſus erit: quamvis Mileſia magno *l*
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores. *p*
Denſior hinc ſoboles, hinc (a) largi copia lactis. *l*
Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra; *n*
(b) Læta magis preſſis manabunt flumina mammis. *m*
Nec minus interea barbas incanaque menta *l*
Cinyphii tondent hirci, ſetaſque comantes; *m*
Uſum in caſtrorum et miſeris velamina nautis. *g*
Paſcuntur vero (c) ſylvas, et ſumma Lycæi, *a*
Horrenteſque rubos et amantes ardua dumos. *e*
Atque ipſæ memores redeunt in (d) tecta, ſuoſque *e*
Ducunt, et gravido ſuperant vix ubere limen. *e*
Ergo omni ſtudio glaciem ventoſque nivales, *e*
Quo minus eſt illis curæ mortalis (e) egeſtas, *m*
Avertes: victumque feres, et virgea lætus *g*
Pabula: nec totâ claudes fœnilia brumâ. *m*
At vero, Zephyris cum læta vocantibus æſtas, *h*
In ſaltus utrumque gregem atque in paſcua mittes: *g*
Luciferi primo cum ſidere, frigida rura *n*
Carpamus: dum mane novum, dum gramina canent, *g*
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt. *e*
Inde, ubi quarta ſitim (c) cœli collegerit hora, *l*

O R D O.

nec uſus *eárum* erit minor: quamvis Miléſia véllera *óvium* incócta *quoad* Tyrios rubóres, mutentur, *i. e. vendántur* magno *pretio*. Sóboles hinc *i. e. è capris eſt* dénſior, *eſt* hinc cópia largi lactis. Quàm magis mulctra ſpumáverit úbere exháuſto; læta flúmina magis manábunt preſſis mammis. Nec minùs intérea *paſtóres* tondent barbas incanáque menta comantéſque ſetas Cinyphii hirci; in uſum caſtrórum, et *in* velámina míſeris nautis. Verò paſcúntur ſylvas, et ſumma *cacúmina* Lycæi, horrentéſque rubos, et dumos amántes árdua *loca*. Atque ipſæ mémores rédeunt in tecta, ducuntque ſuos *fœtus*, et vix ſúperant limen grávido úbere. Ergo avértes gláciem nivaléſque ventos *ab illis* omni ſtúdio, quo minus eſt illis egéſtas mortális curæ: lætúſque feres victum, et vírgea pábula *illis:* nec claudes ſœnília totâ brumâ. At verò, cùm læta æſtas *imminébit* Zéphyris vocántibus, mittes utrúmque gregem *óvium et caprárum* in ſaltus atque in páſcua: cum primo ſídere Lucíferi, carpámus frígida rura *illis:* dum mane *eſt* novum, dum gramina canent, et ros, gratíſſimus pécori, eſt in ténerâ herbâ. Inde, ubi quarta hora cœli, *i. e. diei* collégerit ſitim,

(a) *Hypallage.* (b) *Hyperbole.* (c) *Metonymia.* (d) *Synecdoche.* (e) *Metaphora.*

Et

Et cantu querulæ (a) rumpent arbuſta cicadæ ; *f*
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna jubeto *p*
Currentem ilignis potare canalibus undam: *b*
Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem: *l*
Sicubi magno Jovis antiquo robore quercus *l*
Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum *a*
Ilicibus crebris ſacrâ nemus (a) accubet umbrâ. *n*
Tum tenues dare rurſus aquas, et paſcere rurſus *k*
Solis ad occaſum: cum frigidus (b) aëra Veſper *u*
Temperat, et ſaltus reficit jam roſcida Luna, *p*
Littoraque halcyonem reſonant, et acanthida dumi. *i*
Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu *p*
Proſequar, et raris habitata mapalia (b) tectis? *o*
Sæpe diem noctemque et totum ex ordine menſem *l*
Paſcitur, itque pecus longa in deſerta ſine ullis *l*
Hoſpitiis: tantum campi jacet: Omnia ſecum *n*
Armentarius Afer agit ; (b) tectumque, (c) laremque, *e*
Armaque, Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram *p*
Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis *l*
Injuſto ſub faſce viam cum carpit, et hoſti *g*
Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris. *c*
At non ; qua Scythiæ gentes, Mæoticaque unda, *f*

ORDO.

et querulæ cicádæ rumpent arbúſta cantu ; jubéto greges, ad púteos, aut ad alta ſtagna, potáre undam currentem ilignis canálibus: at mediis æſtibus exquírere umbróſam vallem: ſicubi magna quercus Jovis, antíquo róbore, tendat ingéntes ramos, aut ſicubi nemus, nigrum crebris ilícibus, áccubet ſacrâ umbrâ. Tum *jube fámulos* dare *illis* ténues aquas rurſus, et páſcere *illos* rurſus ad occáſum ſolis: cum frígidus Veſper témperat áëra, et jam róſcida Luna réficit ſaltus, littoráque réſonant Halcyonem, et dumi *reſónant* acánthida. Quìd próſequar tibi verſu paſtores Libyæ, quìd páſcua, et mapália habitáta raris tectis? Sæpe pecus páſcitur diem noctémque et totum menſem ex órdine, itque in longa deſérta ſine ullis hoſpítiis: tantum campi jacet: Afer armentárius agit ómnia *ſua* ſecum ; tectúmque, larémque, armáque, Amyclæúmque canem, Creſſámque pharétram. Non ſecùs ac acer Románus, in pátriis armis, cùm carpit viam ſub injúſto faſce, et ante exſpectátum hoſti ſtat caſtris póſitis in ágmine. At non *ſit ſic* ; quà Scythiæ gentes *ſunt*, Mæoticáque unda,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Turbidus, et torquens flaventes Iſter arenas: m
Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem. k
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta: neque ullæ e
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes: a
Sed jacet aggeribus niveis informis, et alto k
Terra gelu late, ſeptemque aſſurgit in ulnas. m
Semper hyems, ſemper (a) ſpirantes frigora Cauri. m
Tum Sol pallentes haud unquam diſcutit umbras: a
Nec cum invectus equis altum petit æthera; nec cum b
Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum. q
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ: f
Undaque jam tergo ferratos ſuſtinet orbes, m
Puppibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris: k
Æraque diſſiliunt vulgo, veſteſque rigeſcunt l
Indutæ, cæduntque ſecuribus humida vina, c
Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ, e
Stiriaque impexis induruit horrida barbis. n
Interea toto non ſecius aëre ningit: n
Intereunt pecudes: ſtant circumfuſa pruinis l
Corpora magna boum: confertoque agmine cervi l
Torpent mole novâ, et ſummis vix cornibus exſtant. f
Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis, g
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ: k

ORDO.

et Iſter túrbidus, et torquens flavéntes arénas: quàque Rhódope porréćta ſub médium axem redit. Illic tenent arménta clauſa ſtábulis: neque aut ullæ herbæ appárent campo, aut frondes *appárent* árbore: ſed terra jacet latè informis níveis aggéribus, et alto gelu, aſſúrgitque in ſeptem ulnas. *Eſt* ſemper hyems, *ſunt* ſemper Cáuri ſpirántes frígora. Tum Sol haud unquam díſcutit palléntes umbras: nec cùm invéctus equis petit altum æthera; nec cùm lavit præcípitem currum rubro æquore Océani. Súbitæ cruſtæ concréſcunt in currénti flúmine: jamque unda Súſtinet ferratos orbes *rotárum* tergo, illa *unda* hóſpita prius pátulis púppibus, nunc plauſtris: æraque diſſíliunt vulgò, veſtéſque indútæ rigéſcunt, cædúntque vina *prius* húmida ſecúribus, et totæ lacúnæ vértere *ſe* in ſólidam gláciem, horridáque ſtíria indúruit impéxis barbis. Intérea non ſéciùs ningit toto áere: pécudes intéreunt: magna córpora boum ſtant circumfúſa pruínis: cervique, conférto ágmine, torpent *ſub* novâ mole, et vix exſtant ſummis córnibus. *Incolæ* non ágitant hos canibus immíſſis, non ullis cáſſibus, pavidoſve formídine puniceæ pennæ:

(a) *Metaphora.*

Sed

Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem *f*
Cominus obtruncant (a) ferro graviterque rudentes *n*
Cædunt, et magno læti clamore reportant. *a*
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub altâ *g*
Otia agunt terra: congeſtaque robora, totaſque *n*
Advolvere focis ulmos, ignique dedere. *f*
Hic noctem ludo (b) ducunt, et pocula læti *a*
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis. *e*
Talis Hyperboreo (c) ſeptem ſubjecta (c) trioni *l*
Gens effræna (d) virûm Riphæo tunditur Euro: *f*
Et pecudum fulvis velantur corpora ſetis. *m*
Si tibi lanicium curæ: primum aſpera ſylva, *l*
Lappæque tribulique abſint: fuge pabula læta: *b*
Continuoque greges villis lege mollibus albos. *q*
Illum autem, quamvis aries ſit candidus ipſe, *g*
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato, *m*
Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis *l*
Naſcentum; plenoque alium circumſpice campo. *g*
Munere ſic niveo lanæ, ſi credere dignum eſt, *l*
Pan Deus Arcadiæ captam te, Luna, ſefellit, *l*
In nemora alta vocans: nec tu aſpernata vocantem. *l*
At cui lactis amor, cytiſum, lotoſque frequentes *e*
Ipſe manu, ſalſaſque ferat præſepibus herbas. *p*

ORDO.

ſed cóminus obtruncant ferro *eos*, fruſtra trudéntes oppoſitum montem *nivis* péctore, cædúntque *eos* rudéntes graviter, & læti reportant *eos* magno clamóre. *Scythæ* ipſi agunt ſecúra ótia in defóſſis ſpécubus ſub altâ terrâ: advolvére congeſtáque róbora, totaſque ulmos focis, dederéque *eas* igni. Hìc ducunt noctem ludo, et læti imitántur vítea pócula ferménto atque ácidis ſorbis. Talis effræna gens virórum, ſubjecta Hyperbóreo ſeptemtrióni túnditur Riphæo Euro: et velántur *per* corpora fulvis ſetis. Si lanícium *eſt* tibi curæ: primùm áſpera ſylva, lappæque, tribulíque abſint *óvibus*: fuge læta pábula: continuóque lege albos greges móllibus villis. Autem, quamvis áries ipſe ſit cándidus, réjice illum, cui tantùm nigra lingua ſubeſt udo paláto, ne inſúſcet véllera naſcéntum pullis máculis; circumſpicéque álium pleno campo. Sic Pan Deus Arcádiæ feféllit te, Luna, captam níveo múnere lanæ, ſi eſt dignum crédere, vocans *te* in alta némora: nec tu *es* aſpernáta *eum* vocántem *te*. At cui *eſt* amor lactis, ipſe ferat cytiſum, frequentéſque lotos, ſalſáſque herbas præſépibus.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Tmeſis.* (d) *Syncope.*

Hinc

Hinc et amant fluvios magis, & magis ubera tendunt, *i*
Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem. *p*
Multi jam excretos prohibent à matribus hœdos, *g*
Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris. *m*
Quod (a) ſurgente die mulſere horiſque diurnis, *f*
Nocte premunt: quod jam tenebris et ſole (a) cadente, *p*
Sub (b) lucem exportans calathis adit oppida paſtor, *e*
Aut parco ſale contingunt, hyemique reponunt. *b*
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed unà *k*
Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum *g*
Paſce ſero pingui: nunquam cuſtodibus illis *m*
Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſque luporum, *f*
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. *a*
Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros; *o*
Et canibus leporem, canibus venabere damas. *k*
Sæpe volatabris pulſos ſylveſtribus apros *m*
Latratu turbabis agens: monteſque per altos *g*
Ingentem clamore (a) premes ad retia cervum. *g*
Diſce et odoratum ſtabulis accendere cedrum, *p*
Galbaneoque agitare graves nidore chelydros, *k*
Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu *n*
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit; *l*

ORDO.

Hinc et amant flúvios magis, et magis tendunt úbera, et referunt occúltum ſapórem ſalis in lacte. Jam multi próhibent excrétos hœdos a mátribus, præfigúntque prima ora ferrátis capíſtris. Quod *lactis* mulſére die ſurgénte, diurníſque horis, premunt *id* nocte: quod jam *mulſére* ténebris et ſole cadénte, paſtor, expórtans *id* cálathis ſub lucem, adit óppida, aut contíngunt *id* parco ſale, reponúntque hyemi. Nec cura canum fúerit poſtréma tibi: ſed unà paſce velóces cátulos Spartæ, acremque Molóſſum pingui ſero: nunquam, illis cuſtódibus, horrébis noctúrnum furem ſtábulis, incurſúſque lupórum, aut impacátos Ibéros *urgéntes* à tergo. Sæpe étiam agitábis timidos onágros curſu; et *venábere* léporem cánibus, venábere damas cánibus. Sæpe turbábis latrátu apros pulſos ſylvéſtribus volatábris, agens *eos:* perque altos montes premes ingéntem cervum ad rétia clamóre. Diſce et accéndere odorátam cedrum ſtábulis, agitaréque graves chelydros Galbáneo nidóre. Sæpe ſub immótis præſépibus, aut vípera mala tactu delítuit, exterritáque fugit cœlum;

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Aut

Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere et umbræ, *g*
(a) Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus, *k*
(a) Fovit humum: cape ſaxa manu, cape (b) robora, paſtor, *i*
(a) Tollentemque minas et ſibila colla tumentem *h*
Dejice: jamque fugâ timidum caput abdidit alte; *i*
Cum medii nexus extremæque (a) agmina caudæ *m*
Solvuntur, tardoſque trahit ſinus ultimus orbes. *c*
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis, *m*
Squamea convolvens ſublato pectore terga, *m*
Atque notis longam maculoſus grandibus alvum: *p*
Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum *a*
Vere madent udo terræ ac pluvialibus Auſtris, *n*
Stagna colit, ripiſque habitans hic piſcibus atram *p*
Improbus (c) ingluviem, raniſque loquacibus explet. *q*
Poſtquam exhauſta palus, terræque ardore dehiſcunt; *f*
Exſilit in ſiccum, et flammantia (c) lumina torquens *n*
Sævit agris, aſperque ſiti, atque exterritus æſtu. *p*
Ne mihi tum (a) molles ſub dio (a) carpere ſomnos, *m*
Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas: *d*
Cum poſitis novus exuviis, nitiduſque juventâ *i*
Volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens *l*
Arduus ad Solem, et linguis micat ore triſulcis. *n*
Morborum quoque te cauſas et ſigna docebo. *f*

ORDO.

aut cóluber, acerba peſtis boum, aſſuétus ſuccédere tecto et umbræ, aſpergeréque virus pécori, fovit humum: paſtor, cape ſaxa manu, cape róbora, dejicéque *eum* tolléntem minas, et tuméntem ſíbila colla: jamque fugâ ábdidit tímidum caput altè; cum médii nexus, agminâque extrémæ caudæ ſolvúntur, ultimúſque ſinus trahit tardos orbes. Eſt étiam ille malus in Cálabris ſáltibus, convólvens ſquámea terga ſubláto péctore, atque maculóſus *quoad* longam alvum grándibus notis: Qui, dum ulli amnes rumpúntur ſóntibus, et dum terræ madent udo vere ac pluviálibus Auſtris, colit ſtagna, habitánſque ripis, hic ímprobus explet atram inglúviem píſcibus, loquacibúſque ranis. Poſtquam palus *eſt* exháuſta, terræque dehíſcunt ardóre; éxſilit in ſiccum *campum*, et torquens flammántia lúmina, ſævit agris, aſpérque ſiti, atque extérritus æſtu. Tum ne líbeat mihi cárpere molles ſomnos ſub dio, neu jacuíſſe dorſo némoris per herbas: cum *ille* novus, exúviis póſitis, nitidúſque juvéntâ, relínquens aut cátulos aut ova tectis, vólvitur árduus ad ſolem, et micat triſúlcis linguis ore. Docebo te quoque cauſas et ſigna Morbórum.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Turpis

Turpis oves (a) tentat ſcabies, ubi frigidus imber *o*
Altius ad vivum perſedit, et horrida cano *n*
Bruma gelu: vel cum tonſis illotus adhæſit *m*
Sudor, et hirſuti ſecuerunt corpora vepres. *p*
Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magiſtri *o*
Perfundunt, udiſque aries in gurgite villis *g*
Merſatur, miſſuſque ſecundo defluit amni: *g*
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurcâ, *a*
Et ſpumas miſcent argenti, vivaque ſulfura, *a*
Idæaſque pices, et pingues unguine ceras, *f*
Scillamque, helleboroſque graves, nigrumque bitumen. *k*
Non tamen ulla magis præſens fortuna laborum eſt, *l*
Quam ſi quis (b) ferro potuit reſcindere ſummum *g*
Ulceris os: alitur vitium, vivitque tegendo: *k*
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor *k*
Abnegat, et meliora Deos ſedet omnia poſcens. *i*
Quin etiam ima dolor balantum lapſus ad oſſa *l*
Cum furit, atque artus depaſcitur arida febris; *n*
Profuit incenſos æſtus avertere, et inter *m*
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam: *k*
Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus, *g*
Cum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum, *l*
Et lac concretum cum ſanguine potat equino. *b*

ORDO.

Turpis ſcábies tentat oves, úbi frígidus imber perſédit áltiùs ad vivum, et bruma hórrida cano gelu: vel cùm ſudor illotus, *i. e. non detérſus* adhæſit *iis* tonſis, et hirſúti vepres ſecuérunt córpora *eárum*. Idcírco magíſtri, *i. e. paſtóres* perfúndunt omne pecus dúlcibus flúviis, ariéſque udis villis merſátur in gúrgite, miſſúſque défluit ſecúndo ámni: aut contíngunt tonſum corpus triſti amúrcâ, et miſcent ſpumas argénti, viváque ſúlphura, Idæáſque pices, et ceras pingues únguine, ſcillámque, gravéſque helléboros, nigrúmque bitúmen. Tamen non eſt ulla magis præſens fortúna labórum, *i. e. præſens remédium malis*, quàm ſi quis pótuit reſcíndere ſummum os úlceris ferro: vítium álitur, vivítque tegéndo: dum paſtor ábnegat adhibére médicas manus ad vúlnera, et ſedet poſcens Deos ómnia melióra. Quin étiam cùm dolor, lapſus ad ima oſſa balántum, furit, atque árida febris depáſcitur artus: prófuit avértere incénſos æſtus, et ferire venam ſalientem ſánguine inter ima *loca* pedis: quo more Biſáltæ ſolent *aperíre venam*, acérque Gelónus, cùm fugit in Rhódopen, atque in deſérta Getárum, et potat lac concrétum cum equíno ſánguine.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Quam

Quam procul, aut molli ſuccedere ſæpius umbræ *n*
Videris, aut ſummas carpentem ignavius herbas, *m*
Extremamque ſequi, aut medio procumbere campo *e*
Paſcentem, et ſeræ ſolam decedere nocti; *a*
Continuo (a) ferro (b) culpam compeſce, priuſquam *m*
Dira per incautum ſerpant contagia (b) vulgus. *m*
Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo; *d*
Quàm multæ pecudum peſtes: nec ſingula morbi *f*
Corpora corripiunt; ſed tota (b) æſtiva repente *l*
Spemque, gregemque ſimul, cunctamque ab origine gentem. *q*
Tum ſciat, aërias Alpes, et Norica ſi quis *l*
Caſtella in tumulis, et Japidis arva Timavi, *b*
Nunc quoque poſt tanto videat deſertaque regna *p*
Paſtorum, et longe ſaltus lateque vacantes. *a*
Hic quondam (b) morbo cœli miſeranda coorta eſt *b*
Tempeſtas, totoque autumni incanduit æſtu, *a*
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum, *i*
Corrupitque lacus, infecit pabula tabo. *l*
Nec via mortis erat ſimplex; ſed ubi ignea venis *q*
Omnibus acta (a) ſitis miſeros adduxerat artus; *m*
Rurſus abundabat fluidus liquor; omniaque in ſe *o*
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. *m*

ORDO.

Quam *ovem* víderis, aut ſuccédere ſæpius molli umbræ, aut carpéntem ſummas herbas ignaviùs, extremámque ſequi *cæteras*, aut paſcéntem procúmbere médio campo, et ſolam decédere ſeræ nocti; continuo compéſce culpam ferro, priúſquam dira contágia ſerpant per incaútum vulgus, *i. e. gregem óvium*. Turbo, agens hyemem, non ruit tam creber æquore, quàm multæ *ſunt* peſtes pécudum: nec morbi corripiunt ſíngula córpora; ſed tota æſtíva repénte, ſpémque, gregémque ſimul, cunctámque gentem ab orígine. Tum ſciat *hoc eſſe verum quod dixi*, ſi quis *étiam* nunc quoque, tanto *témpore* poſt *talem vaſtatiónem*, vídeat aërias Alpes, et Nórica caſtélla in túmulis, et arva Jápidis *fluminis* Timávi, deſertáque regna paſtórum, et ſaltus vacántes longè latèque. Hìc quondam tempéſtas miſeránda eſt coórta morbo cœli, incanduítque toto æſtu autúmni, et dedit omne genus pécudum, omne *genus* ferárum neci, corrupítque lacus, *et* infécit pábula tabo. Nec via mortis erat ſimplex; ſed ubi ígnea ſitis, acta ómnibus venis, addúxerat míſeros artus; rurſus flúidus liquor abundábat; trahebátque ómnia oſſa collápſa morbo minutátim in ſe.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Sæpe in honorem Deûm medio ſtans hoſtia ad aram, *k*
Lanea dum niveâ circumdatur infula vittâ, *q*
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros. *c*
Aut ſi quam ferro mactaverat ante ſacerdos; *b*
Inde neque impoſitis ardent altaria fibris, *l*
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates: *f*
Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri, *f*
Summaque (a) jejunâ ſanie infuſcatur arena. *p*
Hinc (b) lætis vituli vulgo moriuntur in herbis, *h*
Et dulces animas plena ad præſepia reddunt. *f*
Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit ægros *o*
Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis. *q*
Labitur infelix ſtudiorum, atque immemor herbæ *p*
Victor equus, fonteſque avertitur, et pede terram *n*
(c) Crebra ferit: demiſſæ aures: incertus ibidem *m*
Sudor, et ille quidem morituris frigidus: aret *k*
Pellis, et ad tactum tractanti dura reſiſtit. *m*
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus: *f*
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus; *a*
Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab alto *g*
Spiritus interdum gemitu gravis: imaque longo *o*
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater *m*
Sanguis, et obſeſſas fauces premit aſpera lingua. *n*

O R D O.

Sæpe in médio honóre Deórum hóſtia, ſtans ad aram, dum lánea infula circúmdatur nivea vittâ, cécidit moribúnda inter cunctántes miníſtros. Aut ſi ſacérdos mactáverat quam *hóſtiam* antè *quam cecíderat*; inde neque altária ardent fibris impóſitis, nec vates conſúltus póteſt réddere reſpónſa: ac cultri ſuppóſiti vix tingúntur ſanguine, ſummáque aréna *vix* infuſcátur jejúna ſánie. Hinc vituli vulgò moriúntur in lætis herbis, et reddunt dulces ánimas ad plena præſépia. Hinc rábies venit blandis cánibus, et anhéla tuſſis quatit ægros ſues, ac angit *eos* obéſis faúcibus. Equus victor lábitur infélix ſtudiórum, atque immemor herbæ, avertitúrque fontes, et crebrà ſerit terram pede: aures *ſunt* demíſſæ: incértus ſudor *eſt* ibídem, et ille *ſudor* quidem frígidus *equis* moritúris: *ejus* pellis aret, et dura ad tactum, reſiſtit tractánti *eam*. Dant hæc ſigna primis diébus ante exítium: ſin in procéſſu *témporis* morbus cœpit crudéſcere; tum verò óculi *ſunt* ardéntes, atque ſpíritus attráctus ab alto *péctore* intérdum *eſt* gravis, *i. e. impedítus* gémitu: imáque ília tendunt *ſe* longo ſingúltu: ater ſanguis it náribus, et áſpera lingua premit obſéſſas fauces.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Antimeria.*

Profuit

Profuit inſerto latices infundere cornu p
Lenæos: ea viſa ſalus morientibus una. d
Mox erat hoc ipſum exitiò: furiiſque refecti o
Ardebant: ipſique ſuos jam morte ſub ægra g
(Dii meliora piis, erroremque hoſtibus illum!) l
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus. g
Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus a
Concidit, et mixtum ſpumis vomit ore cruorem, n
Extremoſque ciet gemitus: it triſtis arator, e
Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum, a
Atque opere in medio defixa relinquit aratra. q
Non umbræ altorum nemorum, non (a) mollia poſſunt g
Prata movere animum, non qui per ſaxa (a) volutus l
Purior electro campum petit amnis: at ima n
Solvuntur latera, atque oculos ſtupor urget inertes, d
Ad terramque fluit devexo pondere cervix. f
Quid labor, aut benefacta juvant? quid vomere terras k
Invertiſſe graves? atqui non Maſſica (b) Bacchi f
Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ: o
Frondibus et victu paſcuntur ſimplicis herbæ: m
(b) Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu p
Flumina: nec ſomnos (a) abrumpit cura ſalubres. m

ORDO.

Primò prófuit infundere Lenæos látices inſérto cornu: ea *eſt* viſa una ſalus moriéntibus. Mox hoc ipſum erat exítio *illis:* refectíque *vino* ardébant fúriis: ipſique, jam ſub ægrâ morte, laniábant ſuos artus diſciſſos nudis déntibus: Dii *dent* meliora piis, illúmque errórem, *i. e. inſaniam* hóſtibus! Autem ecce taurus fumans ſub duro vómere cóncidit, et vomit cruórem mixtum ſpumis ore, ciétque extrémos gémitus: triſtis arátor it, abjúngens *álterum* juvéncum mœréntem fratérnâ morte, atque relínquit defixa arátra in médio ópere. Non umbræ altórum némorum, non móllia prata poſſunt movére *ejus* ánimum, non amnis, qui volútus per ſaxa púrior eléctro petit campum: at *ejus* ima látera ſolvúntur, atque ſtupor urget inértes óculos, cervíxque fluit ad terram devéxo póndere. Quid labor, aut benefácta *collàta hómini* juvant? Quid *prodeſt* invertiſſe graves terras vómere? Atqui non Máſſica múnera Bacchi, non épulæ repóſitæ nocuére illis: paſcúntur fróndibus et victu ſímplicis herbæ: pócula ſunt líquidi fontes, atque flúmina exércita curſu: nec cura abrúmpit ſálubres ſomnos.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Tempore non alio dicunt regionibus illis q
Quæſitas ad ſacra boves Junonis, et uris g
Imparibus ductos alta ad donaria currus. m
Ergo ægre raſtris terram rimantur, et ipſis a
Unguibus infodiunt fruges, monteſque per altos 535 l
Contentâ cervice trahunt ſtridentia plauſtra. g
Non lupus inſidias (a) explorat ovilia circum, q
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum o
Cura (a) domat: timidi damæ cervique fugaces l
Nunc interque canes et circum tecta vagantur. 540 f
Jam (b) maris immenſi prolem, et genus omne natantum n
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus n
Proluit: inſolitæ fugiunt in flumina phocæ. k
Interit et curvis fruſtra defenſa latebris m
Vipera, et attoniti ſquamis aſtantibus hydri. 545 l
Ipſis eſt aër avibus non æquus, et illæ g
Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt. m
Præterea, nec jam mutari pabula refert, m
Quæſitæque nocent artes: ceſſere magiſtri, f
Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus. 550 o
Sævit et in lucem Stygiis emiſſa tenebris p
Pallida Tiſiphone: morbos agit ante metumque, q
Inque dies avidum ſurgens caput altius effert. q

ORDO.

Dicunt, non álio témpore, boves *fuiſſe* quæſitas illis regiónibus ad ſacra Junónis, et *ejus* currus *fuiſſe* ductos ad alta donária *ab* impáribus uris. Ergo *agrícolæ* ægrè rimántur terram raſtris, et infódiunt fruges únguibus ipſis, trahúntque ſtridéntia plauſtra conténtâ cervíce per altos montes. Lupus non explórat inſídias circum ovília, nec noctúrnus obámbulat grégibus: ácrior cura domat illum: tímidi damæ, fugacéſque cervi nunc vagántur intérque canes et circum tecta. Jam fluctus próluit prolem imménſi maris, et omne genus natántium in extrémo líttore ceu naúfraga córpora: phocæ inſólitæ fúgiunt in flúmina. Et vípera móritur fruſtra defénſa curvis latébris, et hydri attóniti ſquamis aſtántibus. Aër non eſt æquus avíbus ipſis, et illæ præcípites relínquunt vitam ſub altâ nube. Prætérea, nec jam refert pábula mutári, artéſque *medendi* quæſitæ nocent: magíſtri *medicínæ* Phillyrídes Chiron, Amythaoniúſque Melámpus ceſſére. Et pállida Tiſíphone, emíſſa Stygiis ténebris in lucem, ſævit: agítque morbos metúmque ante *ſe*, ſurgénſque in dies effert ávidum caput áltiùs.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Balatu

Balatu pecorum, et crebris mugitibus amnes *f*
Arenteſque ſonant ripæ, colleſque ſupini. *f*
Jamque catervatim dat ſtragem, atque aggerat ipſis *m*
In ſtabulis turpi dilapſa cadavera tabo: *n*
Donec humo tegere, ac foveis abſcondere diſcant. *k*
Nam neque erat coriis uſus: nec viſcera quiſquam *l*
Aut undis abolere poteſt, aut vincere flammâ. *e*
Nec tondere quidem morbo illuvieque pereſa *h*
Vellera, nec (a) telas poſſunt attingere putres. *m*
Verùm etiam inviſos ſi quis (b) tentârat amictus; *n*
Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor *h*
Membra ſequebatur: nec longo deinde moranti *m*
Tempore, contactos artus ſacer ignis edebat. *n*

ORDO.

Amnes, arentéſque ripæ, ſupiníque colles, ſonant balátu pécorum, et crebris mugítibus. Jamque *Tiſiphone* dat ſtragem catervátim, atque in ſtábulis ipſis ággerat cadávera dilapſa turpi tabo: donec diſcant tégere *ea* humo, ac abſcóndere *ea* fóveis. Nam neque erat *illis* uſus córiis *eórum:* nec quiſquam poteſt aut abolére víſcera *eórum* undis, aut vincere *ea* flammâ. Nec quidem poſſunt tondére véllera peréſa morbo illuviéque, nec attíngere putres telas. Verùm étiam ſi quis tentáverat inviſos amíctus; ardéntes pápulæ, atque immúndus ſudor ſequebátur oléntia membra: deínde ſacer ignis edébat contáctos artus *illi* moránti *dimíttere eos amíctus* nec, *i. e. non* longo témpore.

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.*

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

LIBER IV.

PROTINUS aërii mellis cœleſtia dona *l*
Exequar: hanc etiam, Mæcenas, aſpice partem. *l*
Admiranda tibi levium ſpectacula rerum, *e*
Magnanimoſque duces, totiuſque ordine gentis *l*
Mores, et ſtudia, et populos, et prælia dicam. *e*
In tenui labor, at (a) tenuis non gloria: ſi quem *k*
Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. *q*
Principio ſedes apibus ſtatioque petenda, *o*
Quo neque ſit ventis aditus (nam (a) pabula venti *p*
Ferre domum prohibent) neque oves hœdique petulci *k*
Floribus inſultent, aut errans bucula campo *m*
Decutiat rorem, et ſurgentes atterat herbas. *m*
Abſint et (b) picti ſqualentia terga lacerti *b*
Pinguibus à (a) ſtabulis, meropeſque, aliæque volucres, *i*

ORDO.

Prótinus éxequar cœléſtia dona aërii mellis: áſpice étiam hanc partem *Georgicórum*, Mæcenas. Dicam ſpectácula lévium rerum admiránda tibi, magnanimóſque duces *apum*, moréſque totíus gentis órdine, et ſtúdia, et pópulos, et prœlia *eárum*. Labor *eſt* in ténui *arguménto*, at glória non *eſt* ténuis: ſi læva númina ſinunt quem *ſcriptórem exéqui id*, Apollóque vocátus audit *eum*. Princípio, ſedes ſtatióque *eſt* petén-da ápibus, quò neque ſit áditus ventis; (nam venti próhibent *eas* ferre pábula domum) neque oves, petulcíque hœdi inſúltent flóribus, aut búcula, errans campo, decútiat rorem, et átterat ſurgéntes herbas. Et lacérti, picti *quoad* ſqualéntia terga, abſint à pínguibus ſtábulis *apum*, meropéſque, aliæque vólucres,

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Et

Et manibus Procne (a) pectus ſignata cruentis. m
Omnia nam late vaſtant, ipſaſque volantes m
Ore ferunt, dulcem (b) nidis immitibus eſcam. m
At liquidi fontes, et ſtagna virentia muſco n
Adſint, et tenuis (c) fugiens per gramina rivus: e
Palmaque veſtibulum, aut ingens oleaſter inumbret, q
Ut, cum prima novi ducent examina reges f
Vere ſuo, ludetque favis emiſſa juventus; p
Vicina invitet decedere ripa calori, b
Obviaque (c) hoſpitiis teneat frondentibus arbos. k
In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor, p
Tranſverſas ſalices et grandia conjice ſaxa: h
Pontibus ut crebris poſſint conſiſtere, et alas m
Pandere ad æſtivum Solem; ſi forte morantes m
Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus. m
Hæc circum caſiæ virides, et olentia late d
Serpylla, et graviter ſpirantis copia thymbræ f
Floreat: irriguumque (c) bibant violaria fontem. i
Ipſa autem, ſeu corticibus tibi ſuta cavatis, c
Seu lento fuerint alvearia vimine texta, b
Anguſtos habeant aditus; nam frigore mella e
(c) Cogit hyems, eademque calor liquefacta (c) remittit: i

ORDO.

et Procne ſignáta *quoad* pectus cruéntis mánibus *abſint ab iis*. Nam vaſtant ómnia latè, ferúntque volantéſque *apes* ipſas ore, *futúras* dulcem eſcam immítibus nidis, *i. e. pullis in nidis*. At liquidi fontes, et ſtagna viréntia muſco, et ténuis rivus, fúgiens per grámina, adſint. Palmáque, aut ingens oleáſter inúmbret veſtíbulum, ut, cùm novi reges ducent prima exámina ſuo vere, juventúſque, emíſſa favis, ludet; vicína ripa invítet *eas* decédere calóri, obviáque arbos téneat *eas* frondéntibus hoſpítiis. Cónjice tranſvérſas ſálices, et grándia ſaxa in médium *humórem, i. e. médiam aquam*, ſeu humor ſtabit iners, ſeu prófluet: ut poſſint conſíſtere *his véluti* crebris póntibus, et pándere alas ad æſtívum ſolem; ſi fortè præceps Eurus ſpárſerit *eas* moránteſ aut immérſerit Neptúno. Circum hæc víride cáſiæ, et ſerpylla oléntia latè, et cópia thymbræ ſpirántis gráviter flóreat: violariáque bibant irríguum fontem. Autem alveária ipſa, ſeu *fuerint* ſuta tibi cavátis corticibus, ſeu fúerint texta lento vímine, hábeant angúſtos áditus; nam hyems cogit mella frigóre, calórque remíttit éadem liqueſácta:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Utraque

Utraque vis apibus pariter metuenda: neque illæ *i*
Nequicquam in tectis certatim tenuia cerâ *a*
Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras *f*
Explent: collectumque hæc ipſa ad munera gluten, *a*
Et viſco et Phrygiæ ſervant pice lentius Idæ. *b*
Sæpe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris *m*
Sub terra fodere (a) larem; penituſque repertæ *c*
(a) Pumicibuſque cavis, exeſæque arboris antro. *l*
Tu tamen et levi rimoſa cubilia limo *n*
Unge fovens circum, et raras ſuperinjice frondes. *n*
Neu propius tectis taxum ſine, neve rubentes *n*
Ure foco cancros: altæ neu crede paludi: *m*
Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava pulſu *o*
Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago. *n*
Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemem Sol aureus egit *k*
Sub terras, cœlumque æſtiva luce recluſit: *a*
Illæ continuò ſaltus ſylvaſque peragrant, *f*
Purpureoſque metunt flores, et flumina libant *l*
Summa leves. Hinc neſcio qua dulcedine lætæ *p*
Progeniem (b) nidoſque fovent: hinc arte recentes *p*
Excudunt (b) ceras, et mella tenacia fingunt. *b*
Hinc ubi jam emiſſum caveis ad ſidera cœli *p*
(c) Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen, *p*

O R D O.

utráque vis *eſt* páriter metuénda ápibus: neque illæ *apes* nequícquam certátim linunt tenúia ſpiraménta cerâ in tectis, expléntque oras fuco et flóribus: ſervántque gluten, colléctum ad hæc múnera ipſa, léntius et viſco, et pice Phrygiæ Idæ. Sæpe étiam fodére larem ſub terrâ, effóſſis látebris, (ſi fama eſt vera:) penitúſque *ſunt* repértæ caviſque pumícibus, antroque exéſæ árboris. Tamen tu et unge rimóſa cubília circùm levi limo fovens *eas*, et ſuperínjice raras frondes *cubílibus*. Neu ſine taxum *eſſe* própius tectis *eárum*, neve *juxtà* ure rubéntes cancros foco: neu crede altæ palúdi: aut ubi odor gravis cœni *eſt*, aut ubi cóncava ſaxa ſonant pulſu *ſónitûs*, imagóque vocis offénſa reſúltat. Quod ſúpereſt, ubi áureus ſol egit hyemem pulſam ſub terras, recluſítque cœlum æſtivâ luce: contínuò illæ *apes* perágrant ſaltus ſylváſque, metúntque purpúreos flores, et leves libant ſumma flúmina. Hinc *illæ*, néſcio quâ dulcédine lætæ, fovent *ſuam* progéniem nidóſque: hinc excúdunt recéntes ceras arte, et fingunt tenácia mella. Hinc ubi jam ſuſpéxeris agmen *ápium*, emíſſum cáveis, nare ad ſídera cœli per líquidam æſtátem,

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Obſcuramque

Obſcuramque trahi vento mirabere (a) nubem; f
Contemplator: aquas dulces et frondea ſemper f
(b) Tecta petunt: huc tu juſſos aſperge ſapores, m
Trita meliſphylla, et cerinthæ ignobile gramen: m
Tinnituſque cie, et matris quate cymbala circum. q
Ipſæ conſident medicatis ſedibus: ipſæ g
Intima more ſuo ſeſe in (a) cunabula condent. l
Sin autem ad pugnam exierint (nam ſæpe duobus g
Regibus inceſſit magno diſcordia motu) m
Continuoque animos vulgi, et trepidantia bello q
Corda licet longe præſciſcere: namque morantes n
Martius ille (c) æris rauci canor increpat, et vox n
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum. c
Tum trepidæ inter ſe coëunt, penniſque coruſcant, p
Spiculaque exacuunt roſtris, aptantque lacertos, l
Et circa regem atque ipſa ad prætoria denſæ a
Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem. g
Ergo ubi ver nactæ ſudum, campoſque patentes, m
Erumpunt portis: concurritur, æthere in alto b
Fit ſonitus: magnum mixtæ glomerantur in orbem, n
Præcipiteſque cadunt: non denſior aëre grando, q
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. b

ORDO.

obſcurámque nubem *eárum* trahi vento; *tu* contemplátor: ſemper petunt dulces aquas et frondéa tecta: tu aſpérge juſſos ſapóres huc, trita Meliſphylla, et ignóbile gramen cerínthæ: ciéque tínnitus, et quate cymbala *Cybeles* matris *Deórum* circùm. Ipſæ conſident medicátis ſédibus: ipſæ condent ſeſe in íntima cunábula ſuo more. Autem ſin exíverint ad pugnam; (nam ſæpe diſcórdia incéſſit duóbus régibus magno motu) continuò licet præſciſcere longè animóſque vulgi, et corda trepidántia bello: namque ille Mártius canor rauci æris íncrepat *eas* morántes, et vox imitáta fractos ſónitus tubárum audítur. Tum trépidæ cóëunt inter ſe, coruſcántque pennis, exácuuntque ſpícula roſtris, aptántque lacértos, et denſæ miſcéntur circa regem, atque ad *ejus* prætória ipſa, vocántque hoſtem magnis clamóribus. Ergo, ubi *ſunt* nactæ ſudum ver, patentéſque campos, erúmpunt portis: concúrritur; ſónitus fit in alto æthere: mixtæ glomeránturin magnum orbem, cadúntque præcipites: non dénſior grando *pluit* áëre, nec tantum glandis pluit de concúſsâ ílice.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Ipſi per medias acies, inſignibus alis, *e*
Ingentes animos anguſto in pectore verſant: *f*
Uſque adeo obnixi non cedere, dum gravis, aut hos, *n*
Aut hos, verſa fugâ victor dare terga ſubegit. *h*
Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta *f*
Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcent. *l*
Verum ubi ductores acie revocaveris ambos: *o*
Deterior qui viſus; eum, ne prodigus obſit, *p*
Dede neci: melior vacua ſine regnet in aulâ. *i*
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens: *l*
(Nam duo ſunt genera) hic melior, inſignis et ore, *k*
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter *m*
Deſidiâ, latamque trahens inglorius alvum. *p*
Ut binæ regum facies, ita corpora gentis: *c*
Namque aliæ turpes horrent, ceu pulvere ab alto *m*
Cum venit, et terram ſicco ſpuit ore viator *n*
Aridus: elucent aliæ, et fulgore coruſcant, *p*
Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. *c*
Hæc potior ſoboles: hinc (a) cœli tempore certo *l*
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum *l*
Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem. *n*
At cum incerta volant cœloque examina ludunt, *f*

ORDO.

Reges ipſi, *volántes* per médias ácies, inſígnibus alis, verſant ingéntes ánimos in angúſto péctore: uſque ádeò obnixi non cédere, dum gravis victor ſubégit aut hos aut hos dare terga verſa fugâ. Hi motus animórum, atque hæc tanta certámina, compréſſa jactu exigui púlveris, quiéſcent. Verùm ubi revocáveris ambos ductóres ácie: qui *fúerit* viſus detérior *bello*; dede eum neci, ne pródigus obſit *conſuméndo cibos:* ſine *ut* mélior *bello* regnet in vácuâ aulâ. Alter erit ardens máculis ſqualéntibus auro; (nam ſunt duo génera) hic *eſt* mélior et inſígnis ore, et clarus rútilis ſquamis: ille alter *eſt* hórridus ignáviâ, ingloriúſque trahéns latam alvum. Ut fácies regum *ſunt* binæ, ita córpora gentis *ſunt*. Namque áliæ *apes* turpes horrent, ceu cùm áridus viátor venit ab alto púlvere, et ſpuit terram ſicco ore: áliæ elúcent, et corúſcant fulgóre, ardéntes auro, et córpora *ſunt* lita páribus guttis. Hæc ſóboles *eſt* pótior: hinc premes dúlcia mella certo témpore cœli: nec tantùm dúlcia, quantum *mella* et líquida, et domitúra durum ſapórem Bacchi. At cùm incérta exámina volant, ludúntque cœlo,

(a) *Metonymia.*

Contemnuntque

Contemnuntque ſavos, et frigida (a) tecta relinquunt, *b*
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. *q*
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas *e*
Eripe: non illis quiſquam cunctantibus altum *m*
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna. *m*
Invitent croceis halantes floribus horti: *f*
Et cuſtos furum atque avium, cum falce ſaligna, *g*
Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi. *f*
Ipſe thymum pinoſque ferens de montibus altis, *p*
(a) Tecta ſerat late circum, cui talia curæ: *m*
Ipſe labore manum duro terat, ipſe feraces *q*
Figat humo plantas, et amicos irriget imbres. *p*
Atque equidem, extremo ni jam ſub fine laborum *m*
Vela traham, et terris feſtinem advertere proram; *m*
Forſitan et pingues hortos quæ cura colendi *m*
Ornaret, canerem, biferique roſaria Pæſti: *d*
Quoque modo potis gauderent intyba rivis, *m*
Et virides apio ripæ, tortuſque per herbam *l*
Creſceret in ventrem cucumis: nec ſera comantem *p*
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi, *g*
Pallenteſque hederas, et amantes littora myrtos. *e*
Namque ſub Oebaliæ memini me turribus altis, *k*

ORDO.

contemnúntque ſavos, et relínquunt fríigida tecta, prohibébis inſlábiles ánimos ináni ludo. Nec *eſt* magnus labor prohibére *eos:* tu éripe alas régibus: non quiſquam audébit ire altum iter, illis *régibus* cunctántibus, aut véllere ſigna *è* caſtris. Horti, halántes cróceis flóribus, invítent *eas: et* tutéla Helleſpontíaci Priápi, cuſtos furum atque ávium, cum ſalígnâ falce, ſervet *eos hortos.* Ipſe, cui tália *ſunt* curæ, ferens thymum pinóſque de altis móntibus, ſerat *eas* latè circum tecta *ápium.* Ipſe terat *ſuam* manum duro labóre *plantatiónis,* ipſe figat feráces plantas humo, et írriget amícos imbres. Atque équidem, ni jam, ſub extrémo fine labórum, traham vela, et feſtínem advértere proram terris; fórſitan et cánerem, quæ cura coléndi ornáret pingues hortos, roſariáque bíferi *óppidi* Pæſti: quoque modo íntyba gaudérent rivis potis, et ripæ vírides ápio, cucumíſque, tortus per herbam, créſceret in ventrem: nec tacuíſſem Narcíſſum comántem ſerà, aut vimen flexi acánthi, pallentéſque héderas, et myrtos amántes líttora. Nam, ſub altis túrribus Oebáliæ,

(a) *Synecdoche.*

Qua niger humectat flaventia culta Galesus, *n*
Corycium vidisse senem: cui pauca relicti *p*
Jugera ruris erant; nec fertilis illa juvencis, *q*
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho. *p*
Hic rarum tamen in dumis olus, albaque circum 130 *h*
Lilia verbenasque (a) premens, vescumque papaver, *p*
Regum æquabat opes animis: serâque revertens *e*
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis. *q*
Primus vere rosam, atque autumno carpere poma: *f*
Et cum (b) tristis hyems etiam nunc frigore saxa 135 *e*
Rumperet, et glacie cursus (a) frenaret aquarum; *l*
Ille (a) comam mollis jam tum tondebat acanthi, *m*
Æstatem increpitans seram, Zephyrosque morantes. *h*
Ergo apibus fœtis idem atque examine multo *m*
Primus abundare, et spumantia cogere pressis 140 *n*
Mella favis: illi tiliæ, atque uberrima pinus: *p*
Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos *f*
Induerat, totidem autumno matura tenebat. *l*
Ille etiam seras in (c) versum distulit ulmos, 144 *m*
Eduramque pirum, et spinos jam pruna ferentes, *f*
Jamque ministrantem platanum potantibus umbras. *p*
Verum hæc ipse equidem, spatiis exclusus iniquis, *e*

ORDO.

qua niger *flúvius* Galésus huméctat flavéntia culta *arva*, mémini me vidisse Corycium senem; cui erant pauca júgera relícti ruris: illa seges nec fértilis juvéncis, nec opportúna pécori, nec cómmoda Báccho. Tamen hic premens rarum olus in dumis, albáque lília circum, verbenásque vescúmque papáver, æquábat opes regum ánimis: reverténsque domum serâ nocte, onerábat mensas inémptis dápibus: *erat* primus cárpere rosam vere, atque poma autúmno: et cum tristis hyems étiam nunc rúmperet saxa frígore, et frænáret cursus aquárum glácie; ille jam tum tondébat comam mollis acánthi, increpitans seram æstátem, morantésque Zéphyros. Ergo idem *solébat* primus abundáre fœtis ápibus, atque multo exámine *eárum*, et cógere spumántia mella pressis favis: *erant* illi tíliæ atque ubérrima pinus: quotque pomis fértilis arbos indúerat se in novo flore, tenébat tótidem matúra autúmno. Ille étiam dístulit seras ulmos in versum, *i. e. órdinem*, edurámque pyrum, et spinos jam feréntes pruna, platanúmque jam ministrántem umbras potántibus. Verùm équidem *ego* ipse, exclúsus iníquis spátiis,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Catachresis.*

Prætereo,

Prætereo, atque aliis poſt commemoranda relinquo. *l*
Nunc age, naturas apibus quas Jupiter ipſe *p*
Addidit, expediam: pro qua mercede, canoros *l*
Curetum ſonitus crepitantiaque æra ſecutæ, *d*
Dictæo cœli regem pavere ſub antro. *a*
Solæ communes natos, conſortia tecta *a*
Urbis habent, magniſque (a) agitant ſub legibus ævum; *p*
Et patriam ſolæ, et certos novere penates. *m*
Venturæque hyemis memores, æſtate laborem *e*
Experiuntur, et in medium quæſita reponunt. *k*
Namque aliæ (b) victu invigilant, et fœdere pacto *p*
Exercentur agris: pars intra ſepta domorum *f*
Narciſſi lacrymam, et lentum de cortice gluten, *f*
Prima favis ponunt fundamina; deinde tenaces *n*
Suſpendunt ceras: aliæ, ſpem gentis, adultos *g*
Educunt fœtus: aliæ puriſſima mella *g*
Stipant, et liquido diſtendunt nectare cellas. *f*
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti: *p*
Inque vicem ſpeculantur aquas et nubila cœli, *k*
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto *k*
Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent. *g*
(a) Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. *k*

ORDO.

prætéreo hæc, atque relínquo *tália* commemoránda pòſt áliis *poëtis*. Nunc age, expédiam, quas natúras Júpiter ipſe áddidit ápibus: pro quâ mercéde *conſequéndâ*, *hæ*, ſecútæ canóros ſónitus Curétum, crepitantiáque æra, pavére *Jovem* regem cœli ſub Dictæo antro. *Hæ* ſolæ *animálium* habent commúnes natos, *et* conſórtia tecta urbis, agitántque ævum ſub magnis légibus; et ſolæ novére pátriam et certos penátes. Memoréſque hyemis ventúræ, experiúntur labórem æſtáte, et repónunt quæſita in médium. Namque áliæ invígilant victui, et pacto fœdere exercéntur agris: pars, intra ſepta domórum, ponunt lácrymam Narciſſi, et lentum gluten de córtice, prima fundámina favis; deínde ſuſpéndunt tenáces ceras: áliæ edúcunt adúltos fœtus, ſpem gentis: áliæ ſtipant puríſſima mella, et diſténdunt cellas líquido néctare. Sunt *áliæ*, quibus cuſtódia ad portas cécidit ſorti: inque vicem ſpeculántur aquas et núbila cœli, aut accípiunt ónera veniéntium, aut, ágmine facto, arcent fucos ignávum pecus à præſépibus. Opus fervet, fragrantiáque mella rédolent thymo.

(a) *Metaphora.* (b) *Apocope.*

Ac

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis m
Cum properant: alii taurinis follibus auras l
Accipiunt, redduntque: alii ſtridentia tingunt p
Æra lacu: gemit impoſitis incudibus Ætna: m
Illi inter ſeſe magnâ vi brachia tollunt a
In numerum; verſantque tenaci forcipe ferrum. p
Non aliter (ſi parva licet componere magnis) p
Cecropias innatus apes amor urget habendi, o
Munere quamque ſuo. Grandævis oppida curæ, l
Et munire favos, et (a) Dædala fingere tecta. h
At feſſæ multâ referunt ſe nocte minores, g
(b) Crura thymo plenæ: paſcuntur et arbuta paſſim, n
Et glaucas ſalices, caſiamque crocumque rubentem, d
Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos. h
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus. i
Mane ruunt portis, nuſquam mora: rurſus eaſdem n
Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis m
Admonuit; tum tecta petunt, tum corpora curant. p
Fit ſonitus, muſſantque oras et limina circum. m
Poſt, ubi jam thalamis ſe compoſuere, ſiletur q
In noctem, feſſoſque ſopor ſuus occupat artus. c
Nec vero à (c) ſtabulis pulviâ impendente recedunt e

ORDO.

Ac véluti cùm Cyclópes próperant fúlmina lentis maſſis: álii accípiunt, reddúnque auras taurínis fóllibus: álii tingunt ſtridéntia æra lacu: Ætna gemit incúdibus impófitis: illi, inter ſeſe, tollunt bráchia magnâ vi in númerum; verſántque ferrum tenáci fórcipe. Non áliter (ſi licet compónere parva magnis) inná us amor habéndi *mellis* urget Cecrópias apes, quamque ſuo múnere. Oppida *ſunt* curæ grandævis, et munire favos, et fíngere Dædala tecta. At minóres *natu* feſſæ réferunt ſe multâ nocte, plenæ *quoad* crura thymo: paſcúntur et árbuta paſſim, et glaucas ſálices, caſiámque rubentémque crocum, et pinguem tíliam, et ferrugíneos Hyacínthos. Quies óperum *eſt* una ómnibus, labor *eſt* unus ómnibus. Mane ruunt portis, *eſt* nuſquam mora: rurſus, ubi veſper admónuit eóſdem tandem decédere campis è paſtu, tum petunt tecta, tum curant córpora. Sónitus fit, muſſántque circum oras et límina *alveáris*. Pòſt, ubi jam compoſuére ſe thálamis, ſilétur in noctem, ſuúſque ſopor óccupat feſſos artus. Nec verò, plúviâ impendénte, recédunt lóngiùs à ſtábulis,

(a) *Metonymia.* (b) *Hellenismus.* (c) *Metaphora.*

Longius,

Longius, aut credunt cœlo, adventantibus Euris: *m*
Sed circum tutæ ſub mœnibus urbis aquantur, *b*
Excurſuſque breves tentant: et ſæpe lapillos, *f*
Ut cymbæ inſtabiles fluctu jactante ſaburram, *f*
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant. *c*
Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem, *k*
Quod nec (a) concubitu indulgent, nec corpora ſegnes *f*
In (b) venerem ſolvunt, aut fœtus nixibus edunt. *m*
Verum ipſæ è foliis natos et ſuavibus herbis *f*
Ore legunt: ipſæ regem, parvoſque (c) Quirites *m*
Sufficiunt; aulaſque et cerea regna refingunt. *n*
Sæpe etiam duris errando in (d) cotibus alas *m*
Attrivere, ultroque animam ſub faſce dedere: *g*
Tantus amor florum, et generandi gloria mellis. *p*
Ergo ipſas quamvis anguſti terminus ævi *a*
Excipiat (neque enim plus ſeptima ducitur æſtas) *q*
At genus immortale manet, multoſque per annos *p*
(e) Stat fortuna domus, et avi numerantur avorum. *d*
Præterea regem non ſic Ægyptus, et ingens *m*
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes, *l*
Obſervant. Rege incolumi mens omnibus una eſt; *g*
Amiſſo, rupere fidem: conſtructaque mella *g*

ORDO.

aut credunt *ſe* cœlo, Euris adventántibus: ſed, tutæ ſub mœnibus urbis, aquántur circum *alvearia*, tentántque breves excúrſus: et ſæpe tollunt lapíllos, ut inſtábiles cymbæ *habent* ſabúrram fluctu jactánte: librant ſeſe his *lapíllis* per inánia núbila. *Tu* mirábere, illum morem ádeo placuíſſe ápibus, quòd nec indúlgent concúbitui, nec ſegnes ſolvent córpora in vénerem, aut edunt fœtus níxibus. Verùm ipſæ legunt natos è fóliis et ſuávibus herbis ore: ipſæ ſufficiunt regem, parvóſque Quirites; refingúntque aulas et cérea regna. Sæpe étiam attrivére alas errándo in duris cótibus, ultróque dedére ánimam ſub faſce: *eſt illis* tantus amor florum, et glória generándi mellis. Ergo quamvis términus angúſti ævi excípiat ipſas (neque enim plus *quàm* ſéptima æſtas dúcitur *ab illis*) at genus *eárum* manet immortále, fortunáque domûs ſtat per multos annos, et avi avórum numerántur. Prætérea non Ægyptus, et ingéns Lydia, nec pópuli Parthórum, aut Medus Hydáſpes ſic obſérvant regem. Rege *eárum* incólumi, eſt una mens ómnibus; *rege* amíſſo, rupére fidem: ipſæque diripuére conſtrúcta mella,

(a) *Apocope.* (b) *Metonymia.* (c) *Catachreſis.* (d) *Synecdoche.* (e) *Metaphora.*

Diripuere

Diripuere ipſæ, et crates ſolvere favorum. *m*
Ille operum cuſtos, illum admirantur, et omnes *m*
Circumſtant fremitu (a) denſo, ſtipantque frequentes, *f*
Et ſæpe attollunt humeris, et corpora bello *g*
Objectant, pulchramque petunt per vulnera mortem. *g*
His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti *a*
Eſſe apibus partem divinæ mentis, et (a) hauſtus *m*
Æthereos dixere: Deum namque ire per omnes *p*
Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum. *g*
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum, *o*
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas. *l*
Scilicet huc reddi deinde, ac reſoluta referri *n*
Omnia: nec morti eſſe locum; ſed viva volare *p*
Sideris in numerum, atque alto ſuccedere cœlo. *l*
Si quando ſedem anguſtam, ſervataque mella *a*
(b) Theſauris relines; prius hauſtus ſparſus aquarum, *e*
Ore fove, fumoſque manu prætende ſequaces. *p*
Bis gravidos cogunt fœtus, duo tempora (a) meſſis; *n*
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum *l*
Pleias, et Oceani ſpretos pede reppulit amnes: *q*
Aut eadem ſidus fugiens ubi piſcis aquoſi, *o*
Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas. *m*

O R D O.

et ſolvére crates favórum. Ille *rex eſt* cuſtos óperum, admirántur illum, et omnes circúmſtant *illum* denſo frémitu, frequentéſque ſtipant, et ſæpe attóllunt *illum* húmeris, et objéctant *ſua* córpora bello *pro illo*, petúntque pulchram mortem per vúlnera *tuéndo illum*. Quidam, *indúcti* his ſignis, atque ſecúti hæc exémpla *prudéntiæ apium*, dixére, partem divínæ mentis, et æthéreos hauſtus eſſe ápibus: namque *dixérunt*, Deum ire per omnes terráſque, tractúſque maris, profundúmque cœlum. Hinc pécudes, arménta, viros, omne genus ferárum, *dénique* quemque naſcéntem arcéſſere ténues vitas ſibi. Scílicet *dixérunt* deínde ómnia reddi, ac reſolúta referri huc: nec eſſe locum morti; ſed viva voláre *quæque* in númerum *ſui* ſideris, atque ſuccédere alto cœlo. Si quando rélines angúſtam ſedem *eárum*, melláque ſerváta theſáuris: priùs ſove ore hauſtus aquárum, ſparſus *illis*, prætendéque manu fumos ſequáces *ápium*. Bis cogunt grávidos fœtus, *ſunt illis* duo témpora meſſis; ſimul *ac* Táygete Pleias oſténdit honéſtum os terris, et réppulit ſpretos amnes océani pede: aut ubi eádem *Pleias*, fúgiens ſidus aquóſi piſcis, deſcéndit triſtior cœlo in hybérnas undas.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Illis

Illis ira modum ſupra eſt, læſæque venenum *m*
Morſibus inſpirant, et ſpicula cæca relinquunt *n*
Affixæ venis, animaſque in vulnere (a) ponunt. *g*
Sin (b) duram metues hyemem, parceſque futuro, *e*
(b) Contuſoſque animos et res miſerabere (b) fractas; *h*
At ſuffire thymo, ceraſque recidere inanes *h*
Quis dubitet? nam ſæpe favos ignotus adedit *p*
Stellio, lucifugis congeſta (b) cubilia blattis: *q*
Immuniſque ſedens aliena ad (b) pabula fucus; *e*
Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis; *g*
Aut dirum tineæ genus, aut inviſa Minervæ *e*
In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. *n*
Quo magis exhauſtæ fuerint; hoc acrius omnes *p*
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas, *f*
Complebuntque (b) foros, et floribus (b) horrea texent. *b*
Si vero (quoniam caſus apibus quoque noſtros *b*
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo, *m*
Quod jam non dubiis poteris cognoſcere ſignis: *e*
Continuo eſt ægris alius color: horrida vultum *o*
Deformat macies: tum corpora (c) luce carentum *b*
Exportant (d) tectis, et (e) triſtia funera ducunt: *b*
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent, *f*

ORDO.

Eſt illis *ápibus* ira ſupra modum, læſæque inſpirant venénum mórſibus, et, affixæ venis, relinquunt cæca ſpícula, *de*-ponúntque ánimas in vúlnere. Sin métues duram hyemem, parcéſque futúro, miſeraberéque contúſos ánimos, et fractas res *eárum*; at quis dúbitet ſuffire *eas* thymo, et recídere inánes ceras? nam ſæpe ignótus ſtéllio adédit favos, *et* cubília *ſunt* congéſta blattis lucífugis: fucúſque immúnis *labórum*, ſedens ad aliéna pábula; aut aſper crabro *cum* impáribus armis immíſcuit ſe *bis*; aut dirum genus tíneæ, aut aránea, inví a Minérvæ, ſuſpéndit laxos caſſes in fóribus *alveárium*. Quo magis fúerint exháuſtæ; hoc ácriùs omnes incúmbent ſarcíre ruínas lapſi géneris, complebúntque foros, et texent hórrea flóribus. Si verò (quóniam vita tulit noſtros caſus ápibus quoque) córpora *eárum* langué bunt triſti morbo, quod jam póteris cognóſcere non dúbiis ſignis: continuò eſt ægris álius color: hórrida mácies deſórmat vultum: tum expórtant córpora caréntium luce *vitæ è* tectis, et ducant triſtia fúnera: aut illæ, connéxæ *áliæ* pédibus *aliárum*, pendent ad límina alveáris,

(a) *Apoæreſis.* (b) *Metaphora.* (c) *Periphraſis.* (d) *Synecdoche.* (e) *Metonymia.*

Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes, *b*
Ignavæque fame, et contracto frigore pigræ. *f*
Tum ſonus auditur (a) gravior, tractimque ſuſurrant: *p*
(b) Frigidus ut quondam ſylvis immurmurat Auſter; *m*
Ut mare ſolicitum ſtridet refluentibus undis; *q*
Æſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis. *p*
Hic jam galbaneos ſuadebo incendere odores, *f*
Mellaque arundineis inferre canalibus, ultro *q*
Hortantem, et feſſas ad (a) pabula nota vocantem. *b*
Proderit et tunſum gallæ admiſcere ſaporem, *m*
Arenteſque roſas, aut igni (a) pinguia multo *f*
Defruta, vel pſythiâ paſſos de vite racemos, *l*
Cecropiumque thymum, et grave olentia centaurea. * *i*
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello *m*
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba. *e*
Namque uno ingentem tollit de ceſpite (c) ſylvam, *a*
Aureus ipſe: ſed in foliis, quæ plurima circum *k*
Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ. *f*
Sæpe (d) Deûm nexis ornatæ torquibus aræ. *m*
Aſper in ore ſapor: tonſis in vallibus illum *l*
Paſtores, et curva legunt prope flumina Mellæ. *c*
Hujus adorato radices incoque (b) Baccho, *m*

O R D O.

aut omnes cunctántur intus in clauſis ædibus, ignavæque fame, et pigræ frigore contráćto. Tum grávior ſonus auditur, ſuſurrántque tracim: ut quondam frigidus Auſter immúrmurat ſylvis; ut mare ſolicitum ſtridet undis refluéntibus; ut rápidus ignis æſtuat clauſis fornácibus. Hìc jam ſuadébo *te* incéndere galbáneos odores, inferréque *illis* mella arundíneis canálibus, ultro hortántem, et vocántem *eas* feſſas ad nota pábula. Et próderit admiſcére tunſum ſapórem gallæ, arentéſque roſas, aut défruta pinguia, *i. e. ſpiſſáta* multo igni, vel paſſos racémos de Pſythiâ vite, Cecropiúmque thymum, et gravè oléntia centauréa. Eſt étiam flos in pratis, cui améllo agrícolæ fecére nomen, herba fácilis quæréntibus. Namque tollit ingéntem ſylvam de uno céſpite, ipſe áureus: ſed in fóliis, quæ plúrima fundúntur circùm, púrpura nigræ violæ ſublúcet. Sæpe aræ Deórum *ſunt* ornátæ tórquibus nexis *ex eo*. Sapor *ejus eſt* aſper in ore: paſtóres legunt illum *améllum* in tonſis vállibus, et propè curva flúmina Mellæ. Incóque radices hujus adoráto Baccho,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.* (d) *Syncope.*

Pabulaque

Pabulaque in foribus plenis appone caniſtris. l
Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis, g
Nec genus unde novæ ſtirpis (a) revocetur, habebit; q
Tempus et Arcadii memoranda inventa magiſtri k
Pandere, quoque modo cæſis jam ſæpe juvencis l
(b) Inſincerus apes tulerit cruor. Altius omnem d
Expediam, prima repetens ab origine, famam. o
Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi a
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum, m
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis; c
Quaque pharetratæ vicinia (c) Perſidis urget, n
Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ, m
Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in (a) ora f
Uſque coloratis amnis devexus ab Indis; m
Omnis in hac certam regio (a) jacit arte ſalutem. o
Exiguus primum, atque ipſos contractus ad uſus m
Eligitur locus: hunc anguſtique imbrice tecti l
Parietibuſque premunt arctis: et quatuor addunt l
Quatuor à ventis obliquâ luce feneſtras. m
Tum vitulus, bimâ curvans jam cornua fronte, m
Quæritur: hunc geminæ nares, et ſpiritus oris l
(d) Multa reluctanti obſtruitur; plagiſque perempto p

ORDO.

apponéque *ea* pábula plenis caníſtris in fóribus *alveáris*. Sed ſi omnis proles ſúbitò defécerit quem, nec habébit, unde genus novæ ſtirpis revocétur, *i. e. reparétur*; eſt tempus pándere memoránda invénta Arcádii magíſtri *apum* quoque modo jam inſincérus, *i. e. pútridus* cruor túlerit, *i. e. produxerit* apes, juvéncis ſæpe cæſis. *Ego* expédiam omnem famam *hujus fácti* áltiùs, répetens *eam* ab primâ origine. Nam quà fortunáta gens Pellæi Canópi áccolit Nilum ſtagnántem *agris* flúmine effúſo, et véhitur circum ſua rura pictis phaſélis; quàque vicínia pharetrátæ Pérſidis urget *eam gentem*, et fœcúndat víridem Ægyptum nigrâ aréná, et *quâ* amnis, devéxus uſquè ab colorátis Indis, ruens diſcúrrit in ſeptem divérſa ora; omnis régio jacit certam ſalútem in hâc arte. Primùm exíguus locus elígitur, atque contráctus ad *hos* uſus ipſos: premunt hunc locum imbricéque angúſti tecti, arctíſque pariétibus: et addunt quátuor fenéſtras obliquâ luce à quátuor ventis. Tum vítulus, jam curvans córnua bimâ fronte, quæritur: géminæ nares *obſtruúntur*, et ſpíritus oris obſtrúitur huic reluctánti multà;

(a) *Metaphora.* (b) *Catachreſis.* (c) *Metonymia.* (d) *Antimeria.*

Tunſa per integram ſolvuntur viſcera pellem. *m*
Sic poſitum in clauſo linquunt: et ramea coſtis *m*
Subjiciunt fragmenta, thymum, caſiaſque recentes. *o*
Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus undas, 305 *l*
(a) Ante novis rubeant (a) quàm prata coloribus, (a) ante *q*
Garrula (a) quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo. *m*
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor *i*
Æſtuat: et viſenda modis animalia miris, *o*
Trunca pedum primo, mox et ſtridentia pennis 310 *m*
Miſcentur, tenuemque magis, magis aëra carpunt: *d*
Donec, ut æſtivis effuſus nubibus imber, *m*
Erupêre: aut ut nervo pulſante ſagittæ, *m*
Prima leves ineunt ſi quando prœlia Parthi. 314 *l*
Quis Deus hanc, Muſæ, quis nobis (b) extudit artem? *m*
Unde nova ingreſſus hominum experientia cepit? *o*
Paſtor Ariſtæus, fugiens Peneïa Tempe, *p*
Amiſſis, ut fama, apibus morboque fameque, *g*
Triſtis ad extremi ſacrum (b) caput aſtitit amnis, *n*
Multa querens; atque hac affatus voce parentem. 320 *m*
Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis hujus *a*
Ima tenes: quid me præclarâ (b) ſtirpe Deorum *m*
(Si modo, quem perhibes, pater eſt Thymbræus Apollo.) *k*

ORDO.

viſceráque tunſa per íntegram pellem, ſolvúntur huic perémpto plagis. Linquunt *eum* poſitum ſic in clauſo *loco*: et ſubjiciunt rámea fragménta, thymum, recentéſque cáſias coſtis *ejus*. Hoc géritur, Zéphyris primùm impelléntibus undas, ántequam prata rúbeant novis colóribus, ántequam gárrula hirúndo ſuſpéndat nidum tignis. Intérea tepefáctus humor in téneris óſſibus æſtuat: et animália viſénda, miſcéntur miris modis, trunca pedum primò, et mox ſtridéntia pennis, magis magíſque carpunt ténuem áëra: donec, ut imber effúſus æſtivis núbibus, erupére: aut ut ſagittæ *è* pulſánte nervo, ſi quando leves Parthi íneunt prima prœlia. Muſæ, quis, quis Deus éxtudit hanc artem nobis? unde *hæc* nova experiéntia hóminum cepit ingréſſus, *i. e. inítia artis*. Paſtor Ariſtæus, fúgiens Penéia Tempe, ápibus amíſſis morbóque famé-que, ut *eſt* fama, áſtitit triſtis ad ſacrum caput extrémi amnis, querens multa; atque *eſt* affátus paréntem hâc voce. Mater Cyréne, mater, quæ tenas ima *loca* hujus gúrgitis: quìd genuíſti me, inviſum fatis, *de* præclára ſtirpe Deórum? (ſi modò Thymbræus Apóllo, quem pérhibes *meum patrem*, eſt *meus* pater.)

(a) *Tmeſis.* (b) *Metaphora.*

Inviſum

Inviſum fatis genuiſti? aut quo tibi noſtri g
Pulſus amor? quid me cœlum ſperare jubebas? m
En etiam hunc ipſum vitæ mortalis honorem, m
Quem mihi vix frugum et pecudum cuſtodia ſoler's p
Omnia tentanti (a) extuderat, te matre, relinquo. p
Quin age, et ipſa manu felices erue ſylvas: l
Fer ſtabulis inimicum ignem, atque (b) interfice (c) meſſes: l
Ure ſata, et validam in vites (a) molire bipennem: l
Tanta meæ ſi te ceperunt tædia laudis. m
At mater ſonitum (a) thalamo ſub fluminis alti e
Senſit: eam circum Mileſia (c) vellera Nymphæ n
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore: e
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque, c
Cæſariem (d) effuſæ nitidam per candida colla; p
Neſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque, c
Cydippeque, et flava Lycorias; altera virgo, c
Altera tum primos (e) Lucinæ experta labores; m
Clioque, et Beroë ſoror, (e) Oceanitides ambæ, d
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ: a
Atque Ephyre, atque Opis, et Aſia Deïopeia; e
Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis. b
Inter quas curam Clymene narrabat inanem g

ORDO.

Aut quo eſt amor noſtri pulſus tibi, *i. e. à te?* quid jubébas me ſperáre cœlum? En, te matre, amítto hunc honórem ipſum mortális vitæ, quem *honórem* ſolers cuſtódia frugum et pécudum vix extúderat *mihi* tentánti ómnia. Quin age, et ipſa érue *meas* felíces ſylvas tuâ manu: fer inimícum ignem ſtábulis, atque intérfice meſſes: ure ſata, et molíre válidam bipénnem in *meas* vites: ſi tanta tædia meæ laudis cepérunt te. At mater ſenſit ſónitum *vocis* ſub thálamo alti flúminis: circum eam nymphæ carpébant Miléſia véllera, fucáta ſáturo colóre hyali: Drymóque, Xanthóque, Lygeáque, Phyllodocéque, effúſæ *quoad* nítidam cæſáriem per cándida colla; Neſæe, Spióque, Thaliáque, Cymadocéque, Cydippéque, et flava Lycórias; áltera *adhuc* virgo; áltera tum expérta primos labóres Lucínæ; Clióque, et Béroë *ejus* ſoror, ambæ Oceanítides, ambæ *incínctæ* auro, ambæ incínctæ pictis péllibus: atque Ephyre, atque Opis, et Aſia Deïopéia, et velox Arethúſa, ſagíttis tandem póſitis. Inter quas Clyméne *ſedens* narrábat inánem curam Vulcáni,

(a) *Metaphora.* (b) *Catachreſis.* (c) *Metonymia.* (d) *Helleniſmus.* (e) *Antonomaſia.*

Vulcani,

Vulcani, Martiſque dolos, et dulcia furta, g
Aque Chao (a) denſos Divum numerabat amores. n
Carmine quo captæ, dum fuſis mollia penſa m
Devolvunt, iterum maternas (b) impulit aures f
Luctus Ariſtæi, vitreiſque ſedilibus omnes o
Obſtupuere: ſed ante alias Arethuſa ſorores i
Proſpiciens, ſummâ flavum caput extulit undâ. n
Et procul: O gemitu non fruſtra exterrita tanto, l
Cyrene ſoror; ipſe tibi, tua maxima cura, d
Triſtis Ariſtæus, Penei genitoris ad undam o
Stat lacrymans, et te crudelem nomine dicit. m
Huic (c) perculſa nova mentem formidine mater, f
Duc age, duc ad nos; fas illi limina (d) Divum m
Tangere, ait. Simul alta jubet diſcedere late k
Flumina, quà juvenis greſſus inferret: at illum l
Curvata in montis faciem circumſtetit unda, g
Accepitque ſinu vaſto, miſitque ſub amnem. f
Jamque domum mirans genitricis, et humida regna, o
Speluncique lacus clauſos, lucoſque ſonantes, f
Ibat; et ingenti motu ſtupefactus aquarum, n
Omnia ſub magnâ labentia flumina terrâ n
Spectabat (e) diverſa locis, Phaſimque, Lycumque, g

ORDO.

dolóſque Martis, et *ejus* dúlcia furta, numerabátque denſos, *i. e. frequéntes* amóres Divórum *uſque* à Chao. Quo cármine dum *nymphæ* captæ devólvunt móllia penſa fuſis, luctus Ariſtæi íterum ímpulit matérnas aures, omnéſque *ſedéntes* vítreis ſedilibus obſtupuére: ſed ante álias ſoróres Arethúſa proſpíciens, éxtulit flavum caput *è* ſummâ undâ. Et procul *dixit:* O ſoror Cyréne, non fruſtrâ extérrita tanto gémitu; Ariſtæus ipſe, tua máxima cura, triſtis ſtat lácrymans tibi, ad undam genitóris Pénei, et dicit te crudélem nómine. Mater, percúſſa *quoad* mentem novâ formídine, ait, age, duc, duc *illum* ad nos: *eſt* fas illi tángere límina Divórum. Simul *illa* jubet alta flúmina diſcédere latè, quà júvenis inférret greſſus. At unda, curváta in fáciem montis, circúmſtetit illum, accepítque *illum* vaſto ſinu, miſítque *illum* ſub amnem. Jamque ibat mirans domum genetrícis, et *ejus* húmida regna, lacúſque clauſos ſpelúncis, ſonantéſque lucos; et ſtupefáctus ingénti motu aquárum, ſpectábat ómnia flúmina, labéntia ſub magnâ terrâ, divérſa locis, Phaſímque, Lycúmque,

(a) *Catachreſis.* (b) *Metaphora.* (c) *Helleniſmus.* (d) *Syncope.* (e) *Hypallage.*

Et

Et caput, unde altus primum ſe erumpit Enipeus, *m*
Unde pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta, *i*
Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſuſque Caicus, *e*
Et gemina (a) auratus taurino cornua vultu *m*
Eridanus, quo non alius per pinguia culta *p*
In mare purpureum violentior influit amnis. *i*
Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta *b*
Perventum, et nati fletus cognovit inanes *a*
Cyrene: manibus liquidos dant ordine (b) fontes *e*
Germanæ, tonſiſque ferunt mantilia villis: *g*
Pars epulis onerant menſas, et plena reponunt *l*
Pocula; Panchæis adoleſcunt ignibus aræ. *p*
Et mater: Cape Mæonii carcheſia (b) Bacchi: *e*
Oceano libemus, ait. Simul ipſa precatur *o*
Oceanumque patrem rerum, Nymphaſque ſorores, *l*
Centum quæ ſylvas, centum quæ flumina ſervant. *a*
Ter liquido ardentem perfudit nectare (b) Veſtam: *m*
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta reluxit. *a*
Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa: *p*
Eſt in Carpathio (b) Neptuni gurgite vates, *f*
Cœruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor, *m*
Et (c) juncto bipedum curru metitur equorum. *f*

ORDO.

et caput, unde Enípeus primum erúmpit ſe, unde pater Tiberínus, et unde Aniéna fluénta, Hypaníſque ſonans ſaxóſum, *i. e. per ſaxa*, Myſúſque Caícus, et Eridanus, *cum* taurino vultu, auratus *quoad* gémina córnua, quo *Eridano* non álius amnis ínfluit violéntior per pínguia culta *arva* in purpúreum mare. Poſtquam eſt pervéntum in tecta thálami pendéntia púmice, et *mater* Cyréne cognóvit inánes fletus nati: Germánæ dant líquidos fontes mánibus órdine, ferúntque mantília tonſis villis: pars *eárum* ónerant menſas épulis, et repónunt plena pócula; aræ adoléſcunt Panchæis ígnibus. Et mater ait: Cape carchéſia Maónii Bacchi; libémus Océano. Simul ipſa precátur Oceanúmque, patrem rerum, fororéſque nymphas, quæ *ſervant* centum ſylvas, quæ ſervant centum flúmina. Ter perfúdit ardéntem Veſtam, *i. e. ignem* líquido néctare: Ter ſubjecta flamma relúxit ad ſummum tecti. Quo ómine firmans ánimum, ipſa ſic íncipit: in Carpáthio gúrgite Neptúni, eſt vates, cœrúleus Próteus, qui metítur magnum æquor, *invéctus* píſcibus, et juncto curru bípedum equórum.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.* (c) *Hypallage.*

Hic

Hic nunc Emathiæ portus, patriamque reviſit
Pallenen; hunc et nymphæ veneramur, et ipſe
Grandævus Nereus: novit namque omnia vates,
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno viſum eſt: immania cujus
Armenta, et turpes paſcit ſub gurgite phocas.
Hic tibi, nate, prius (a) vinclis capiendus, ut omnem
Expediat morbi cauſam, eventuſque ſecundet.
Nam ſine vi non ulla dabit præcepta, neque illum
Orando (b) flectes: vim (b) duram et vincula capto
Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.
Ipſa ego te, medios cum Sol accenderit æſtus,
Cum (b) ſitiunt herbæ, et pecori jam gratior umbra eſt,
In ſecreta ſedis ducam, quo feſſus ab undis
Se recipit; facile ut ſomno aggrediare jacentem.
Verum ubi correptum manibus, (a) vincliſque tenebis;
Tum variæ illudent ſpecies, atque ora ferarum.
Fiet enim ſubito ſus horridus, atraque tigris,
Squamoſuſque draco, et fulvâ cervice leæna:
Aut acrem flammæ ſonitum dabit, atque ita (a) vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit.
Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes;

h b f f m a q m p a m l p f q p p p q f c k f

ORDO.

Hic nunc reviſit portus Emáthiæ, patriámque Pallénen; et *nos* nymphæ, et grandævus Néreus ipſe, veneramur hunc: namque *ille* vates novit ómnia, quæ ſint, quæ fúerint, *et* quæ trahántur mox ventúra. Quippe ita eſt viſum Neptúno: cujus immánia arménta, et turpes phocas paſcit ſub gúrgite. Hic *Próteus eſt* priùs capiéndus tibi, nate, vínculis, ut expédiat omnem cauſam morbi, ſecundétque evéntus. Nam non dabit ulla præcépta ſine vi, neque flectes illum orándo: tende duram vim, et víncula *illi* capto: *ejus* inánes doli demum frangéntur circum hæc *vincula*. Ego ipſa, cùm ſol accénderit médios æſtus, cùm herbæ ſítiunt, et jam umbra eſt grátior pécori, ducam te in ſecréta *latíbula* ſedis, quò féſſus récipit ſe ab undis; ut fácilè aggrediáre *illum* jacéntem ſomno. Verùm ubi tenébis *illum* corréptum mánibus, vinculíſque; tum váriæ ſpécies, atque ora ferárum illúdent *tibi*. Enim ſúbitò fiet hórridus ſus, atráque tigris, ſquamoſúſque Draco, et Leæna fulvâ cervíce: aut dabit acrem ſonitum flammæ, atque ita éxcidet vínculis, aut dilápſus in ténues aquas abíbit. Sed quanto magis ille vertet ſe in omnes formas;

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.*

Tanto,

Tanto, nate, magis contende tenacia vincla: *b*
Donec talis erit, mutato corpore, qualem *f*
Videris, incepto tegeret cum (a) lumina ſomno. *p*
Hæc ait, et liquidum ambroſiæ diffudit odorem, *k*
Quo totum nati corpus perduxit; at illi *a*
Dulcis compoſitis ſpiravit crinibus aura, *f*
Atque habilis membris venit vigor. Eſt ſpecus ingens *n*
(b) Exeſi latere in montis; quo plurima vento *f*
Cogitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos; *l*
Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis. *g*
Intus ſe vaſti Proteus tegit objice ſaxi. *b*
Hic juvenem in latebris averſum à lumine Nympha *l*
Collocat, ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit. *k*
Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos *p*
Ardebat cœlo, et medium Sol igneus orbem *g*
(b) Hauſerat: arebant herbæ, et cava flumina ſiccis *n*
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant: *o*
Cum Proteus conſueta petens è fluctibus antra *g*
Ibat: eum vaſti circum gens humida ponti *m*
Exultans, rorem late diſpergit amarum. *a*
Sternunt ſe ſomno diverſæ in littore phocæ. *a*
Ipſe (velut (a) ſtabuli cuſtos in montibus olim, *l*
Veſper ubi è paſtu vitulos ad tecta reducit, *p*

ORDO.

tanto magis *tu*, nate, conténde tenácia víncula: donec erit talis, córpore mutáto, qualem víderis, cùm tégeret lúmina ſomno incépto. Ait hæc, et diffúdit líquidum odórem ambróſiæ, quo perdúxit totum corpus nati; at dulcis aura ſpirávit illi crínibus compóſitis, atque hábilis vigor venit membris. Eſt ingens ſpecus in látere exéſi montis, quò plúrima unda cógitur vento, ſcindítque ſeſe in redúctos ſinus; *fuit* olim tutíſſima ſtátio nautis deprénſis *procéllâ*. *Hic* Próteus tegit ſe óbjice vaſti ſaxi. Hìc nympha cóllocat júvenem avérſum à lúmine in látebris, *et* ipſa reſíſtit procùl obſcúra nébulis. Jam rápidus Sírius, torrens ſitiéntes Indos, ardébat cœlo, et ingens ſol haúſerat médium orbem: herbæ arébant, et rádii coquébant cava flúmina tepefácta faúcibus ſiccis ad limum: cum Próteus ibat è flúctibus petens conſuéta antra: húmida gens vaſti ponti, exúltans circum eum, diſpérgit amárum, *i. e. ſalſum* rorem. Phocæ ſternunt ſe divérſæ, *i. e. ſeparátim* in líttore. Ipſe, velut olim cuſtos ſtábuli, *i. e. arménti* in móntibus, ubi veſper redúcit vítulos è paſtu ad tecta,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Auditiſque lupos (a) acuunt balatibus agni) 435 *e*
Conſidit ſcopulo (b) medius, numerumque recenſet. *d*
Cujus Ariſtæo quoniam eſt oblata facultas; *p*
Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra, *f*
Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem *b*
Occupat. Ille ſuæ contra non immemor artis, 440 *l*
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum, *m*
Ignemque horribilemque feram, fluviumque liquentem. *d*
Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victus *k*
In ſeſe redit, atque hominis tandem ore locutus: *e*
Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras 445 *f*
Juſſit adire domos? quidve hinc petis? inquit. At ille, *q*
Scis, Proteu, ſcis ipſe; neque eſt te fallere cuiquam. *g*
Sed tu deſine velle: Deûm præcepta ſecuti *e*
Venimus huc, lapſis quæſitum oracula rebus. *m*
Tantum effatus. Ad hæc vates vi denique multâ 450 *f*
Ardentes oculos intorſit (c) lumine glauco; *f*
Et graviter frendens, ſic fatis ora reſolvit. *m*
(d) Non te nullius exercent numinis iræ; *a*
Magna luis commiſſa: tibi has miſerabilis Orpheus *o*
Haud quaquam ob meritum pœnas (ni fata reſiſtant) *f*

ORDO.

agníque ácuunt lupos balátibus auditis, conſídit médius ſcópulo, recenſétque número *pécudum*. Cujus *capiéndi* quóniam facúltas eſt oblàta Ariſtæo; vix paſſus ſenem *Prótea* compónere deféſſa membra, ruit cum magno clamóre, occupátque *illum* jacéntem mánicis. Contrà ille, non ímmemor ſuæ artis, transformat ſeſe *in* ómnia mirácula rerum, ignémque, horribilémque feram, liquentémque flúvium. Verùm ubi nulla fallácia réperit fugam, victus redit in ſeſe, atque tandem *eſt* locútus ore hóminis: quiſnam juſſit te, confidentíſſime júvenum, adire noſtras domos? quidve petis hinc? *ſic* inquit. At ille *Ariſtæus* ait, Proteu, ſcis, ipſe ſcis; neque eſt, *i. e. licet* cuiquam fállere te. Sed tu défine velle *fállere me: nos*, ſecúti præcépta Deórum, vénimus huc, quæſítum orácula lapſis rebus. *Eſt* effátus *hoc* tantùm. Ad hæc dénique vates intórſit ardéntes óculos glauco lúmine; et frendens gráviter ſic reſólvit ora fatis. Iræ nonnullius núminis exércent te; luis magna *ſcélera* commíſſa: Orpheus, miſerábilis haud quaquam ob *ſuum* méritum, ſúſcitat has pœnas *et majóres* (ni fata reſiſtant)

(a) *Metaphora.* (b) *Hypallage.* (c) *Metonymia.* (d) *Timeſis.*

Suſcitat,

Suſcitat, et raptâ graviter pro conjuge ſævit. 456 *p*
Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps, *p*
Immanem ante pedes hydrum moritura puella *b*
Servantem ripas altâ non vidit in herbâ. *a*
At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos 460 *p*
Implêrunt montes: (a) flerunt Rhodopeiæ arces, *b*
Altaque Pangæa, et Rheſi Mavortia tellus, *m*
Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia. *l*
Ipſe cavâ ſolans (b) ægrum teſtudine amorem, *m*
Te (c) dulcis conjux, te ſolo in littore ſecum, 465 *a*
Te veniente die, te decedente canebat. *l*
Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis, *l*
Et caligantem nigrâ formidine lucum *a*
Ingreſſus, Maneſque adiit, regemque tremendum, *g*
Neſciaque humanis precibus manſueſcere (b) corda. 470 *p*
At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis *g*
Umbræ ibant tenues, ſimulacraque (b) luce carentum: *d*
Quam multa in ſylvis avium ſe millia condunt, *g*
Veſper ubi, aut hybernus agit de montibus imber: *p*
Matres, atque viri, defunctaque corpora vitâ 475 *b*
Magnanimûm heroum, pueri, innuptæque puellæ, *p*
Impoſitique rogis juvenes ante ora parentum. *k*

ORDO.

et ſævit gráviter pro cónjuge raptâ *ſibi*. Illa puélla quidem moritúra, dum præceps fúgeret te per flúmina, non vidit, ante pedes in altâ herbâ, immánem hydrum ſervántem ripas. At chorus Dryadum, æquális *ætáte*, implevérunt ſuprémos montes clamóre: Rhodopéiæ arces flevérunt, altáque Pangæa, et Mavórtia tellus Rheſi, atque Getæ, atque Hebrus, atque Orithyia Actias. *Orpheus* ipſe, ſolans ægrum amórem cavâ teſtúdine, *canébat* te, dulcis conjux, *canébat* te ſecum in ſolo líttore, *canébat* te die veniénte, canébat te *die* decedénte. *Ille*, ingréſſus Tænárias fauces, alta óſtia Ditis, et lucum caligántem nigrâ formidine, adivit Manéſque, tremendúmque regem, cordáque néſcia manſuéſcere, humánis précibus. At ténues umbræ, commótæ cantu *Orphei*, ſimulacráque caréntium luce, ibant de imis ſédibus Erebi: quàm multa míllia ávium condunt ſe in ſylvis, ubi veſper, aut hybérnus imber agit *eas* de móntibus: matres atque viri, corporáque magnanimórum heróum defúncta vitâ, puéri, innuptæque puéllæ, juvenéſque impóſiti rogis ante ora paréntum *ibant*.

(a) *Syncope.* (b) *Metonymia.* (c) *Apoſtrophe.*

Quos (a) circum limus niger, et deformis arundo g
Cocyti, tardâque palus inamabilis undâ c
(a) Alligat, et novies Styx interfusa coëreet. l
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti e
Tartara, cœruleosque (b) implexæ crinibus angues l
Eumenides; tenuitque inhians tria Cerberus (c) ora; i
Atque Ixionii vento rota constitit orbis. h
Jamque pedem referens, casus evaserat omnes: l
Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras, i
Pone sequens; namque hanc dederat Proserpina legem: p
Cum subita incautum dementia cepit amantem, n
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes. f
Restitit, Eurydicenque suam jam luce sub ipsa, k
Immemor, heu! victusque animi, respexit: ibi omnis p
(d) Effusus labor, atque immitis rupta tyranni f
Fœdera, terque fragor stagnis auditus Avernis. l
Ille; Quis et me, inquit, miseram, et te perdidit, Orpheu? p
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro e
Fata vocant, conditque natantia (c) lumine somnus. o
Jamque vale: feror ingenti circumdata (c) nocte, l
Invalidasque tibi tendens, heu! non tua, palmas. l

ORDO.

Quos niger limus, et deformis arundo Cocyti, inamabilisque palus *cum* tardâ undâ circumalligat, et Styx novies interfusa coërcet. Quin domus ipsæ, atque intima Tartara lethi, Eumenidesque implexæ *quoad* cœruleos angues crinibus, obstupuere; Cerberusque, inhians, tenuit tria ora; atque rota Ixionii orbis constitit vento. Jamque *Orpheus* referens pedem, evaserat omnes casus: Eurydicéque reddita veniebat ad superas auras, sequens *eum* pone: namque Proserpina dederat hanc legem: cùm subita dementia cepit *eum* incautum amantem, *dementia* ignoscenda quidem, si Manes scirent ignoscere *quicquam*. Restitit, immemorque, heu! victusque animi, respexit suam Euridicen jam sub luce ipsâ: ibi omnis labor *est* effusus, atque fœdera immitis tyranni rupta, fragorque *est* ter auditus Avernis stagnis. Illa inquit; quis perdidit et me miseram, et te, Orpheu? quis tantus furor *est hic?* En iterum crudelia fata vocant me retro, somnusque condit natantia lumina. Jamque vale: feror circumdata ingenti nocte, tendensque invalidas palmas tibi, heu! non *amplius* tua.

(a) *Tmesis.* (b) *Hellenismus.* (c) *Metonymia.* (d) *Metaphora.*

Dixit,

Dixit, et ex oculis ſubito, ceu fumus in auras *k*
Commixtus tenues, fugit diverſa: neque illum *f*
Prenſantem nequicquam umbras, et multa volentem *a*
Dicere, præterea vidit; nec portitor Orci *l*
Amplius objectam paſſus tranſire paludem. *m*
Quid faceret? quo ſe raptâ bis conjuge ferret? *m*
Quo fletu Manes, qua numina voce moveret? *b*
Illa quidem Stygiâ nabat jam frigida cymbâ. *l*
Septem illum totus perhibent ex ordine menſes *g*
Rupe ſub aëria, deſerti ad Strymonis undam *l*
Fleviſſe, et gelidis hæc evolviſſe ſub antris, *f*
Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus. *g*
Qualis populeâ mœrens Philomela ſub umbrâ *h*
Amiſſos queritur fœtus, quos (a) durus arator *f*
Obſervans nido implumes, detraxit; at illa *a*
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen *c*
Integrat, et mœſtis late loca queſtibus implet. *n*
Nulla (b) Venus, nullique animum flexere (b) hymenæi. *p*
Solus Hyperboreas glacies, Tanaïmque nivalem, *i*
Arvaque Riphæis nunquam (a) viduata pruinis *n*
Luſtrabat; raptam Eurydicen, atque irrita Ditis *g*
Dona querens: ſpreto Ciconum quo munere matres, *p*

ORDO.

Dixit, et ſúbitò fugit divérſa ex óculis *Orphei*, ceu fumus commíxtus in ténues auras: neque prætérea vidit illum, prenſántem umbras nequícquam, et voléntem dicere multa; nec pórtitor orci *eſt* paſſus *eum* ámpliùs tranſíre objéctam palúdem. Quid fáceret? quò ferret ſe cónjuge bis raptâ? quo fletu *movéret* Manes, quâ voce movéret númina? Illa quidem jam frígida nabat Stygiâ cymbâ. Pérhibent, illum fleviſſe ſeptem totos menſes ex órdine ſub aëriâ rupe, ad undam deſérti Strymonis, et evolviſſe hæc ſub gélidis antris, mulcéntem tigres, et agéntem quercus cármine. Qualis Philoméla, mœrens ſub populeâ umbrâ, quéritur amiſſos fœtus, quos durus arátor, obſérvans implúmes nido, detráxit; at illa flet noctem, ſedénſque ramo, íntegrat miſerábile carmen, et implet loca latè mœſtis quéſtibus. Nulla Venus, nullíque Hymenæi flexére *ejus* ánimum. Solus luſtrábat Hyperbóreas glácies, nivalémque Tánaim, Arváque nunquam viduáta Riphæis pruinis; querens Eurydicen *eſſe* raptam, atque dona Ditis *eſſe* írrita: quo *nuptiáli* múnere ſpreto, matres Ciconum,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Inter

Inter ſacra (a) Deûm, nocturnique orgia Bacchi, f
Diſcerptum latos juvenem ſparſere per agros. g
Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulſum, k
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus q
Volveret, Eurydicen vox ipſa et frigida lingua, l
Ah miſeram Eurydicen, animâ fugiente, vocabat: i
Eurydicen toto referebant flumine ripæ. p
Hæc Proteus: et ſe jactu dedit æquor in altum; b
Quaque dedit, ſpumantem undam ſub vertice torſit. m
At non Cyrene: namque ultro affata timentem: a
Nate, licet (b) triſtes animo deponere curas. p
Hæc omnis morbi cauſa: hinc miſerabile Nymphæ, b
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis, q
Exitium miſere apibus. Tu munera ſupplex p
Tende, petens pacem, et faciles venerare Napæas. o
Namque dabunt veniam votis, iraſque remittent. l
Sed modus orandi qui ſit, prius ordine dicam. n
Quatuor eximios præſtanti corpore tauros, l
Qui tibi nunc viridis depaſcunt ſumma Lycæi, l
Delige, et intactâ totidem cervice juvencas. p
Quatuor his aras alta ad delubra Dearum m

ORDO.

inter ſacra Deórum, orgiáque noctúrni Bacchi, ſparſére júvenem diſcérptum per latos agros. Tum quoque cùm Oeágrius Hebrus, portans *ejus* caput, revúlſum à marmóreâ cervíce *in* médio gúrgite, vólveret *illud*, *ejus* vox ipſa, et frígida lingua, vocábat Eurydicen, ah! míſeram Eurydicen, ánimâ fugiénte: ripæ referébant Eurydicen toto flúmine. Próteus *ait* hæc: et dedit ſe jactu in altum æquor; quàque dedit *ſe*, torſit ſpumántem undam ſub vértice. At Cyréne non *immíſit ſe*: namque *eſt* affáta *fílium* timéntem ultro: nate, licet depónere triſtes curas *tuo* ánimo. Hæc *eſt* omnis cauſa morbi: hinc nymphæ, cum quibus illa agitábat choros in altis lucis, miſére miſerábile exítium ápibus. Tu ſupplex tende múnera, petens pacem, et veneráre fáciles Napæas. Namque dabunt véniam votis, remitténtque iras. Sed dicam priùs órdine, qui ſit modus orándi *eas*. Délige quátuor exímios tauros præſtánti córpore, qui nunc depáſcunt ſumma *cacúmina* víridis Lycæi, et *cum illis* totidem juvéncas cervíce intáctâ *jugo*. Conſtítue quátuor aras his *víctimis* ad alta delúbra Deárum,

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.*

Conſtitue,

Conſtitue, et ſacrum jugulis demitte cruorem, p
Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco. l
Poſt, ubi nona ſuos aurora oſtenderit ortus, l
Inferias Orphei lethæa papavera mittes, n
Placatam Eurydicen vitulâ venerabere cæsâ, d
Et nigram mactabis ovem, lucumque reviſes. g
Haud mora, continuo matris præcepta faceſſit: l
Ad delubra venit, monſtratas excitat aras. f
Quatuor eximios præſtanti corpore tauros l
Ducit, et intactâ totidem cervice juvencas. p
Poſt, ubi nona ſuos aurora induxerat ortus, l
Inferias Orphei mittit, lucumque reviſit. m
Hic vero ſubitum, ac dictu mirabile monſtrum f
Aſpiciunt; liquefacta boum per viſcera toto k
Stridere apes utero, et ruptis effervere coſtis, l
Immenſaſque trahi (a) nubes; jamque arbore ſummâ f
Confluere, et lentis (a) uvam demittere ramis. m
Hæc ſuper arvorum cultu pecorumque canebam, n
Et ſuper arboribus: Cæſar dum magnus ad altum l
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes m
Per populos dat jura, viamque affectat Olympo. p

ORDO.

et demítte ſacrum cruórem júgulis, deſeréque córpora ipſa boum frondóſo luco. Pòſt, ubi nona auróra ollénderit ſuos ortus, mittes lethæa papávera Inférias Orphei, venerábere placátam Eurydicen vitulâ cæsâ, et mactábis nigram ovem, reviſéſque lucum. Haud *eſt* mora, continuò facéſſit præcépta matris: venit ad delúbra, *et* éxcitat monſtrátas aras. Ducit quátuor eximios tauros præſtánti córpore, et totidem juvéncas cervíce intáctâ *jugo*. Pòſt, ubi nona auróra indúxerat ſuos ortus, mittit inférias Orphei, reviſítque lucum. Hìc verò aſpíciunt monſtrum ſúbitum, ac mirábile dictu; apes ſtrídere toto útero per liquefácta víſcera boum, et efférvere coſtis ruptis, immenſáſque nubes *eárum* trahi; jamque conflúere ſummâ árbore, et demíttere *quaſi* uvam lentis ramis. Canébam hæc ſuper cultu arvórum, pecorúmque, et ſuper arbóribus: dum magnus Cæſar fúlminat ad altum Euphrátem bello, victórque dat jura per voléntes pópulos, affectátque viam Olympo.

(a) *Metaphora.*

Illo

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat *h*
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis otî : *l*
Carmina qui luſi paſtorum ; audaxque juventâ, 565 *m*
Tityre, te patulæ cecini ſub tegmine fagi. *k*

ORDO.

Illo témpore dulcis Parthénope alébat me Virgílium, floréntem ſtúdiis ignóbilis ótii : qui luſi cármina paſtórum ; audáxque juvéntâ cécini te, Tityre, ſub tégmine pátulæ fagi.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER I.

ARMA, virumque cano, Trojæ qui primus ab oris *l*
Italiam, fato profugus, Lavinaque venit *p*
Littora; multum ille et terris jactatus et alto, *m*
Vi ſuperûm, ſævæ memorem Junonis ob iram: *p*
Multa quoque et bello paſſus, dum conderet urbem, *m*
Inferretque Deos Latio: genus unde Latinum, *d*
Albanique Patres, atque altæ mœnia Romæ. *f*
Muſa, mihi cauſas memora: quo numine læſo, *p*
Quidve dolens regina Deûm, tot (a) volvere caſus *p*
Inſignem pietate virum, tot adire labores *d*

ORDO.

Cano arma virúmque, qui, prófugus fato, primus venit ab oris Trojæ *in* Itáliam Lavináque líttora; ille jactátus multùm et terris et alto *mari*, vi ſuperórum, ob mémorem iram ſævæ Junónis: et paſſus multa bello quoque, dum cónderet urbem *Lavínium*, inferrétque *Penátes* Deos Látio: unde Latínum genus, Albaníque patres, atque mœnia altæ Romæ *ſunt orta*. Muſa, mémora cauſas mihi: quo númine læſo, quidve regina Deórum dolens, impúlerit *Æneam*, virum inſignem pietáte, vólvere tot caſus, *et* adíre tot labóres.

(a) *Metaphora.*

Impulerit. Tantæne animis cœleſtibus iræ? *p*
Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, *d*
Carthago, Italiam contra, Tiberinaque longe *b*
Oſtia; dives opum, ſtudiiſque (a) aſperrima belli; *k*
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam *b*
Poſthabitâ coluiſſe Samo. Hic illius arma, *k*
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus eſſe, *h*
Si qua fata ſinant, jam tum tenditque fovetque. *m*
Progeniem ſed enim Trojano à ſanguine duci *l*
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces: *m*
Hinc populum late regem belloque ſuperbum, *o*
Venturum excidio Libyæ: ſic volvere Parcas. *k*
Id metuens, veteriſque memor (b) Saturnia belli, *k*
Prima quod ad Trojam pro caris geſſerat Argis. *m*
Necdum etiam cauſæ irarum, ſævique dolores *m*
(a) Exciderant animo. Manet (a) alta mente repoſtum *k*
Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ, *l*
Et genus inviſum, et rapti Ganymedis honores. *n*
His (a) accenſa ſuper, jactatos æquore toto *f*
Troas, reliquias Danaûm atque immitis Achillei, *e*
Arcebat longe Latio: multoſque per annos *g*
Errabant acti fatis maria omnia circum. *b*

O R D O.

Tantæne iræ *inſunt* cœléſtibus ánimis? Fuit antíqua urbs, *quam* Tyrii colóni tenuére, Carthágo *nómine*, contra Itáliam, Tiberináque óſtia longè; dives opum, aſperrimáque ſtúdiis belli; quam *Cartháginem* unam Juno fertur coluíſſe magis ómnibus terris, *inſulâ* Samo poſthábitâ. Hìc illíus arma *fuére*, hìc currus fuit: Dea jam tum tendítque fovétque *ſpem*, hoc eſſe regnum géntibus, ſi quà fata ſinunt. Sed enim audíverat progéniem duci à Trojáno ſánguine, quæ olim vérteret Tyrias arces: pópulum regem, *i. e. regnántem* latè, ſuperbúmque bello, ventúrum hinc excídio Lybiæ: ſic Parcas vólvere *fila fatórum*. Satúrnia *erat* métuens id, memórque véteris belli, quod *ipſa* prima géſſerat ad Trojam pro caris Argis. Necdum étiam cauſæ irárum, ſævique dolóres excíderant *ejus* ánimo. Judícium Páridis manet repóſitum altâ mente, injuriáque formæ ſpretæ, et *Trojánum* genus invíſum *ſibi*, et honóres *púeri* Ganymédis rapti *à Jove*. Accénſa ſuper his, arcébat Troas, jactátos toto æquore, relíquias Danaórum atque immítis Achíllei, longè *à* Látio: actíque fatis errábant circum ómnia márias per multos annos.

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.*

Tantæ

(a) Tantæ molis erat Romanam condere gentem. *f*
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum *g*
Vela dabant læti, et ſpumas (b) ſalis ære ruebant; *n*
Cum Juno, æternum ſervans ſub (b) pectore vulnus, *a*
Hæc ſecum: Mene incepto deſiſtere victam, *a*
Nec poſſe Italia Teucrorum avertere regem? *f*
Quippe vetor fatis! Pallaſne exurere claſſem *m*
Argivûm, atque ipſos potuit ſubmergere ponto, *g*
Unius ob noxam et furias Ajacis Oïlei? *p*
Ipſa, Jovis rapidum (c) jaculata è nubibus ignem, *k*
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis: *f*
Illum exſpirantem transfixo pectore flammas *a*
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto. *k*
Aſt ego, quæ Divûm incedo Regina, Joviſque *m*
Et ſoror et conjux, unâ cum gente tot annos *m*
Bella gero: et quiſquam numen Junonis adoret *m*
Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem? *m*
Talia (c) flammato ſecum Dea corde volutans, *e*
Nimborum in patriam, loca (c) fœta (c) furentibus Auſtris, *d*
Æoliam venit. Hic vaſto rex Æolus antro *l*
(c) Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras *a*
Imperio premit, ac (d) vinclis et carcere frænat. *l*

ORDO.

Erat tantæ molis cóndere Románam gentem. Vix læti dabant vela in altum è conſpéctu Siculæ tellúris, et ruébant ſpumas ſalis ære *roſtrórum*; cùm Juno, ſervans ætérnum vulnus ſub péctore, *volvébat* hæc ſecum: mene *ita* victam deſiſtere incépto, nec poſſe avértere regem Teucrórum *ab* Itáliâ? quippe vetor fatis! Pallásne pótuit exúrere claſſem Argivórum, atque ſubmérgere ipſos ponto, ob noxam et fúrias unius Ajácis *fílii* Oïlei? Ipſa, jaculáta rápidum ignem Jovis è núbibus, disjecítque rates, evertítque æquora ventis: corripuit túrbine illum, exſpirántem flammas transfixo péctore, infixítque *illum* acúto ſcópulo. Aſt ego, quæ incédo regína Divórum, et ſorórque et conjux Jovis, gero bella tot annos cum unâ gente: et quiſquam prætérea adóret numen Junónis, aut ſupplex impónat honórem aris? Dea, volútans tália ſecum flammáto corde, venit in Æóliam, pátriam nimbórum, loca fœta furéntibus Auſtris. Hìc rex Æolus premit império ventos luctántes vaſto antro, ſonoráſque tempeſtátes, ac frænat *eos* vínculis et cárcere.

(a) *Epiphonema.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.* (d) *Syncope.*

Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt. Celſa ſedet Æolus arce,
Sceptra tenens: (a) mollitque animos, et temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, (a) verrantque per auras.
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens: molemque et montes inſuper altos
Impoſuit: regemque dedit, qui fœdere certo
Et (a) premere, et laxas ſciret dare juſſus (a) habenas.
Ad quem tum Juno ſupplex his vocibus uſa eſt:
Æole, (namque tibi Divûm pater atque hominum rex
Et (a) mulcere dedit fluctus, et tollere vento:)
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor,
(b) Ilium in Italiam portans, victoſque Penates.
Incute vim ventis, ſubmerſaſque obrue (c) puppes:
Aut age diverſas, et disjice corpora ponto.
Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ;
Quarum, quæ formâ pulcherrima, Deïopeiam
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo;
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
(a) Exigat, et pulchrâ faciat te prole parentem.
Æolus hæc contra: Tuus, ô regina, quid optes,

a b p l l l m p e a q f l l m n m b o g p p

ORDO.

Illi *venti* indignántes fremunt circum clauſtra montis cum magno múrmure. Æolus ſedet celsâ arce, tenens ſceptra: mollítque ánimos *eórum*, et témperat iras. Quippe, ni fáciat *id*, *hi* rápidi ferant mária ac terras, profundúmque cœlum ſecum, verrántque *ea* per auras. Sed omnipotens pater, métuens hoc, ábdidit *eos* atris ſpelúncis: inſupérque impóſuit molem et altos montes *iis*: deditque regem, qui, juſſus, ſciret et prémere *eos* certo fœdere, et dare laxas habénas. Ad quem tum Juno ſupplex eſt uſa his vócibus: Æole, (namque pater Divórum, atque rex hóminum dedit tibi, et mulcére fluctus, et tóllere *eos* vento:) gens, inimica mihi, návigat Tyrrhénum æquor, portans Ilium, victóſque Penátes in Itáliam. Incute vim ventis, obruéque ſubmérſas puppes: aut age *eas* divérſas, et díſjice córpora *virórum* ponto. Sunt mihi bis ſeptem Nymphæ præſtánti córpore; quarum *unam* Deïopéiam, quæ *eſt* pulchérrima formâ, jungam *tibi* ſtábili connúbio, dicabóque *eam* própriam *tibi*; ut éxigat omnes annos tecum pro tálibus méritis, et fáciat te paréntem pulchrâ prole. Æolus *reſpóndit* hæc contrà: O regína, *eſt* tuus labor exploráre, quid optes:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Explorare

(a) Explorare labor: mihi juſſa capeſſere fas eſt. *d*
Tu mihi quodcunque hoc regni, tu (b) ſceptra, Jovemque *m*
Concilias: tu das epulis accumbere Divûm, *p*
Nimborumque facis tempeſtatumque potentem. *f*
Hæc ubi dicta, cavum conversâ cuſpide montem *l*
Impulit in latus; ac venti, velut agmine facto, *q*
Quà data porta, ruunt, et terras turbine perflant. *l*
Incubuere mari, totumque à ſedibus imis *l*
Una Euruſque Notuſque ruunt, creberque procellis *k*
Africus; et vaſtos volvunt ad littora fluctus. *m*
Inſequitur clamorque virûm, ſtridorque rudentum. *p*
Eripiunt ſubito nubes, cœlumque, diemque *l*
Teucrorum ex oculis: ponto nox (a) incubat atra. *f*
Intonuere poli, et crebris micat ignibus æther: *q*
Præſentemque viris intentant omnia mortem. *f*
Extemplo Æneæ ſolvuntur frigore membra. *a*
Ingemit, et duplices tendens ad ſidera (c) palmas, *l*
Talia voce refert: O terque quaterque beati, *q*
Queis ante ora patrum, Trojæ ſub mœnibus altis, *f*
Contigit oppetere! ô Danaûm fortiſſime gentis *k*
Tydide, mene Iliacis occumbere campis *g*
Non potuiſſe? tuaque animam hanc (a) effundere dextrâ? *k*

ORDO.

eſt fas mihi capéſſere *tua* juſſa. Tu concílias mihi quodcúnque regni, hoc *eſt*, tu *concílias* ſceptra, Jovémque: tu das *mihi* accúmbere épulis Divórum, faciſque *me* poténtem *dóminum* nimbórum tempeſtatúmque. Ubi hæc *ſunt* dicta, *Æolus* impulit cavum montem cúſpide convérſâ in *ejus* latus; ac venti, velut ágmine facto, ruunt quà porta *erat* data, et perflant terras túrbine. Incubúere mari, Eurúſque, Notúſque, Africúſque creber procéllis, unà ruunt totum *mare* ab imis ſédibus; et volvunt vaſtos fluctus ad littora. Clamórque virórum, ſtridórque rudéntum inſéquitur. Súbitò nubes erípiunt cœlúmque diémque ex óculis Teucrórum: atra nox incubat ponto. Poli intonuére, et æther micat crebris ígnibus: omniáque inténtant præſéntem mortem viris. Extémplò membra Ænéæ ſolvúntur frígore. Ingémit, et tendens dúplices palmas ad ſidera, refert tália voce: O terque quatérque beáti *ſunt illi*, queis cóntigit oppétere *mortem* ante ora patrum, ſub altis mœnibus Trojæ! O Tydide, fortíſſime gentis Danaórum, mene non potuíſſe occúmbere *morti* Iliacis campis? effunderéque hanc *meam* ánimam tuâ dextrâ?

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Sævus

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector, ubi ingens q
Sarpedon: ubi tot Simoïs correpta ſub undis e
Scuta virûm, galeaſque et fortia corpora volvit. q
Talia (a) jactanti ſtridens Aquilone procella n
Velum adverſa ferit, (b) fluctuſque ad ſydera tollit. f
Franguntur remi: tum (c) prora avertit, et undis a
Dat latus: inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. k
Hi ſummo in fluctu pendent; his unda dehiſcens a
Terram inter fluctus aperit: fuerit æſtus arenis. c
Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet; n
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, Aras; k
Dorſum immane mari ſummo. Tres Eurus ab alto f
In brevia et ſyrtes urget, (miſerabile viſu) n
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ. h
Unam quæ Lycios fidumque vehebat Orontem, h
Ipſius ante oculos ingens à vertice (c) pontus l
In puppim ferit: excutitur pronuſque magiſter e
Volvitur in caput: aſt illam ter fluctus ibidem l
Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex. o
Apparent rari nantes in gurgite vaſto: a
Arma virûm, tabulæque et Troïa gaza per undas. q
Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ; l

O R D O.

ubi ſævus Hector jacet telo *Achillis* Æácidæ, ubi ingens Sarpédon *jacet:* ubi *flúvius* Simoïs volvit tot ſcuta virórum correpta ſub undis, galeáſque et fórtia córpora *ſecum.* Procélla, ſtridens Aquilóne, ferit velum advérſâ, *illi* jactánti tália, tollítque fluctus ad ſydera. Remi frangúntur: tum prora avértit *ſe,* et dat latus undis: mons aquæ prærúptus cúmulo *flúctuum* inſequitur. Hi pendent in ſummo fluctu; unda dehíſcens áperit terram his inter fluctus: æſtus furit arénis. Notus torquet tres *naves* abréptas in laténtia ſaxa; *illa* ſaxa, quæ Itáli vocant Aras in médiis flúctibus, *quæ ſunt quaſi* immáne dorſum *in* ſummo mari. Eurus urget tres *naves* ab alto in brévia et ſyrtes (miſerábile viſu) illidítque *eas* vadis, atque cingit *eas* ággere arénæ. Ingens pontus ferit unam, quæ vehébat Lycios fidúmque Oróntem, à vértice in puppim ante óculos *Æneæ* ipſíus: magiſter *navis* excútitur, volvitúrque pronus in caput: aſt fluctus, circumágens illam ter ibídem, torquet, et rápidus vortex vorat *illam* æquóre. Rari appárent nantes in vaſto gúrgite: arma virórum, tabulæque, et Troïa gaza *flúctuant* per undas. Jam hyems vicit válidam navem Iliónei, jam *navem* fortis Achátæ;

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbole.* (c) *Synecdoche.*

Et

Et qua vectus Abas, et qua grandævus Alethes, *f*
Vicit (a) hyems: laxis laterum compagibus omnes *p*
Accipiunt inimicum (a) imbrem, rimiſque fatiſcunt. *l*
Interea magno miſceri murmure pontum, *m*
Emiſſamque (a) hyemem ſenſit Neptunus, et imis *f*
Stagna refuſa vadis: graviter commotus, et alto *k*
Proſpiciens, ſummâ placidum caput extulit undâ. *o*
Disjectam Æneæ toto videt æquore claſſem, *b*
Fluctibus oppreſſos Troas, cœlique ruinâ. *m*
Nec latuere doli fratrem Junonis, et iræ: *l*
Eurum ad ſe Zephyrumque vocat: dehinc talia fatur; *e*
Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri? *k*
Jam cœlum terramque, meo ſine numine, venti, *c*
Miſcere, et tantas audetis tollere moles? *a*
(b) Quos ego. Sed motos præſtat componere fluctus. *m*
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. *l*
Maturate fugam, regique hæc dicite veſtro: *f*
Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem, *c*
Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania (c) ſaxa, *k*
Veſtras, Eure, domos: illa ſe jactet in aula *f*
Æolus, et clauſo ventorum carcere regnet. *m*
Sic ait, et dicto citius tumida æquora placat, *o*

ORDO.

et *eam* quâ Abas, et quâ grandævus Alethes *erat* vectus: omnes *hæ*, compágibus láterum laxis, accipiunt inimícum imbrem, fatiſcúntque rimis. Intérea Neptúnus ſenſit pontum miſcéri magno múrmure, hyemémque emíſſam, et ſtagna refúſa imis vadis: commótus gráviter, et proſpíciens alto, éxtulit plácidum caput ſummâ undâ. Videt claſſem Æneæ disjéctam toto æquore, Troas oppréſſos flúctibus ruinâque cœli. Nec doli Junónis, et *ejus* iræ latuére fratrem *Neptúnum*: vocat Eurum Zephyrúmque ad ſe: dehinc fatur tália; tantáne fidúcia veſtri géneris ténuit vos *ventos?* jam audétis, *ó* venti, miſcére cœlum terrámque, ſine meo númine, et tóllere tantas moles? Quos ego *púniam*. Sed præſtat compónere motos fluctus. Poſt non luétis commíſſa mihi ſímili pœnâ. Maturáte fugam, dicitéque hæc veſtro regi: impérium pélagi, ſævúmque tridéntem *eſſe* datum non illi, ſed mihi ſorte: ille tenet immánia ſaxa, veſtras domos, Eure: Æolus jactet ſe in illâ aulâ, et regnet clauſo cárcere ventórum. Sic *Neptúnus* ait, et, cítius dicto, placat túmida æquóra,

(a) *Metonymia.* (b) *Apoſiopeſis.* (c) *Synecdoche.*

Collectaſque

Collectaſque fugat nubes, Solemque reducit. *m*
Cymothoë ſimul, et Triton adnixus, acuto *l*
Detrudunt naves ſcopulo: levat ipſe tridenti; *c*
Et vaſtas aperit ſyrtes, et temperat æquor, *f*
Atque rotis ſummas levibus perlabitur undas. *p*
Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt *p*
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus; *p*
Jamque faces et ſaxa volant, furor arma miniſtrat: *o*
Tum, pietate (a) gravem ac meritis ſi forte virum quem *k*
Conſpexêre, ſilent, arrectiſque auribus adſtant: *f*
Ille regit dictis animos, et pectora mulcet. *p*
Sic cunctus pelagi cecidit fragor: æquora poſtquam *d*
Proſpiciens genitor, cœloque invectus aperto, *l*
Flectit equos, (b) curruque volans dat lora ſecundo. *p*
Deſeſſi Æneadæ, quæ proxima, littora curſu *b*
(a) Contendunt petere, et Libyæ vertuntur ad oras. *e*
Eſt in ſeceſſu longo locus: Inſula portum *b*
Efficit objectu laterum; quibus omnis ab alto *o*
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos. *l*
Hinc atque hinc vaſtæ rupes, (c) geminique minantur *b*
In cœlum ſcopuli: quorum ſub vertice late *f*
Æquora tuta ſilent: tum ſylvis ſcena coruſcis, *l*

ORDO.

ſugátque colléctas nubes, reducítque ſolem. *Nympha* Cymóthoë ſimul, et Triton adnixus, detrúdunt naves acúto ſcópulo: *Neptúnus* ipſe levat *eas* tridénti; et áperit vaſtas ſyrtes, et témperat æquor, atque perlábitur ſummas undas lévibus rotis *currûs*. Ac, véluti cùm ſæpe ſeditio eſt coorta in magno pópulo, ignobiléque vulgus ſævit ánimis; jamque faces et ſaxa volant, furor miniſtrat arma: tum, ſi ſortè conſpexére quem virum, gravem pietáte ac méritis, ſilent, adſtántque arréctis aúribus: ille regit *eórum* ánimos, et mulcet péctora *ſuis* dictis. Sic cunctus fragor pélagi cécidit: poſtquam génitor *Neptúnus*, proſpíciens æquóra, invectúſque apérto cælo, flectit equos, volánſque dat lora ſecúndo cúrrui. Deféſſi Ænéadæ conténdunt pétere curſu líttora, quæ *ſunt* próxima, et vertúntur ad oras Líbyæ. Eſt locus in longo ſecéſſu: *ibi* inſula éfficit portum objéctu láterum; quibus omnis unda, *véniens* ab alto, frángitur, ſcindítque ſeſe in redúctos ſinus. Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminíque ſcópuli minántur *aſcénſum* in cœlum: ſub vértice quorum æquóra tuta latè ſilent: tum ſcena corúſcis ſylvis,

(a) *Metaphora.* (b) *Apocope.* (c) *Hyperbole.*

Deſuper,

Deſuper, horrentique atrum nemus imminet umbra. n
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum: p
Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo; n
Nympharum domus: hic feſſas non vincula naves f
Ulla tenent, unco non alligat anchora (a) morſu. n
Huc ſeptem Æneas collectis navibus omni a
Ex numero ſubit: ac magno telluris amore l
Egreſſi, optatâ potiuntur Troës arenâ, g
Et (a) ſale tabentes artus in littore ponunt. m
Ac primum ſilici ſcintillam excudit Achates, f
Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum g
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. e
Tum (a) Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma n
Expediunt (b) feſſi rerum: frugeſque receptas m
Et torrere parant flammis, et frangere ſaxo. f
Æneas ſcopulum interea conſcendit, et omnem e
Proſpectum late pelago petit, Anthea ſi quà c
Jactatum vento videat, Phrygiaſque biremes c
Aut Capyn, aut celſis in (c) puppibus arma Caici. n
Navem in conſpectu nullam, tres littore cervos a
Proſpicit errantes: hos tota armenta ſequuntur m
A tergo, et longum per valles paſcitur agmen. a

ORDO.

atrúmque nemus horrénti umbrâ imminet déſuper. Sub advérsâ fronte *eſt* antrum pendéntibus ſcópulis: intùs *ſunt* dulces aquæ, ſediliáque vivo ſaxo; domus nympharum: hìc non ulla vincula tenent feſſas naves, ánchora non álligat *eas* unco morſu. Æneas, ſeptem navibus colléctis ex omni número, ſubit huc: ac Troes, egréſſi magno amóre tellúris, potiúntur optátâ arénâ, et ponunt artus tabéntes ſale in líttore. Ac primùm Achátes excúdit ſcintíllam ſílici, ſuſcepítque ignem fóliis, atque circúmdedit árida nutriménta, rapuítque flammam in fómite. Tum feſſi rerum expédiunt Cérerem corrúptam undis, Cerealiáque arma: parántque et frángere recéptas fruges ſaxo, et torrére *eas* flammis. Intérea Ænéas conſcéndit ſcópulum, et petit omnem proſpéctum pélago latè, ſi quà videat Anthéa jactátum vento, Phrygiáſque birémes, aut Capyn, aut arma Caïci in celſis púppibus. Próſpicit nullam navem in conſpéctu, *ſed* tres cervos errántes líttore: tota arménta ſequúntur hos à tergo, et longum agmen páſcitur per valles.

(a) *Metonymia.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Synecdoche.*

Conſtitit hic, arcumque manu celereſque ſagittas o
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates. n
Ductoreſque ipſos primum, capita alta ferentes b
Cornibus (a) arboreis, ſternit: tum vulgus, et omnem l
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam. 191 p
Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor m
Corpora fundat humi, et numerum cum navibus æquet. k
Hinc portum petit, et ſocios partitur in omnes. e
(b) Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes 195 o
Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros, i
Dividit, et dictis mœrentia pectore mulcet: n
O ſocii (neque enim ignari ſumus ante malorum) q
O paſſi graviora! dabit Deus his quoque finem. d
Vos et Scyllæam rabiem, penituſque ſonantes 200 c
Accêſtis ſcopulos; vos et Cyclopea (c) ſaxa f
Experti: (a) revocate animos, (d) mœſtumque timorem e
Mittite: forſan et hæc olim meminiſſe juvabit. n
(e) Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum, m
Tendimus in Latium; ſedes ubi fata quietas 205 q
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Trojæ. b
Durate, et voſmet rebus ſervate ſecundis. a
Talia voce refert; curiſque ingentibus æger, l

O R D O.

Cónſtitit hìc, corripuítque manu arcum, celeréſque ſagíttas, quæ tela fidus Achátes gerébat. Primùmque ſternit ductóres ipſos, feréntes alta cápita arbóreis córnibus: tum miſcet vulgus, et omnem turbam, agens *eam* telis inter fróndea némora. Nec abſiſtit priùs quàm victor fundat ſeptem ingéntia córpora *eórum* humi, et æquet número cum návibus. Hinc petit portum, et partítur *ea* in omnes ſócios. Deínde dívidit vina, quæ *impóſita* cadis bonus Acéſtes oneráverat Trinácrio líttore, heróſque déderat *iis* abeúntibus, et mulcet mœréntia péctora *bis* dictis: O ſócii (neque enim ſumus ignári malórum antè) ô paſſi gravióra *præſentibus!* Deus dabit finem his quoque. Vos et acceſſíſtis Scyllæam rábiem, ſcopulóſque ſonántes péraitus: et vos *eſtis* expérti Cyclópea ſaxa: revocáte ánimos, mittitéque mœſtum timórem: forſan juvábit olim meminíſſe hæc. Per vários caſus, per tot diſcrímina rerum, téndimus in Látium; ubi fata oſténdunt quiétas ſedes: *eſt* fas regna Trojæ reſúrgere illic. Dúrate, et ſerváte voſmet ſecúndis rebus. Refert tália voce; ægérque ingéntibus curis,

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbaton.* (c) *Synecdoche.* (d) *Metonymia.* (e) *Epiphonema.*

Spem

Spem vultu ſimulat, premit (a) altum corde dolorem. *e*
Illi ſe prædæ accingunt dapibuſque futuris: *b*
Tergora diripiunt coſtis, et viſcera nudant: *b*
Pars in fruſta ſecant, verubuſque trementia figunt. *d*
Littore ahena locant alii, flammaſque miniſtrant. *k*
Tum victu (a) revocant vires: fuſique per herbam, *f*
(b) Implentur veteris (c) Bacchi, pinguiſque ferinæ. *f*
Poſtquam exempta fames epulis, menſæque remotæ; *e*
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt, *g*
Spemque metumque inter dubii: ſeu vivere credant, *p*
Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos. *f*
Præcipe pius Æneas, nunc acris Orontei, *l*
Nunc Amyci caſum gemit, et crudelia ſecum *p*
Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum. *p*
Et jam finis erat: cum Jupiter æthere ſummo *h*
Deſpiciens mare velivolum, terraſque jacentes, *l*
Littoraque, et latos populos: ſic vertice cœli *p*
Conſtitit, et Libyæ defixit (c) lumina regnis. *l*
Atque illum tales (a) jactantem (c) pectore curas, *a*
Triſtior, et lacrymis oculos ſuffuſa nitentes. *k*
Alloquitur Venus: O, qui res hominumque (d) Deûmque *q*
Æternis regis imperiis, et fulmine terres: *e*

ORDO.

ſimulat ſpem vultu, *et* premit altum dolórem corde. Illi *Trojáni* accíngunt ſe prædæ futuríſque dápibus: dirípiunt tergora *cervórum* coſtis, et nudant víſcera *eórum:* pars *Troum* ſecant *córpora cervórum* in fruſta, figúntque *ea* treméntia vérubus. Alii locant ahéna líttore, miniſtrántque flammas. Tum révocant vires victu; fuſíque per herbam, impléntur véteris Bacchi, pinguíſque ferínæ. Poſtquam fames *eſt* exémpta épulis, menſæque remótæ; requirunt amíſſos ſócios longo ſermóne, dúbii inter ſpemque metúmque: ſeu credant *eos* vívere, ſive pati extréma, nec jam *mórtuos* exaudire *ſe* vocátos. Præcípuè pius Ænéas gemit ſecum caſum, nunc acris Oróntei, nunc Amyci, et crudélia fata Lyci, fortémque Gyan, fortémque Cloánthum. Et jam erat finis *épulis et ſermóni:* cùm Júpiter, deſpíciens ſummo æthére, velivolum mare, terráſque jacéntes, littoráque, et latos pópulos; ſic cónſtitit vértice cœli, et defixit lúmina regnis Líbyæ. Atque Venus, tríſtior, et ſuffúſa *quoad* niténtes óculos lácrymis, allóquitur illum jactántem tales curas péctore: O *tu*, qui regis res hominúmque Deorúmque ætérnis impériis, et terres *ómnia* fúlmine:

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Metonymia.* (d) *Syncope.*

Quid meus Æneas in te committere tantum, *m*
Quid Troës potuere? quibus tot (a) funera paſſis *e*
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis? *l*
Certe hinc Romanos olim, (b) volventibus annis, *a*
Hinc fore ductores, revocato à ſanguine Teucri, 235 *p*
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent, *n*
Pollicitus: quæ te, genitor, ſententia vertit? *p*
Hoc equidem occaſum Trojæ triſteſque ruinas *m*
Solabar, fatis contraria fata rependens. *b*
Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos 240 *p*
Inſequitur: quem das finem, rex magne, laborum? *m*
Antenor potuit, mediis elapſus Achivis, *e*
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus *k*
Regna Liburnorum et fontem ſuperare Timavi: *n*
Unde per ora novem vaſto cum murmure montis 245 *l*
It mare proruptum, et pelago (b) premit arva ſonanti, *o*
Hic tamen ille urbem Patavi ſedeſque locavit *p*
Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit *b*
Troïa: nunc placidâ compôſtus pace quieſcit. *l*
Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem, 250 *q*
Navibus (infandum!) amiſſis, unius ob iram *m*
Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris. *l*

ORDO.

quid tantum *ſcelus* meus Ænéas, quid Troës potuére committere in te? quibus, paſſis tot fúnera, cunctus orbis terrárum claúditur ob Itáliam? Certè *es* pollícitus Romános *fore* hinc olim, annis volvéntibus, ductóres fore hinc, à revocáto ſánguine Teucri, qui tenérent mare, qui *tenérent* terras omni ditióne: génitor, quæ ſenténtia vertit te? Equidem ſolábar occáſum triſtéſque ruínas Trojæ hoc, repéndens contrária fata *bis* fatis. Nunc eádem fortúna inſéquitur viros actos tot cáſibus: magne rex, quem finem labórum das *illis?* Anténor, elápſus médiis Achívis, tutus pótuit penetráre Illyricos ſinus, atque íntima regna Liburnórum, et ſuperáre fontem Timávi: unde *ille flúvius* it *véluti* prorúptum mare, per novem ora cum vaſto múrmure montis, et premit arva ſonánti pélago. Tamen hìc ille *Anténor* locávit urbem Pátavi, ſedéſque Teucrórum, et dedit nomen genti, fixítque Tróïa arma: nunc quiéſcit compóſitus plácidâ pace. Nos, tua progénies, quibus ánnuis arcem cœli, návibus amíſſis, (infándum!) pródimur ob iram unius *Junónis*, atque disjúngimur longè Itális oris.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Hic

Hic pietatis honos? Sic nos in (a) ſceptra reponis? *l*
(b) Olli ſubridens hominum ſator atque Deorum, *c*
Vultu, quo cœlum tempeſtateſque ſerenat, *a*
Oſcula libavit natæ: dehinc talia fatur: *m*
Parce (c) metu, (d) Cytherea; manent immota tuorum *k*
Fata tibi: cernes urbem et promiſſa Lavini *m*
Mœnia, ſublimemque feres ad ſidera cœli *p*
Magnanimum Æneam, neque me ſententia vertit. *p*
Hic (tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet; *l*
Longius et volvens fatorum arcana movebo) *m*
Bellum ingens geret Italiâ, populoſque feroces *d*
(e) Contundet, moreſque viris et mœnia ponet: *g*
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas, *l*
Ternaque tranſierint Rutulis hyberna ſubactis. *k*
At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iülo *l*
Additur, (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno) *q*
Triginta magnos volvendis menſibus orbes *a*
Imperio explebit, regnumque ab ſede Lavini *m*
Transferet, et longam multâ vi muniet Albam. *m*
Hic jam tercentum totos regnabitur annos *a*
Gente ſub Hectorea, donec regina ſacerdos *l*
Marte (a) gravis, geminam partu dabit Ilia prolem. *q*

ORDO.

An hic *eſt* honos *noſtræ* pietátis? Sic repónis nos in ſceptra? *Júpiter*, ſator hóminum atque Deórum, ſubridens olli vultu, quo ſerénat cœlum tempeſtatéſque, libávit óſcula natæ *Véneris*: dehinc fatur tália: Cytheréa, parce métu: fata tuórum manent immóta tibi: cernes urbem, et promíſſa mœnia Lavínii, feréſque magnánimum Ænéam ſublímem ad ſídera cœli, neque ſenténtia vertit me. Hic *Ænéas* (enim fabor tibi, quando hæc cura remórdet te; et movébo *tibi* arcána fatórum volvens *ea* lóngiùs) geret ingens bellum Itáliâ, contundétque feróces pópulos, ponétque mores et mœnia viris: dum tértia æſtas víderit *eum* regnántem Látio, ternáque hybérna tranſíverint Rútulis ſubáctis. At puer Aſcánius, cui nunc Julo cognómen ádditur, (Ilus erat *nomen*, dum Ilia res ſtetit regno) explébit império triginta magnos orbes *ſolis* ménſibus volvéndis, transferétque regnum ab ſede Lavínii, et múniet longam Albam multâ vi. Hic jam regnábitur tercéntum totos annos ſub Hectóreâ gente, donec Ilia, regina, ſacérdos, gravis Marte, dabit géminam prolem *uno* partu.

(a) *Metonymia.* (b) *Antitheſis.* (c) *Apocope.* (d) *Antonomaſia.* (e) *Metaphora.*

Inde

Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus m
Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet l
(a) Mœnia, Romanoſque ſuo de nomine dicet. p
His ego nec metas rerum, nec tempora pono: m
Imperium ſine fine dedi. Quin aſpera Juno, k
Quæ mari nunc terraſque metu cœlumque fatigat, p
Conſilia in melius referet; mecumque fovebit k
Romanos rerum dominos, gentemque togatam. g
Sic placitum. Veniet (b) luſtris labentibus ætas, l
Cum domus Aſſaraci (b) Phthiam claraſque (b) Mycenas k
Servitio premet, ac victis dominabitur (b) Argis. q
Naſcetur pulchra Trojanus origine Cæſar, b
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris, l
Julius, à magno demiſſum nomen Iülo. m
Hunc tu olim cœlo, ſpoliis Orientis onuſtum, c
Accipies ſecura: vocabitur hic quoque votis. o
(c) Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis. l
Cana fides, et Veſta, Remo cum fratre Quirinus, p
Jura dabunt: diræ ferro et compagibus arctis m
Claudentur belli portæ: (d) Furor impius intus b
Sæva ſedens ſuper arma, et centum vinctus ahenis l
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento. c

ORDO.

Inde Rómulus, lætus fulvo tégmine lupæ nutrícis, excípiet gentem, et conde: Mavórtia mœnia, dicétque Romános de ſuo nómine. Ego pono nec metas rerum nec témpora his: dedi impérium *bis* ſine fine. Quin áſpera Juno, quæ nunc fatígat mare, terráſque, cœlúmque metu, reféret conſília in mélius; mecúmque fovébit Romános dóminos rerum, togatámque gentem. Sic *eſt* placítum. Ætas véniet luſtris labéntibus, cùm domus Aſſáraci premet Phthiam, claráſque Mycénas ſervítio, ac dominábitur Argis victis. Cæſar naſcétur, Trojánus pulchrâ orígine, qui términet impérium Océano, *et* famam aſtris, *dictus* Július, nomen demíſſum à magno Iülo. Tu ſecúra accípies hunc olim cœlo, onúſtum ſpóliis Oriéntis: hic quoque vocábitur votis. Tum áſpera ſécula mitéſcent bellis póſitis. Cana fides, et Veſta, *et* Quirínus cum Remo fratre, dabunt jura: diræ portæ belli claudéntur ferro et arctis compágibus: ímpius furor ſedens intus ſuper ſæva arma, et vinctus poſt tergum ahénis nodis, fremet hórridus cruénto ore.

(a) *Metalepſis.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.* (d) *Proſopopeia.*

Hæc

Hæc ait, et Majâ genitum demittit ab alto: *p*
Ut terræ, utque novæ pateant Carthaginis arces *e*
Hoſpitio Teucris: ne fati neſcia Dido *m*
Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum *o*
(a) Remigio alarum, ac Libyæ citus adſtitit oris: *o*
Et jam juſſa facit: ponuntque ferocia Pœni *b*
Corda, volente Deo: imprimis Regina quietum *e*
Accipit in Teucros animum mentemque benignam. *p*
At pius Æneas per noctem plurima volvens, *m*
Ut primum lux alma data eſt, exire, locoſque *g*
Explorare novos; quas vento acceſſerit oras, *f*
Qui teneant (nam inculta videt) homineſne, feræne, *o*
Quærere conſtituit, ſociiſque exacta referre. *k*
Claſſem in convexo nemorum, ſub rupe cavata, *g*
Arboribus clauſam circum atque horrentibus umbris, *m*
Occulit: ipſo uno graditur comitatus Achate, *o*
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. *m*
Cui mater mediâ ſeſe tulit (b) obvia ſylvâ, *b*
Virginis os habitumque gerens et virginis arma *k*
Spartanæ: vel qualis equos Threïſſa fatigat *g*
Harpalyce, volucremque fugâ prævertitur Hebrum. *k*
Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum *p*

ORDO.

Júpiter ait hæc, et demittit *Mercúrium* génitum Majâ ab alto *cælo*: ut terræ, utque arces novæ Carthâginis páteant Hoſpítio Teucris: ne Dido, néſcia fati, arcéret *eos* fínibus. Ille *Mercúrius* volat per magnum aëra remigio alárum, ac citus ádſtitit oris Líbyæ: et jam facit juſſa: Pœníque ponunt ferócia corda, Deo voléntе: imprimis Regina *Dido* áccipit quiétum ánimum, benignámque mentem in Teucros. At pius Ænéas, volvens plúrima per noctem, ut primùm alma lux eſt data, conſtituit exíre, exploraréque novos locos; quærere, quas oras accéſſerit vento, qui téneant (nam videt *loca* incúlta) hominéſne feræne *hábitent ea*, referréque *ómnia* exácta ſóciis. Occulit claſſem in convéxo némorum, ſub cavátâ rupe, circumcláuſam arbóribus atque horréntibus umbris: ipſe gráditur comitátus uno Achátе, criſpans manu bina haſtília lato ferro. Cui mater tulit ſeſe óbviam médiâ ſylvâ; gerens os habitúmque vírginis, et arma Spartánæ vírginis: vel qualis Threíſſa Harpályce fatígat equos, prævertitúrque vólucrem *flúvium* Hebrum fugâ. Namque venátrix ſuſpénderat hábilem arcum húmeris de more,

(a) *Metaphora.* (b) *Hypallage.*

Venatrix,

Venatrix, dederatque comam diffundere ventis, e
(a) Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes. p
Ac prior: Heus, inquit, juvenes, monſtrate mearum p
Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum, a
Succinctam pharetrâ et maculoſæ tegmine lyncis, e
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem. f
Sic Venus: at Veneris contra ſic filius orſus: e
Nulla tuarum audita mihi, neque viſa ſororum, o
O (quam te memorem!) Virgo: namque haud tibi vultus f
Mortalis, nec vox (b) hominem ſonat. O Dea, certe: c
An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis una? f
Sis felix, noſtrumque leves quæcumque laborem: g
Et quo ſub cœlo tandem, quibus orbis in oris b
Jactemur, doceas: ignari hominumque locorumque b
Erramus, vento huc et vaſtis fluctibus acti. a
Multa tibi ante aras noſtrâ cadet hoſtia dextrâ. n
Tunc Venus: Haud equidem tali me dignor honore. l
Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram, l
Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. m
Punica regna vides, Tyrios, et Agenoris urbem; i
Sed fines Libyci, genus intractabile bello. e
Imperium Dido Tyriâ regit urbe profecta, o

ORDO.

dederátque ventis diffúndere comam, nuda genu, collectáque fluéntes ſinus *veſtis* nodo. Ac prior inquit, júvenes, heus, monſtráte *mihi*, ſi fortè vidiſtis quam meárum ſorórum errántem hìc, ſuccinctam pharetrâ, et tégmine maculóſæ lyncis, aut preméntem curſum ſpumántis apri clamóre. Sic Venus *eſt locúta:* at filius Véneris eſt orſus ſic contrà: nulla tuárum ſorórum *eſt* audita mihi, neque viſa, O Virgo (quam mémorem te!) Namque haud *eſt* tibi mortális vultus, nec vox ſonat hóminem. O Dea, certè: an *es* ſoror Phœbi, an una ſánguinis nymphárum? quæcúnque *es*, fis felix, levéſque noſtrum labórem: et dóceas *nos*, ſub quo cœlo tandem, in quibus oris orbis jactémur: *nos* ignári hóminum locorúmque errámus, acti huc vento et vaſtis flúctibus. Multa hóſtia cadet noſtrâ dextrâ tibi ante aras. Tunc Venus *ait:* équidem haud dignor me tali honóre. Eſt mos Tyriis virgínibus geſtáre pharétram, vinciréque ſuras altè purpúreo cothúrno. Vides púnica regna, Tyrios, et urbem Agénoris; ſed *ſunt* Líbyci fines, *et* genus *hóminum* intractábile bello. Dido, profécta Tyriâ urbe, fúgiens Germánum, regit impérium:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.*

Germanum

Germanum fugiens: longa eſt injuria, longæ *f*
Ambages: (a) ſed ſumma ſequâr faſtigia rerum. *g*
Huic conjux Sichæus erat, ditiſſimus agri *g*
Phœnicum, et magno miſeræ dilectus amore: *g*
Cui pater intactam dederat, primiſque jugârat *p*
Ominibus: ſed regna Tyri germanus habebat *p*
Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes. *k*
Quos inter (b) medius venit furor: ille Sichæum, *h*
Impius ante aras, atque auri (c) cæcus amore, *m*
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum *g*
Germanæ: factumque diu celavit; et ægram, *g*
Multa malus ſimulans, vanâ ſpe luſit amantem. *l*
Ipſe ſed in ſomnis inhumati venit imago *p*
Conjugis, ora modis attollens pallida miris: *l*
Crudeles aras, trajectaque pectora ferro *b*
(c) Nudavit, cæcumque domus ſcelus omne (c) retexit. *c*
Tum celerare fugam, patriâque excedere ſuadet: *k*
Auxiliumque viæ veteres tellure recludit *k*
Theſauros, ignotum argenti pondus et auri. *a*
His commota, fugam Dido ſocioſque parabat. *b*
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni *k*
Aut metus acer erat: naves, quæ forte paratæ, *l*

ORDO.

injúria *illáta illi* eſt longa: ambáges *recitatiónis* ſunt longæ: ſed ſequar ſumma faſtígia rerum. Sichæus erat conjux huic *Didóni*, ditiſſimus agri Phœnícum, et diléctus magno amóre míſeræ *uxóris:* cui pater *Belus* déderat *eam* intáctam, jugaverátque *eam* primis omínibus: ſed Germánus Pygmálion, immánior ſcélere ante omnes álios, habébat regna Tyri. Inter quos *duos* médius furor venit: ille *Germánus*, ímpius, atque cæcus amóre auri, clàm ſúperat Sichæum incaútum ferro ante aras, ſecúrus amórum Germánæ: celavítque factum diu; et malus, ſímulans multa, luſit ægram amántem *Didónem* vanâ ſpe *ſalvi Sichæi*. Sed imágo ipſa inhumáti cónjugis venit in ſomnis, attóllens pállida ora miris modis: nudávit crudéles aras, péctoraque trajécta ferro, retexítque omne cæcum ſcelus domûs. Tum ſuadet *uxóri* celeráre fugam, excederéque pátriâ: recludítque véteres theſaúros tellúre, ignótum pondus argénti et auri, auxílium viæ. Dido, commóta his, parábat fugam, ſocióſque. *Omnes* convéniunt, quibus erat aut crudéle ódium tyránni, aut acer metus: corrípiunt naves, quæ fortè *erant* parátæ,

(a) *Allegoria.* (b) *Hypallage.* (c) *Metaphora.*

Corripiunt, onerantque auro: portantur avari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Mœnia, (a) ſurgentemque novæ Carthaginis arcem:
Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?
Quove tenetis iter? Quærenti talibus ille
Suſpirans, imoque trahens à pectore vocem:
O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales noſtrorum audire laborum;
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.
Nos Trojâ antiquâ (ſi veſtras forte per aures
Trojæ nomen iit) diverſa per æquora vectos,
Forte ſuâ Libycis tempeſtas appulit oris.
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte Penates
Claſſe veho mecum, (b) famâ ſuper æthera notus.
Italiam quæro patriam, et genus ab Jove ſummo.
Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor,
Matre Deâ monſtrante viam, data fata ſecutus:
Vix ſeptem convulſæ undis Euroque ſuperſunt.
Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,

l
k
e
p
f
a
g
l
g
o
m
m
a
b
l
m
n
o
f
o
a
c

ORDO.

onerántque *eas* auro: opes avári Pygmaliónis portántur pélago: fœmina *eſt* dux facti. Devenére *ad* locos, ubi nunc cernes ingéntia mœnia, ſurgentémque arcem novæ Cartháginis: Mercatíque ſolum, *dictum* Byrſam de nómine facti, *tanti ſpátii* quantum poſſent circúmdare taurino tergo. Sed qui *eſtis* vos tandem? aut ab quibus oris veníſtis? quòve tenétis iter? Ille ſuſpirans, trahenſque vocem ab imo péctore *reſpóndit illi* quærénti tálibus *verbis:* O Dea, ſi répetens ab prima orígine pergam *dicere*, et vacet *tibi* audíre annáles noſtrórum labórum; veſper compónet diem clauſo Olympo antè *quàm finíverim*. Tempéſtas appulit nos Líbycis oris ſuâ forte, *nos*, *inquam*, vectos per divérſa æquóra antíquâ Trojâ (ſi fortè nomen Trojæ ivit per veſtras aures.) Sum pius Ænéas, qui veho Penátes, raptos ex hoſte, claſſe mecum, notus famâ ſuper æthera. Quæro Itáliam pátriam, et *meum* genus ab ſummo Jove. Conſcéndi Phrygium æquor bis denis návibus, ſecútus fata data *mihi*, Dea *Vénere* matre monſtránte viam: vix ſeptem, convúlſæ undis Euróque ſupérſunt. *Ego* ipſe ignótus, egens, perágro deſérta Líbyæ,

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbole.*

Europâ

Europâ atque Aſiâ pulſus. Nec plura querentem
Paſſa Venus: medio ſic interfata dolore eſt:
Quiſquis es, haud (crede) inviſus cœleſtibus auras
Vitales (a) carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
Perge modo, atque hinc te Reginæ ad (b) limina perfer.
Namque tibi reduces ſocios claſſemque relatam
Nuntio, et in tutum verſis Aquilonibus actam:
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Aſpice bis ſenos lætantes agmine cycnos,
Æthereâ quos lapſa plagâ Jovis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.
Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantuſque dedere;
Haud aliter puppeſque tuæ, pubeſque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.
Perge modo, et quà te ducit via, dirige greſſum.
Dixit: et avertens (c) roſeâ (b) cervice refulſit,
Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere: pedes veſtis defluxit ad imos,
Et vera inceſſu patuit Dea. Ille ubi matrem
Agnovit, tali fugientem eſt voce ſecutus:

f 385
l
m
g
m
k 390
n
h
m
o
a 395
m
m
g
p
h 400
n
p
l
f
c 405
g

ORDO.

pulſus Europâ atque Aſiâ. Nec Venus *eſt* paſſa *eum* queréntem plura: ſic eſt interfáta médio dolóre: quiſquis es, (credo) carpis vitáles auras haud inviſus cœléſtibus, qui advéneris Tyriam urbem. Perge modò, atque perfer te hinc ad límina Regínæ *Didónis*. Namque núntio tibi ſócios *eſſe* réduces, claſſémque relátam, et actam in tutum *locum*, aquilónibus verſis: ni vani paréntes docuére *me* augúrium fruſtrà. Aſpice bis ſenos cycnos lætántes ágmine, quos *Aquila* ales Jovis, lapſa æthéreâ plagâ, turbábat apérto cœlo: nunc vidéntur aut cápere terras longo órdine, aut deſpectáre *terras* jam captas. Ut illi réduces ludunt ſtridéntibus alis, et cinxére polum cœtu, dederéque cantus; haud áliter tuæque puppes, pubéſque tuórum, aut tenet portum, aut ſubit óſtia pleno velo. Perge modò, et dírige greſſum, quà via ducit te. *Venus* dixit; et avértens refúlſit róſea cervice, Ambroſiæque comæ ſpiravére divínum odórem vértice: veſtis defluxit ad imos pedes, et pátuit vera Dea incéſſu. Ubi ille agnóvit matrem, eſt ſecútus *eam* fugiéntem tali voce:

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Allegoria.*

Quid natum toties crudelis tu quoque falſis *f*
(a) Ludis imaginibus? cur dextræ jungere dextram *l*
Non datur, ac veras audire et reddere voces? *m*
Talibus incuſat, greſſumque ad mœnia tendit. *m*
At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit, *p*
Et multo nebulæ (b) circum Dea fudit amictu: *b*
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet, *l*
Molirive moram, aut veniendi poſcere cauſas. *e*
Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſque reviſit *p*
Læta ſuas: ubi templum illi, centumque Sabæo *l*
Thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant. *n*
(a) Corripuere viam interea, quà ſemita monſtrat. *k*
Jamque abſcendebant collem, qui (c) plurimus urbi *a*
Imminet, adverſaſque aſpectat deſuper arces. *m*
Miratur molem Æneas, magalia quondam: *a*
Miratur portas, ſtrepitumque, et ſtrata viarum. *g*
Inſtant ardentes Tyrii: pars ducere muros, *g*
Molirique arcem, et manibus ſubvolvere ſaxa; *g*
Pars aptare locum (d) tecto, et concludere ſulco. *f*
Jura magiſtratuſque legunt, ſanctumque ſenatum. *p*
Hic portus alii effodiunt: hic alta theatris *e*
Fundamenta locant alii, immaneſque columnas *e*

ORDO.

quid tu quoque, crudélis *mater*, ludis natum tóties falſis imagínibus? cur non datur júngere dextram dextræ, ac audíre et réddere veras voces? Incúſat *eam* tálibus *verbis*, tenditque greſſum ad mœnia. At Venus ſepſit *eos* gradiéntes obſcúro áere, et Dea circumfúdit *eos* multo amíctu nébulæ: ne quis poſſet cérnere eos, neu quis *poſſet* contíngere *eos*, molirive moram, aut póſcere cauſas veniéndi. Ipſa abit ſublimis Paphum, lætáque reviſit ſuas ſedes: ubi illi templum, centúmque aræ calent *eſt* Sabæo thure, halántque recéntibus ſertis. Intérea corripuére viam, quà ſémita monſtrat. Jamque aſcendébant collem, qui ímminet plúrimus, *i. e. plúrimùm* urbi, aſpectátque advérſas arces déſuper. Ænéas mirátur molem *urbis, ubi erant* magália quondam: mirátur portas, ſtrépitumque *artíficum*, et ſtrata viárum. Ardéntes Tyrii inſtant *óperi:* pars *feſtínat* dúcere muros, molirique arcem, et ſubvólvere ſaxa mánibus; pars aptáre locum tecto, et conclúdere *eum* ſulco. Legunt jura magiſtratúſque, ſanctúmque ſenátum. Alii effódiunt portus hìc: álii locant alta fundaménta theátris hìc,

(a) *Metaphora.* (b) *Tmeſis.* (c) *Antimeria.* (d) *Synecdoche.*

Rupibus

Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris. *n*
Qualis apes æſtate nova per florea rura *p*
Exercet ſub Sole labor; cum gentis adultos *g*
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella *a*
Stipant, et dulci diſtendunt (a) nectare cellas, *a*
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto *k*
Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent. *g*
(a) Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. *k*
O fortunati, quorum jam mœnia ſurgunt! *a*
Æneas ait, et faſtigia ſuſpicit urbis. *b*
Infert ſe ſeptus nebulâ, mirabile dictu, *g*
Per medios, miſcetque viris: neque cernitur ulli. *o*
(b) Lucus in urbe fuit media, lætiſſimus umbrâ; *k*
Quo primum jactati undis et turbine Pœni *a*
Effodere loco ſignum, quod regia Juno *f*
Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam fore bello *e*
Egregiam, et facilem (c) victu per ſæcula gentem. *l*
Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido *a*
Condebat, donis opulentum et numine Divæ: *g*
Ærea cui gradibus ſurgebant limina, nexæque *l*
Ære trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis. *l*
Hoc primum in luco nova res oblata timorem *g*

ORDO.

excidúntque immánes colúmnas rúpibus, alta décora futúris ſcenis. Qualis labor exércet apes ſub ſole novâ æſtáte per flórea rura; cùm edúcunt adúltos fœtus gentis, aut cùm ſtipant liquéntia mella, et diſténdunt cellas dulci néctare; aut accípiunt ónera veniéntium, aut, ágmine facto, arcent fucos, ignávum pecus à præſépibus. Opus fervet, fragrantiáque mella rédolent thymo. O fortunáti, quorum mœnia jam ſurgunt! Ænéas ait, et ſúſpicit faſtígia urbis. *Ille* ſeptus nébulâ, (mirábile dictu!) infert ſeper médios, miſcetque *ſe* viris: neque cérnitur ulli. Lucus fuit in média urbe, lætíſſimus umbrâ; quo loco Pœni, jactáti undis et túrbine, primùm effodére ſignum, quod régia Juno monſtráverat *eis, ſcílicet* caput acris equi: nam ſic *oſtínderat illam* gentem fore egrégiam bello, et fácilem victu, *i. e. vincere vel vivere famâ* per ſæcula. Hic Sidónia Dido condébat ingens templum Junóni, opuléntum donis et númine Divæ: cui ærea límina ſurgébant grádibus, trabéſque nexæ ære, *et* cardo ſtridébat ahénis fóribus. In hoc luco nova res obláta primùm lenívit timórem:

(a) *Metaphora.* (b) *Antiphraſis.* (c) *Enallage.*

Lenijt:

Leniit: hic primum Æneas ſperare ſalutem m
Auſus, et afflictis melius confidere rebus. p
Namque, ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo, m
Reginam opperiens; dum, quæ fortuna ſit urbi, f
Artificumque manus inter ſe operumque laborem q
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas, e
Bellaque jam famâ totum vulgata per orbem; m
Atridas, Priamumque et ſævum ambobus Achillem. f
Conſtitit, et lacrymans: Quis jam locus, inquit, Achate, q
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris? m
En Priamus: ſunt hic etiam ſua præmia laudi, o
Sunt lacrymæ rerum, et mentem mortalia tangunt. m
(a) Solve metus: feret hæc aliquam tibi fama ſalutem. i
Sic ait: atque animum picturâ paſcit inani, l
(b) Multa generis, largoque humectat flumine vultum. m
Namque videbat, uti bellantes Pergama circum l
Hac fugerent Graii, premeret Trojana juventus; k
Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles. m
Nec procul hinc Rheſi niveis tentoria velis p
Agnoſcit lacrymans: primo quæ prodita ſomno f
Tydides multâ vaſtabat cæde cruentus: a

ORDO.

hic primùm Ænéas *eſt* auſus ſperáre ſalútem, et confídere méliùs afflictis rebus. Namque dum luſtrat ſingula ingénti templo, oppériens regínam; dum mirátur quæ fortúna ſit *iſti* urbi, manúſque artificum inter ſe, laborémque óperum: videt Iliacas pugnas *depictas* ex órdine, belláque jam vulgáta famâ per totum orbem; Atrídas, Priamúmque, et Achíllem ſævum ambóbus. Cónſtitit, et lácrymans: inquit, Acháte, quis locus jam, quæ régio in terris non *eſt* plena noſtri labóris? En Príamus: hìc étiam ſua præmia ſunt laudi, ſunt lácrymæ *causâ noſtrárum* rerum, et mortália, *i. e. infortúnia mortálium* tangunt mentem *hìc*. Solve metus: hæc fama feret áliquam ſalútem tibi. Sic *Ænéas* ait: atque paſcit ánimum ináni pictúrâ, gemens multa, *i. e. multùm*, humectátque vultum largo flúmine *lacrymárum*. Namque vidébat utì Gráii, bellántes circum Pérgama, fúgerent hàc, *utì* Trojána juvéntus prémeret *eos*; *utì* Phryges *fúgerent* hàc, *et* Achílles criſtátus inſtáret *iis è* curru. Nec procùl hinc *videns, et* lácrymans agnóſcit tentória Rheſi níveis velis: quæ *tentoria* pródita primo ſomno cruéntus Tydides vaſtábat multâ cæde:

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.*

Arden-

Ardenteſque avertit equos in caſtra, priuſquam g
Pabula guſtaſſent Trojæ, (a) Xanthumque bibiſſent. m
Parte aliâ fugiens amiſſis Troïlus armis, l
Infelix puer atque impar congreſſus Achilli, f
Fertur equis, (b) curruque hæret reſupinus inani, n
Lora tenens tamen: huic cervixque comæque trahuntur q
Per terram, et versâ pulvis (c) inſcribitur haſtâ. a
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant m
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant l
Suppliciter triſtes, et tunſæ pectora (d) palmis. m
Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat. p
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros, b
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. m
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ad imo, g
Ut ſpolia, ut currus, utque ipſum corpus amici, m
Tendentemque manus Priamum conſpexit inermes. e
Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis, l
Eoaſque acies, et nigri Memnonis arma. f
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis l
Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet, k
Aurea ſubnectens exſertæ cingula mammæ, m
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo. g

ORDO.

avertítque ardéntes equos in caſtra, priúſquam guſtavíſſent pábula Trojæ, bibiſſéntque *flúvium* Xanthum. Aliâ parte Tróilus fúgiens, armis amíſſis, infélix puer, atque congréſſus Achílli *quamvis* impar, fertur *ab* equis, reſupinúſque hæret ináni cúrrui, tamen tenens lora: huic, *i. e. hujus* cervixque comæque trahúntur per terram, et pulvis inſcríbitur haſtâ *Achíllis* versâ. Intérea Ilíades, paſſis crínibus, ibant ad templum Pálladis non æquæ *ſibi*, triſtéſque, et tunſæ péctora palmis, ſuppliciter ferébant peplum. Diva *Pallas* avérſa tenébat óculos fixos ſolo. Achílles raptáverat Héctora ter circum Ilíacos muros, vendebátque exánimum corpus auro. Tum verò *Ænéas* dat ingéntem gémitum ab imo péctore, ut *conſpéxit* ſpólia, ut *conſpéxit* currus, utque conſpéxit corpus ipſum amici, Priamúmque tendéntem inérmes manus. Agnóvit ſe quoque permíxtum Achívis princípibus, Eoáſque ácies, et arma nigri Mémnonis. Pentheſiléa, furens, ducit ágmina Amazónidum lunátis peltis, ardétque in médiis millibus, ſubnéctens aúrea cíngula exſértæ mammæ, *útpote* bellátrix, virgóque audet concúrrere viris.

(a) *Metonymia.* (b) *Apocope.* (c) *Metaphora.* (d) *Synecdoche.*

Hæc

Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur, *f*
Dum ſtupet, obtutuque hæret defixus in uno; *m*
Regina ad templum forma pulcherrima Dido *a*
Inceſſit, magnâ juvenum ſtipante catervâ. *g*
Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi *m*
Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ *g*
Hinc atque hinc (a) glomerantur Oreades: illa pharetram *d*
Fert humero, gradienſque Deas ſupereminet omnes: *i*
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. *f*
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat *m*
Per medios, inſtans operi regniſque futuris. *p*
Tum foribus Divæ, mediâ teſtudine templi, *p*
(a) Septa armis ſolioque alte ſubnixa, reſedit. *f*
Jura dabat legeſque viris, operumque laborem *o*
Partibus æquabat juſtis, aut ſorte trahebat: *m*
Cum ſubito Æneas concurſu accedere magno *m*
Anthea Sergeſtumque videt fortemque Cloanthum, *p*
Teucrorumque alios: ater quos æquore turbo *f*
Diſpulerat, penituſque alias avexerat oras: *k*
Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates *k*
Lætitiâque metuque; avidi conjungere dextras *k*
(a) Ardebant: ſed res animos incognita turbat. *g*

ORDO.

Dum hæc vidéntur Dardánio *Ænéæ eſſe* miránda, dum ſtupet, hærétque defíxus in uno obtútu; regína Dido, pulchérrima formâ, incéſſit ad templum, magnâ catérvâ júvenum ſtipánte *eam*. Qualis Diána exércet choros in ripis Eurótæ, aut per juga *montis* Cynthi, quam *Diánam* mille Oréades ſecútæ glomeránturhinc atque hinc: illa ſert pharétram húmero, gradiénſque ſuperéminet omnes Deas: gaúdia perténtant tácitum pectus Latónæ. Dido erat talis, læta ferébat ſe talem per médios, inſtans óperi, regníſque futúris. Tum *regína* reſédit fóribus Divæ *Junónis*, médiâ teſtúdine templi, ſepta armis, ſubnixáque ſólio altè. Dabat jura legéſque viris, æquabátque labórem óperum juſtis pártibus, aut trahébat *eas* ſorte. Cùm ſúbitò Ænéas videt *ſócias* accédere magno concúrſu, *viz.* Anthea, Sergeſtúmque, ſortémque Cloánthum, alióſque Teucrórum; quos ater turbo diſpúlerat æquóre, avexerátque pénitus *ad* álias oras: ſimul *Ænéas* ipſe obſtúpuit, ſimul Achátes *eſt* percúlſus lætitiâque metuque; ávidi ardébant conjúngere dextras: ſed incógnita res turbat ánimos.

(a) *Metaphora.*

Diſſimulant,

Diſſimulant, et nube cava ſpeculantur amicti, *o*
Quæ fortuna viris, claſſem quo littore linquant, *f*
Quid veniant: cunctis nam lecti navibus ibant *f*
Orantes veniam, et templum clamore petebant. *m*
Poſtquam introgreſſi, et coram data copia fandi, *b*
Maximus Ilioneus placido ſic (a) pectore cœpit: *k*
O regina, novam cui condere Jupiter urbem, *h*
Juſtitiâque dedit gentes (b) frænare ſuperbas: *l*
Troës te miſeri, ventis maria omnia vecti, *b*
Oramus: prohibe infandos à navibus ignes, *f*
Parce pio generi, et propius res aſpice noſtras. *k*
Non nos aut ferro Libycos populare Penates *c*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas. *n*
Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis. *q*
Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt: *k*
Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ: *f*
Oenotrii coluere viri; nunc fama, minores *k*
Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem. *p*
Huc curſus fuit: *a*
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion *m*
In vada (b) cæca tulit, penituſque procacibus Auſtris *i*
Perque undas, ſuperante ſalo, perque invia ſaxa *e*

ORDO.

Diſſimulant, et amícti cavâ nube ſpeculántur, quæ fortúna *ſit* viris *ſóciis*, quo littore linquant claſſem, quìd véniant: nam *hi* lecti è cunctis návibus ibant oránte véniam, et petébant templum clamóre. Poſtquam *ſunt* introgréſſi, et cópia fandi coram *regínâ* eſt data, Máximus Ilióneus cœpit *loqui* ſic plácido péctore: O regína, cui Júpiter *dedit* cóndere novam urbem, deditque frænáre ſupérbas gentes juſtítiâ: *nos* míſeri Troës, vecti ventis *per* ómnia márias, orámus te: próhibe infándos ignes à *noſtris* návibus, parce pio géneri, et áſpice noſtras res própiùs. Nos non vénimus, aut populáre Líbycos Penátes ferro, aut vértere prædas raptas *à nobis* ad líttora. Non *eſt* ea vis *noſtro* ánimo, nec tanta ſupérbia victis. Eſt locus, Gráii dicunt *eum* Heſpériam cognómine: antíqua terra, potens armis atque úbere glebæ: Oenótrii viri coluére *eam*; nunc fama *eſt*, minóres dixíſſe gentem Itáliam de nómine ducis. *Noſter* curſus fuit huc. Cùm ſúbitò nimbóſus Orion, aſſúrgens fluctu, tulit *nos* in cæca vada, diſpulítque pénitus procácibus Auſtris per undas, perque ínvia ſaxa, ſalo ſuperánte:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Diſpulit: Huc pauci veſtris adnavimus oris. *m*
Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem *l*
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ: *d*
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra. *p*
Si genus humanum et mortalia temnitis arma; *n*
At ſperate Deos memores fandi atque nefandi. *e*
Rex erat Æneas nobis, quo juſtior alter *m*
Nec pietate fuit, nec bello major et armis: *l*
Quem ſi fata virum ſervant, (a) ſi veſcitur aurâ *f*
Æthereâ, neque adhuc crudelibus occubat umbris; *q*
Non metus, officio nec te (b) certaſſe priorem *l*
Pœniteat. Sunt et Siculis regionibus urbes, *o*
Armaque, Trojanoque à ſanguine clarus Aceſtes. *n*
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem, *g*
Et ſylvis aptare trabes, et ſtringere remos. *g*
Si datur Italiam, ſociis et rege recepto, *k*
Tendere; ut Italiam læti Latiumque petamus: *q*
Sin abſumpta ſalus, et te, pater optime (b) Teucrûm, *b*
Pontus habet Libyæ, nec ſpes jam reſtat Iüli; *l*
At freta Sicaniæ ſaltem ſedeſque paratas, *l*
Unde huc advecti, regemque petamus Aceſten. *b*

ORDO.

pauci adnávimus veſtris oris huc. Quod genus hóminum *eſt* hoc? quæve tam bárbara pátria permíttit hunc morem? prohibémur hoſpítio arénæ. Cient bella, vetántque *nos* conſíſtere primâ terrâ. Si *vos* témnitis humánum genus et mortália arma; at ſperáte Deos *fore* mémores fandi atque nefándi. Ænéas erat rex nobis, quo alter fuit nec júſtior pietáte, nec major bello et armis: quem virum ſi fata ſervant, ſi véſcitur æthéreâ aurâ, neque adhuc óccubat crudélibus umbris; non *eſt* metus *nobis*, nec pœníteat te priórem certavíſſe offício. Sunt et *nobis* urbes Siculis regiónibus, armáque, claráſque Acéſtes à Trojáno ſánguine. Líceat *nobis* ſubdúcere claſſem quaſſátam ventis, et aptáre trabes *ex* ſylvis, et ſtríngere remos. Si datur téndere *in* Itáliam, ſóciis et rege *Ænéâ* recépto; ut læti petámus Itáliam Latiúmque: ſin ſalus *eſt* abſúmpta; et Pontus Líbyæ habet te, óptime pater Teucrórum, nec jam *ulla* ſpes Iüli reſtat, at ſaltem petámus freta Sicániæ, ſedéſque parátas, unde *ſumus* advécti huc, regémque Acéſten.

(a) *Periphraſis.* (b) *Syncope.*

Talibus

Talibus Ilioneus: cuncti ſimul ore fremebant *q*
Dardanidæ. *m*
Tum breviter Dido, vultum (a) demiſſa, profatur: *m*
Solvite corde metum, Teucri, (b) ſecludite curas. *b*
Res (b) dura, et regni novitas me talia cogunt *g*
Moliri, et late fines cuſtode tueri. *a*
Quis genus (c) Æneadûm, quis Trojæ neſciat urbem? *l*
Virtuteſque, viroſque, et tanti incendia belli? *f*
Non (b) obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni: *f*
Nec tam averſus equos Tyriâ Sol jungit ab urbe. *e*
Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaque arva; *f*
Sive Erycis fines, regemque optatis Aceſten; *m*
Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo. *n*
Vultis et hic mecum pariter conſidere regnis? *p*
Urbem quam (b) ſtatuo, veſtra eſt; ſubducite naves: *f*
Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur. *l*
Atque utinam rex ipſe Noto compulſus eodem *p*
Afforet Æneas! Equidem per littora certos *p*
Dimittam, et Libyæ luſtrare extrema jubebo: *f*
Si quibus ejectus ſylvis aut urbibus errat. *m*
His animum (a) arrecti dictis, et fortis Achates, *m*
Et pater Æneas, jamdudum erumpere nubem *m*

ORDO.

Ilióneus *orábat* tálibus *verbis*; ſimul cuncti Dardánidæ fremébant ore. Tum Dido, demiſſa *quoad* vultum, profatur bréviter: Teucri, ſólvite metum corde, ſeclúdite curas. *Mea* dura res, et nóvitas regni cogunt me molíri tália, et tuéri fines latè cuſtóde. Quis *néſciat* genus Æneadárum, quis néſciat urbem Trojæ? virtutéſque, viróſque, et incéndia tanti belli? *Nos* Pœni non geſtámus péctora ádeò obtúſa: nec ſol jungit equos tam avérſus ab Tyriâ urbe. Seu vos optátis magnam Heſpériam, Saturniáque arva; ſive fines Erycis, regémque Acéſten; dimíttam *vos* tutos auxílio, juvabóque ópibus. Vultis et conſídere hìc páriter mecum *meis* regnis? quam urbem ſtátuo, eſt veſtra; ſubdúcite *veſtras* naves: Tros Tyriúſque agétur mihi nullo diſcrímine. Atque útinam rex Ænéas ipſe, compúlſus eódem Noto, áfforet! équidem dimittam certos per littora, et jubébo *eos* luſtráre extréma *loca* Líbyæ: ſi *ille* ejéctus errat quibus ſylvis aut úrbibus. Et fortis Achátes, et pater Ænéas, arrécti *quoad* ánimum his dictis, jamdúdum ardébant erúmpere nubem:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Ardebant: prior Æneam compellat Achates: *f*
Nate Deâ, quæ nunc animo ſententia ſurgit? *p*
Omnia tuta vides, claſſem, ſocioſque receptos. *q*
Unus abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi *l*
Submerſum: dictis reſpondent cætera matris. *a*
Vix ea fatus erat, cum circumfuſa repente *l*
Scindit ſe nubes, et in æthera (a) purgat apertum. *c*
Reſtitit Æneas, claraque in luce refulſit, *m*
Os, humeroſque Deo ſimilis: namque ipſa decoram *k*
Cæſariem nato genitrix, lumenque juventæ *p*
Purpureum, et lætos oculis afflarat honores. *p*
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo *o*
Argentum Pariuſve lapis circumdatur auro. *e*
Tum ſic Reginam alloquitur, cunctiſque repente *g*
Improviſus ait: Coram, quem quæritis, adſum *f*
Troïus Æneas, Libycis ereptus ab undis. *p*
O ſola infandos Trojæ miſerata labores! *b*
Quæ nos, reliquias Danaûm, terræque mariſque *e*
Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos, *n*
Urbe, domo ſocias. Grates perſolvere dignas *l*
Non opis eſt noſtræ, Dido: nec quicquid ubique eſt *m*
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem; *f*

ORDO.

Achátes prior compéllat *Æneam*: *dicens*, Nate Deâ, quæ ſenténtia nunc ſurgit ánimo? vides ómnia tuta, claſſem, ſocióſque recéptos. Unus *Oróntes* abeſt, quem *nos* ipſi vidimus ſubmérſum in flúctus; cætera reſpóndent dictis *tuæ* matris. Vix erat fatus ea, cùm repénte circumfúſa nubes ſcindit ſe, et purgat *ſe* in apértum æthera. Ænéas réſtitit, refulſítque in clarâ luce, ſimilis Deo *quoad* os humeróſque: namque génitrix ipſa *Venus* affláverat decóram Cæſáriem nato, purpureúmque lumen juvéntæ, et affláverat lætos honóres óculis. Quale decus manus *artíficis* addunt ébori, aut ubi argéntum, Pariúſve lapis circúmdatur flavo auro. Tum ſic allóquitur reginam, aítque repéntè cunctis improviſus: *ego*, quem quæritis adſum coram *vobis*, Tróïus Ænéas, eréptus Líbycis undis. O, *Regína*, ſola miſeráta inſándos labóres Trojæ! quæ ſócias nos, reliquias Danaórum, jam exháuſtos ómnibus cáſibus térræque mariſque, egénos ómnium, urbe *et* domo. Dido, non eſt noſtræ opis perſólvere dignas grates: nec quicquid eſt ubíque Dardániæ gentis, quæ eſt ſparſa per magnum orbem *poſſit perſólvere grates*.

(a) *Metaphora.*

Dii tibi (si qua pios respectant numina, si quid *l*
Usquam justitiæ est) et mens sibi conscia recti, *b*
Præmia digna ferant. Quæ te tam læta tulerunt *l*
Sæcula? qui tanti talem genuere parentes? *n*
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ *l*
Lustrabunt convexa, polus dum sidera (a) pascet: *g*
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt: *p*
Quæ me (b) cumque vocant terræ. Sic fatus, amicum *f*
Ilionea petit dextrâ, lævâque Serestum: *l*
Post alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum. *p*
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido, *m*
Casu deinde viri tanto; et sic (c) ore locuta est: *l*
Quis te, nate Deâ, per tanta pericula casus *b*
Insequitur? quæ vis immanibus applicat oris? *n*
Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ * *b*
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam? *i*
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire, *p*
Finibus expulsum patriis, nova regna petentem *o*
Auxilio Beli. Genitor tum Belus opimam *p*
Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat. *b*
Tempore jam ex illo casus mihi cognitus urbis *n*
Trojanæ, nomenque tuum, Regesque Pelasgi. *g*

ORDO.

Dii, (si qua númina respéctant pios, si quid justítiæ est usquam) et *tua* mens cónscia sibi recti, ferant digna præmia tibi. Quæ tam læta sæcula tulérunt te? qui tanti paréntes genuére te talem? dum flúvii current in freta, dum umbræ *árborum* lustrábunt convéxa *cacúmina* móntibus, dum polus pascet sídera: semper honos, tuúmque nomen, laudésque manébunt: quæcúmque terræ vocant me. *Ænéas* fatus sic, petit amícum Ilióneа dextrâ, Serestúmque lævâ: pòst álios, fortémque Gyan, fortémque Cloánthum. Sidónia Dido obstúpuit primò aspéctu, deinde tanto casu viri; et sic est locúta ore: nate Deâ, quis casus inséquitur te per tanta perícula? quæ vis ápplicat *te* immánibus oris? Tune *es* ille Ænéas, quem alma Venus génuit Dardánio Anchísæ ad undam Phrygii *flúvii* Simoëntis? Atque équidem mémini Teucrum venire Sidóna, expúlsum pátriis fínibus, peténtem nova regna auxílio Beli. Tum *meus* pater Belus vastábat opímam Cyprum, et victor tenébat *eam* ditióne. Jam ex illo témpore casus Trojanæ urbis *est* cógnitus mihi, tuúmque nomen, Pelasgíque Reges.

(a) *Metaphora.* (b) *Tmesis.* (c) *Pleonasmus.*

Ipse

Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,
Seque ortum antiquâ Teucrorum à ſtirpe volebat.
Quare agite, ô (a) tectis, juvenes, ſuccedite noſtris!
Me quoque per multos ſimilis fortuna labores
Jactatam, hâc demum voluit conſiſtere terrâ.
Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.
Sic memorat, ſimul Æneân in regia ducit
Tecta, ſimul Divûm templis indicit honorem.
Nec minus interea ſociis ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Targa ſuum, pingues centum cum matribus agnos:
Munera lætitiamque Dei.
At (a) domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, mediiſque parant convivia (a) tectis.
Arte laboratæ veſtes, oſtroque (b) ſuperbo:
Ingens argentum menſis, cælataque in auro
Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.
Æneas (neque enim patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor) rapidum ad naves præmittit Achaten:
Aſcanio ferat hæc, ipſumque ad mœnia ducat.
Omnis in Aſcanio cari (b) ſtat cura parentis.

a a p p g e l m k a m k l k m a k h e l l l

ORDO.

Hoſtis ipſe ferébat Teucros inſígni laude, volebátque ſe *eſſe* ortum ab antíquâ ſtirpe Teucrórum. Quare, ô júvenes, ágite, ſuccédite noſtris tectis. Símilis fortúna vóluit me quoque, jactátam per multos labóres, demum conſíſtere hâc terrâ. *Ego ipſa*, non ignára mali, diſco ſuccúrrere míſeris. Sic mémorat, ſimul ducit Ænéan in régia tecta, ſimul indícit honórem templis Divórum. Nec minùs intérea mittit, ad littora ſóciis *Ænéæ*, viginti tauros, centum horréntia terga magnórum ſuum, *et* centum pingues agnos cum mátribus: *prætérea miſit* múnera lætitiámque Dei *Bacchi*, *i. e. vinum*. At intérior domus, *licèt* ſpléndida, inſtrúitur regáli luxu, parántque convívia médiis tectis. Veſtes *adſunt* laborátæ arte, ſuperbóque oſtro: ingens argéntum menſis, fortiáque facta patrum cœláta in auro, *et* longíſſima ſéries rerum ducta per tot viros ab orígine antíquæ gentis. Ænéas (neque enim pátrius amor *eſt* paſſus mentem conſiſtere) præmíttit rápidum Acháten: *ut* ferat hæc Aſcánio, ducátque ipſum ad mœnia. Omnis cura cari paréntis ſtat in Aſcánio.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.*

Munera

Munera præterea, Iliacis erepta ruinis, *k*
Ferre jubet, pallam ſignis auroque rigentem, *m*
Et circumtextum croceo velamen acantho: *g*
Ornatus Argivæ Helenæ, quos illa Mycenis, 650 *g*
Pergama cum peteret, inconceſſoſque (a) Hymenæos, *l*
Extularet: matris Ledæ mirabile donum. *m*
Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim, *p*
Maxima natarum Priami, colloque monile *p*
(b) Baccatum, et duplicem gemmis auroque coronam. *f*
Hæc celerans, iter ad naves tendebat Achates. 656 *l*
At (c) Cytherea novas artes, nova pectore (b) verſat *q*
Conſilia: ut faciem (d) mutatus et ora Cupido *q*
Pro dulci Aſcanio veniat, doniſque furentem *e*
(b) Incendat Reginam, atque oſſibus implicet ignem. 660 *b*
Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſque bilingues: *i*
Urit atrox Juno, et ſub noctem cura recurſat. *m*
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem: *ſ*
Nate, meæ vires, mea magna potentia; ſolus, *o*
Nate, Patris ſummi qui tela Typhoëa temnis: 665 *n*
Ad te confugio, et ſupplex tua numina poſco. *h*
Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum *o*
Littora jactetur, odiis Junonis iniquæ, *p*

ORDO.

Prætérea jubet ferre múnera, erépta Ilíacis ruínis, pallam rigéntem ſignis auróque, et velámen circumtéxtum cróceo Acántho: ornátus Argívæ Helenæ, quos illa extúlerat Mycénis, cùm péteret Pérgama, inconceſſóſque Hymenæos: mirábile donum matris Ledæ. Prætérea ſceptrum, quod Ilióne, máxima natárum Príami, baccatúmque monile collo, et corónam dúplicem gemmis auróque. Achátes, célerans *affárre* hæc, tendébat iter ad naves. At Cytheréa verſat novas artes, *et* nova conſília péctore: ut Cupído, mutátus *quoad* fáciem et ora, véniat pro dulci Aſcánio, incendátque furéntem reginam donis, atque ímplicet ignem óſſibus. Quippe timet ambíguam domum, bilinguéſque Tyrios: atrox Juno urit *eam*, et *ejus* cura recúrſat ſub noctem. Ergo affátur alígerum Amórem *fílium* his dictis: nate, meæ vires, mea magna poténtia; nate, *tu* ſolus, qui témnis Typhœa tela ſummi patris *Jovis*: confúgio ad te, et ſupplex poſco tua númina. *Sunt* nota tibi, ut tuus frater Ænéas jactétur circum ómnia líttora, ódiis iníquæ Junónis:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Helleniſmus.*

Nota

Nota tibi: et noſtro doluiſti ſæpe dolore. *p*
Hunc Phœniſſa tenet Dido, blandiſque moratur *f*
Vocibus: et vereor, quo ſe Junonia vertant *l*
Hoſpitia; (a) haud tanto ceſſabit cardine rerum. *m*
Quocirca capere ante dolis et cingere flammâ *e*
Reginam meditor: ne quo ſe numine mutet; *f*
Sed magno Æneæ mecum (b) teneatur amore. *b*
Quà facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem. *m*
Regius, accitu cari genitoris, ad urbem *n*
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura, *i*
Dona ferens pelago et flammis reſtantia Trojæ. *l*
Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta Cythera, *n*
Aut ſuper Idalium, ſacrata ſede recondam: *l*
Ne quà ſcire dolos, mediuſve occurrere poſſit. *e*
Tu faciem illius, noctem non amplius unam, *m*
Falle dolo: et notos pueri puer indue vultus: *o*
Ut, cùm te gremio accipiet lætiſſima Dido, *e*
Regales inter menſas laticemque Lyæum, *b*
Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet; *n*
Occultum inſpires (b) ignem, fallaſque veneno. *a*
Paret Amor dictis caræ genitricis, et alas *n*
Exuit, et greſſu gaudens incedit Iüli. *n*

ORDO.

et ſæpe doluíſti noſtro dolóre. Phœníſſa Dido tenet hunc, moratúrque *eum* blandis vócibus: et véreor, quo Junónia hoſpítia vertant ſe; haud ceſſábit tanto cárdine rerum. Quocírca méditor ante cápere reginam dolis, et cíngere *eam* flammâ *amóris:* ne mutet ſe quo númine; ſed mecum teneátur magno amóre Ænéæ. Nunc áccipe noſtram mentem, quà poſſis fácere id. Régius puer *Aſcánius*, mea máxima cura, parat ire ad Sidóniam urbem, accítu cari genitóris, ferens *ſecum* dona reſtántia pélago et flammis Trojæ. Ego recóndam hunc ſopítum ſomno, ſuper altâ Cythérâ, aut ſuper Idálium, ſacrátâ ſede: ne quà poſſit ſcire *meos* dolos, occurreréve médius. Tu falle fáciem illíus dolo non ámplius *quàm* unam noctem: et *ipſe* puer índue notos vultus púeri *Aſcánii:* ut, cùm Dido lætíſſima accípiet te grémio, inter Regáles menſas, Lyæúmque láticem, cùm dabit amplexus, atque figet dúlcia óſcula *tibi*; inſpires occúltum ignem, falláſque *eam* venéno *amóris*. Amor paret dictis caræ genetrícis, et éxuit alas, et gaudens incédit greſſu Iüli.

(a) *Paræmia.* (b) *Metaphora.*

At

At Venus Aſcanio placidam per membra quietem k
(a) Irrigat: et fotum gremio Dea tollit in altos o
Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum o
Floribus et dulci aſpirans complectitur umbrâ. m
Jamque ibat dicto parens, et dona Cupido a
Regia portabat Tyriis, duce lætus Achate. o
Cum venit, aulæis jam ſe Regina (a) ſuperbis m
Aureâ compoſuit (b) ſpondâ, mediamque locavit. b
Jam pater Æneas, et jam Trojana juventus m
Conveniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro. p
Dant famuli manibus lymphas, (c) Cereremque caniſtris q
Expediunt, tonſiſque ferunt mantilia villis. p
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo c
Cura penum ſtruere, et flammis adolere Penates: e
Centum aliæ, totidemque pares ætate miniſtri, m
Qui dapibus menſas onerent, et pocula ponant. p
Necnon et Tyrii per limina læta frequentes b
Convenere, toris juſſi diſcumbere pictis. f
Mirantur dona Æneæ, mirantur Iülum, a
Flagranteſque Dei vultus, ſimulataque verba: b
Pallamque et pictum croceo velamen acantho. g
Præcipue infelix, peſti devota futuræ, m

ORDO.

At Venus írrigat plácidam quiétem Aſcánio per membra: et Dea tollet *eum* fotum grémio in altos lucos Idáliæ, ubi mollis amáracus, aſpirans *ſuáviter*, compléctitur illum flóribus et dulci umbrâ. Jamque Cupído ibat parens dicto, et portábat régia dona Tyriis, lætus Achâte duce. Cùm venit, jam Regína compóſuit ſe aúreâ ſpondâ ſupérbis aulæis, locavíque *ſe* médiam. Jam pater Ænéas, et jam Trojána juvéntus convéniunt, diſcumbitúrque ſuper ſtrato oſtro. Fámuli dant lymphas mánibus, expediúntque Cérerem caníſtris, ferúntque mantília villis tonſis. Quinquaginta fámulæ *ſunt* intus, quibus *erat* cura ſtrúere penum longo órdine, et adolére Penátes flammis: centum áliæ *miniſtræ*, totidemque miniſtri pares ætáte, qui ónerent menſas dápibus, et ponant pócula. Necnon et Tyrii convenére frequéntes per læta límina, juſſi diſcúmbere pictis toris. Murántur dona Æneæ, mirántur Iülum, flagránteſque vultus Dei *Cupídinis*, ſimulatáque verba *ejus:* pallámque et velámen pictum cróceo acántho. Præcipuè infélix Phœníſſa *Dido*, devóta futúræ peſti,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Expleri mentem nequit, (a) ardeſcitque tuendo g
Phœniſſa: et puero pariter doniſque movetur. e
Ille, ubi complexu Æneæ colloque pependit, m
Et magnum falſi implevit genitoris amorem, b
Reginam petit: hæc oculis, hæc pectore toto c
Hæret, et interdum gremio fovet: inſcia Dido, o
Inſideat quantus miſeræ Deus: at memor ille o
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum q
Incipit, et vivo tentat prævertere amore m
Jampridem reſides animos deſuetaque corda. e
Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ; e
Crateras magnos ſtatuunt, et vina coronant. g
Fit ſtrepitus (b) tectis, vocemque per ampla (a) volutant n
Atria: dependent lychni laquearibus aureis n
Incenſi: et noctem flammis funalia vincunt. a
Hic Regina gravem gemmis auroque poposcit, f
Implevitque mero pateram; quam Belus, et omnes e
A Belo ſoliti. Tum facta (c) ſilentia (b) tectis, b
Jupiter (hoſpitibus nam te dare jura loquuntur) q
Hunc lætum Tyriiſque diem Trojâque profectis e
Eſſe velis, noſtroſque hujus meminiſſe minores. n
Adſit lætitiæ Bacchus dator, et bona Juno: b

ORDO.

nequit expléri mentem, ardeſcitque tuéndo *eum:* et movétur páriter púero doníſque. Ille, ubi pepéndit compléxu colióque Æneæ, et implévit magnum amórem falſi genitóris, petit reginam: hæc hæret óculis, hæc *hæret* toto péctore, et intérdum fovet *eum* grémio: Dido *erat* inſcia, quantus Deus inſideat *ſibi* miſeræ: at ille, memor matris Acidáliæ, incipit abolére Sichæum paulátim, et tentat prævértere ánimos *Didónis* jampridem réſides, cordáque deſuéta *amáre iterum*, vivo amóre. Poſtquam prima quies *eſt data* épulis, menſæque *ſunt* remótæ; ſtátuunt magnos cratéras, et corónant vina. Strépitus ſit tectis, volutántque vocem per ampla átria: incénſi lychni depéndent áureis laqueáribus: et funália vincunt noctem flammis. Hìc regina popóſcit patéram gravem gemmis auróque, implevítque mero *eam*, quam Belus et omnes à Belo *fuére* ſóliti *implére*. Tum ſiléntia *ſunt* facta tectis *à Didóne dicénte:* O Júpiter (nam loquúntur te dare jura hoſpítibus) velis hunc diem eſſe lætum Tyriiſque, profectíſque Trojâ, noſtróſque minóres meminíſſe hujus. Bacchus dator lætítiæ, et bona Juno adſit:

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Enallage.*

Et

Et vos ô cœtum Tyrii celebrate faventes. *e*
Dixit, et in menſam laticum libavit honorem, *p*
Primaque libato, ſummo tenus attigit ore. *n*
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hauſit *m*
Spumantem pateram, et pleno ſe proluit (a) auro: *f*
Poſt alii proceres. Citharâ crinitus Iopas *k*
Perſonat auratâ, docuit quæ maximus Atlas. *p*
Hic canit errantem Lunam, Soliſque labores: *m*
Unde hominum genus, et pecudes: unde imber, et ignes: *k*
Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones: *d*
Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles *e*
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet. *b*
Ingeminant plauſum Tyrii, Troëſque ſequuntur. *p*
Necnon et vario noctem ſermone (b) trahebat *f*
Infelix Dido, longumque (b) bibebat amorem; *b*
Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa: *i*
Nunc, quibus Auroræ veniſſet filius armis: *m*
Nunc, quales Diomedis equi: nunc, quantus Achilles. *e*
Immo age, et à prima, dic, hoſpes, origine nobis *n*
Inſidias, inquit, Danaûm, caſuſque tuorum, *p*
Erroreſque tuos: nam te jam ſeptima portat *f*
Omnibus errantem terris et fluctibus (c) æſtas. *n*

ORDO.

et vos, ô Tyrii, favéntes celebráte cœtum. *Dido* dixit, et libávit honórem láticum in menſam, primáque, *eo* libáto, áttigit *réliquum* tenus ſummo ore. Tum dedit Bítiæ, increpítans *ejus moram*: ille ímpiger hauſit ſpumántem patéram, et próluit ſe pleno auro. Pòſt álii próceres *bibérunt*. Iopas crinítus pérſonat aurátâ citharâ *ea*, quæ máximus Atlas dócuit *eum*. Hic canit errántem lunam, laboréſque ſolis: unde genus hóminum, et pécudes: unde imber et ignes: *canit* arctúrum, pluviáſque Hyadas, geminóſque Triónes: quid hybérni ſoles tantùm próperent tíngere ſe Océano, vel quæ mora obſtet tardis nóctibus. Tyrii ingéminant plauſum, Troéſque ſequúntur *eos ſuo*. Necnon et infélix Dido trahébat noctem vário ſermóne, bibebátque longum amórem; rógitans multa ſuper Príamo, *et* multa ſuper Héctore: nunc quibus armis *Memnon* filius Auróræ veniſſet: nunc quales *ſunt* equi Diomédis: nunc quantus Achílles *eſſet*. Imò age, hoſpes, inquit, et ab primâ orígine dic nobis inſídias Danaórum, caſúſque tuórum, tuóſque erróres: nam jam ſéptima æſtas portat te errántem ómnibus terris et flúctibus.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER II.

CONTICUERE omnes, intentique ora tenebant. *m*
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto: *l*
Infandum, regina, jubes renovare dolorem: *c*
Trojanas ut opes et lamentabile regnum *f*
Eruerint Danai, quæque ipse miserrima vidi, *q*
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando, *g*
Myrmidonum, Dolopumve, aut (a) duri miles Ulyssei, *l*
Temperet à lacrymis? et jam nox humida cœlo *l*
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos. *o*
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, *f*
Et breviter Trojæ supremum audire laborem: *m*
Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit: *l*
Incipiam. (a) Fracti bello, fatisque repulsi *m*

ORDO.

Omnes conticuére, intentíque tenébant ora. Inde pater Ænéas sic *est* orsus ab alto toro: regína, jubes *me* renováre infándum dolórem, *narrándo:* ut Dánai erúerint Trojánas opes, et lamentábile regnum, quæque miférrima *ego* ipse vidi, et quorum fui magna pars Quis Myrmidonum, Dolopúmve, aut miles duris Ulyssei témperet à lácrymis fando tália? Et jam húmida nox præcípitat cœlo, cadentiáque sídera suadent somnos. Sed si *est tibi* tantus amor cognóscere nostros casus, et bréviter audíre suprémum labórem Trojæ: quamquam *meus* ánimus horret meminísse, refugítque luctu: *tamen* incípiam. Ductóres Danaórum, fracti bello, repulsíque fatis,

(a) *Metaphora.*

Ductores

Ductores Danaûm, tot jam (a) labentibus annis, *f*
Inſtar montis equum, divinâ Palladis arte *f*
Ædificant: ſectâque intexunt abiete coſtas. *m*
Votum pro reditu ſimulant: ea fama vagatur. *d*
Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim *f*
Includunt cæco lateri: penituſque cavernas *c*
Ingentes, uterumque armato (a) milite complent. *f*
Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima famâ *g*
Inſula, dives opum, Priami dum regna manebant: *k*
Nunc tantum ſinus, et ſtatio male fida (b) carinis. *d*
Huc ſe provecti deſerto in littore condunt. *a*
Nos abiiſſe rati, et vento petiiſſe Mycenas. *q*
Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu: *a*
Panduntur portæ; juvat ire, et Dorica caſtra, *g*
Deſertoſque videre locos, lituſque relictum. *e*
Hic Dolopum manus: hic ſævus tendebat Achilles: *l*
Claſſibus hic locus: hic acies certare ſolebant. *k*
Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ, *n*
Et molem mirantur equi: primuſque Thymœtes *g*
Duci intra muros hortatur, et arce locari; *b*
Sive dolo, ſeu jam Trojæ ſic fata ferebant. *m*
At Capys, et quorum melior ſententia menti, *p*

ORDO.

tot annis jam labéntibus, ædificant equum inſtar montis, divínâ arte Pálladis: intexúntque *ejus* coſtas ſectâ abiete. Simulant *hunc equum eſſe* votum *Minérvæ* pro réditu: ea fama vagátur. *Hi*, ſortíti delécta córpora *ómnium* virórum, inclúdunt *ea* huc furtim cæco láteri: penitúſque complent ingéntes cavérnas, uterúmque armáto mílite. In conſpéctu eſt Ténedos, ínſula notiſſima famâ, dives opum, dum regna Príami manébant: nunc *eſt* tantùm ſinus, et ſtátio male fida carínis. *Dánai* provécti huc condunt ſe in deſérto littore. Nos *ſumus* rati *eos* abiviſſe, et petiviſſe Mycénas vento. Ergo omnis Teúcria ſolvit ſe longo luctu: portæ pandúntur; juvat *nos* ire, et vidére Dórica caſtra, deſertóſque locos, littúſque relictum. Hìc *erat* manus Dólopum: hìc ſævus Achílles tendébat: hìc *erat* locus cláſſibus: hìc ácies ſoléhant certáre. Pars *è noſtris* ſtupet *íntuens* exitiále donum innúptæ Minérvæ, et mirántur molem equi: Thymœtéſque primus hortátur *eum* duci intra muros, et locári arce; ſive *ſuadet* dolo, ſeu jam fata Trojæ ferébant ſic. At Capys, et quorum menti *erat* mélior ſenténtia,

(a) *Enallage.* (b) *Synecdoche.*

Aut

Aut pelago Danaûm insidias suspectaque dona k
Præcipitare jubent, subjectisque urere flammis; l
Aut terebrare cavas uteri et tentare latebras. k
(a) Scinditur incertum studia in contraria vulgus. p
Primus ibi ante omnes, magnâ comitante catervâ, n
Laocoon ardens summa decurrit ab arce. m
Et procul: O miseri, quæ tanta insania, cives? l
Creditis avectos hostes? aut ulla putatis m
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Ulysses? k
Aut hoc inclusi (b) ligno occultantur Achivi; a
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros, g
Inspectura domos, venturaque desuper urbi; h
Aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri. k
Quicquid id est, timeo Danaos et dona ferentes. k
Sic fatus, validis ingentem viribus hastam f
In latus, inque feri curvam compagibus alvum l
Contorsit: stetit illa tremens, uteroque recusso, d
Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ. i
Et, si fata Deûm, si mens non læva fuisset, m
Impulerat (b) ferro Argolicas (a) fœdare latebras: p
(c) Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres. p

ORDO.

jubent aut præcipitáre *equum*, insídias Danaórum, suspectáque dona *eórum* pélago, ureréque *ea* flammis subjéctis; aut terebráre et tentáre cavas látebras úteri. Incértum vulgus scínditur in contrária stúdia. Ibi Laócoon primus, ante omnes, ardens decúrrit ab summâ arce, magnâ catérvâ comitánte *eum*. Et *clamat* procùl: O míseri cives, quæ tanta insánia *occupat vos?* Créditis hostes *esse* avéctos? aut putátis ulla dona Danaórum carére dolis? *an* Ulysses *est* sic notus *vobis?* Aut Achívi occultántur inclúsi hoc ligno; aut hæc máchina est fabricáta in nostros muros, inspectúra domos, venturáque désuper urbi; aut áliquis error, *i. e. dolus* latet: Teucri, ne crédite equo. Quicquid id est, timeo Dánaos, et feréntes dona. *Laócoon* fatus sic, contórsit ingéntem hastam válidis víribus in latus, inque alvum feri *equi* curvam compágibus: illa *hasta* stetit tremens, uteróque recússo, cavæ cavérnæ insonuére, dederéque gémitum. Et, si fata Deórum *permisíssent*, si *nostræ* mens non fuísset læva, *Laócoon* impúlerat *nos* fœdare Argólicas látebras ferro. Trojáque nunc stares, altáque arx Príami manéres.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Apostrophe.*

Ecce

Ecce manus juvenem interea poſt (a) terga (b) revinctum *k*
Paſtores magno ad regem clamore trahebant *a*
Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus ultro, *e*
Hoc ipſum ut (c) ſtrueret, Trojamque aperiret Achivis, *b*
Obtulerat: fidens animi, atque in utrumque paratus, 61 *o*
Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. *f*
Undique viſendi ſtudio Trojana juventus *p*
Circumfuſa ruit, certantque illudere capto. *f*
Accipe nunc Danaûm inſidias, et crimine ab uno 65 *k*
Diſce omnes. *a*
Namque, ut conſpectu in medio turbatus, inermis *g*
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit: * *i*
Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt *a*
Accipere? aut quid jam miſero mihi denique reſtat! 70 *o*
Cui neque apud Danaos uſquam locus: inſuper ipſi *q*
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. *m*
Quo gemitu converſi animi, compreſſus et omnis *p*
Impetus: hortamur fari, quo ſanguine cretus, *m*
Quidve ferat, memoret; quæ ſit fiducia capto. 75 *l*
Ille hæc, depoſitâ tandem formidine, fatur: *f*
Cuncta equidem tibi, Rex, fuerint quæcunque, fatebor, *k*
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo. *e*

ORDO.

Ecce intérea Páſtores, Dardánidæ, trahébant júvenem revínctum manus poſt terga ad regem magno clamóre: qui *júvenis* ultrò obtúlerat ſe ignótum *illis* veniéntibus, ut ſtrúeret hoc ipſum, aperirétque Trojam Achívis: fidens ánimi, atque parátus in utrúmque, ſeu verſáre dolos, ſeu occúmbere certæ morti. Trojána juvéntus ruit circumfúſa úndique ſtúdio *illius* viſéndi, certántque illúdere *illi* capto. Nunc áccipe inſídias Danaórum, et diſce omnes ab uno crímine. Namque, ut cónſtitit in médio conſpéctu, turbátus, inérmis, atque circumſpéxit Phrygia ágmina óculis: inquit, heu! quæ tellus nunc, quæ æquóra poſſunt accípere me? aut quid jam dénique reſtat mihi míſero! cui neque *eſt* locus uſquam apud Danáos: ínſuper Dardánidæ ipſi infénſi poſcunt pœnas cum *meo* ſánguine. Quo gémitu *noſtri* ánimi *ſunt* convérſi, et omnis ímpetus *eſt* compréſſus: hortámur *eum* fari, quo ſánguine *ſit* cretus, memorétve quid ferat; quæ fidúcia ſit *ipſi* capto. Ille fatur hæc, formídine tandem depóſitâ: inquit, équidem fatebor cuncta vera tibi, rex, quæcúnque fúerint: neque negábo me *eſſe* de Argólicâ gente.

(a) *Enallage.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Metaphora.*

Hoc

Hoc primum: nec, ſi miſerum fortuna Sinonem g
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. f
Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures p
Belidæ nomen Palamedis, et inclyta famâ c
Gloria: quem falſa ſub proditione Pelaſgi n
Inſontem infando indicio, quia bella vetabat, c
Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent: f
Illi me comitem, et conſanguinitate propinquum b
Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis. m
Dum ſtabat regno incolumis, regnumque (a) vigebat g
Conſiliis; et nos aliquod nomenque decuſque p
Geſſimus: invidiâ poſtquam pellacis Ulyſſei l
(Haud ignota loquor) (b) ſuperis conceſſit ab oris; e
Afflictus vitam in tenebris luctuque (a) trahebam, g
Et caſum inſontis mecum indignabat amici. a
Nec tacui demens: et me, fors ſi qua tuliſſet, m
Si patrios unquam remeâſſem victor ad Argos, p
(c) Promiſi ultorem, et verbis odia (a) aſpera movi. b
Hinc mihi prima mali (a) labes: hinc ſemper Ulyſſes l
Criminibus terrere novis: hinc ſpargere voces p
In vulgum ambiguas, et quærere conſcius arma. b
Nec requievit enim, donec Calchante miniſtro, l

ORDO.

Hoc *eſt* primum: nec, ſi ímproba fortúna finxit Sinónem míſerum, finget *eum* vanum étiam, mendacémque. Si fortè, fando àliquid, nomen Palamédis Belidæ, et *ejus* glória inclyta famâ, pervénit ad tuas aures: quem *Palamédem* inſóntem, ſub falsâ proditióne, Peláſgi demiſére neci inſándo indício, quia vetábat bella: nunc lugent *eum* caſſum lúmine: *meus* pater, pauper, miſit me cómitem illi, et propínquum conſanguinitáte, huc in arma ab primis annis. Dum ſtabat incólumis regno, regnúmque vigébat *ejus* conſíliis; et nos géſſimus áliquod nomenque decúſque: poſtquam *ille* concéſſit ab ſúperis oris invídiâ péllacis Ulyſſei, (loquor haud ignóta;) *ego* afflictus trahébam vitam in ténebris luctúque, et mecum indignábar caſum inſóntis amíci. Nec demens tácui: et, ſi qua fors tulíſſet *occaſiónem*, ſi unquam remeavíſſem victor ad pátrios Argos, promíſi me *fore* ultórem *Palamédi*, et movi áſpera odia verbis. Hinc *erat* mihi prima labes mali. ſemper hinc Ulyſſes *cæpit* terrére *me* novis crimínibus: hinc *cæpit* ſpárgere ambíguas voces in vulgum, et cónſcius quærere arma, *i. e. cauſas criminándi.* Enim nec requiévit, donec, Calchánte miniſtro,

(a) *Metaphora.* (b) *Periphraſis.* (c) *Catachreſis.*

Sed

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo? *m*
Quidve moror? ſi omnes uno ordine habetis Achivos, *n*
Idque audire ſat eſt jamdudum; ſumite pœnas: *f*
Hoc (a) Ithacus velit, et magno mercentur (a) Atridæ. *b*
Tum vero ardemus ſcitari, et quærere cauſſas, *a*
Ignari ſcelerum tantorum artiſque Pelaſgæ. *f*
Proſequitur pavitans, et ficto pectore fatur: *l*
Sæpe fugam Danai Trojâ cupiere relictâ *q*
Moliri, et longo feſſi diſcedere bello. *a*
Feciſſentque utinam! Sæpe illos aſpera ponti *f*
Intercluſit (b) hyems, et terruit Auſter euntes. *h*
Præcipue, cum jam hic trabibus contextus acernis, *p*
Staret equus, toto ſonuerunt æthere nimbi. *p*
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi *f*
Mittimus: iſque adytis hæc triſtia dicta reportat: *q*
Sanguine placaſtis ventos, et virgine cæſa, *m*
Cum primum Iliacas Danai veniſtis ad oras: *e*
Sanguine quærendi reditas, animâque litandum *o*
Argolicâ. Vulgi quæ vox ut venit ad aures, *m*
Obſtupuere animi, (b) geliduſque per ima cucurrit *i*
Oſſa tremor; cui fata parent, quem poſcat Apollo. *p*
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu *m*

ORDO.

Sed quìd autem ego revólvo hæc ingráta *vobis* nequícquam? Quidve moror *meam pœnam?* ſi habétis omnes Achívos uno órdine, eſtque ſat jamdúdum audíre id; ſúmite pœnas *de me: Ulyſſes*, Ithacus *rex* velit hoc, et Atrídæ mercéntur *meum ſupplícium* magno *prétio*. Tum verò ardémus ſcitári, et quærere cauſas, ignári tantórum ſcélerum, Pelaſgæque artis. *Ille* pávitans proſéquitur *narratiónem* et fatur ficto péctore: *dicens*, ſæpe Dánai cupivére moliri fugam Trojâ relictâ, et feſſi longo bello diſcédere. Utinámque feciſſent! Sæpe áſpera hyems ponti interclúſit illos, et Auſter térruit *illos* eúntes. Præcipuè, cùm jam hic equus ſtaret contéxtus acérnis trábibus, nimbi ſonuérunt toto æthere. *Nos* ſuſpénſi míttimus Eurypylum ſcitátum orácula Phœbi: iſque repórtat hæc triſtia dicta ádytis: placavíſtis ventos ſánguine, et cæſâ vírgine, cùm primùm *vos*, Dánai, veníſtis ad Iliacas oras: *veſtri* réditus *ſunt* quæréndi *ſánguine*, litandúmque *eſt* Argólicâ ánimâ. Ut quæ vox venit ad aures vulgi, *eórum* ánimi obſtupuére, gelidúſque tremor cucúrrit per ima oſſa; cui parent fata, quem Apóllo poſcat. Hìc Ithacus *Ulyſſes* protráhit vatem Calchánta magno tumúltu in médios *mílites:*

(a) *Antonomaſia.* (b) *Meteorymia.*

Protrahit in medios: quæ ſint ea numina Divum, *q*
Flagitat: et mihi jam multi crudele canebant *l*
Artificis ſcelus, et taciti ventura videbant. *k*
Bis quinos ſilet ille dies, tectuſque recuſat *e*
Prodere voce ſuâ quemquam, aut opponere morti. *l*
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus, *g*
Compoſitò (a) rumpit vocem, et me deſtinat aræ. *m*
Aſſenſere omnes: et quæ ſibi quiſque timebat, *b*
Unius in miſeri exitium converſa tulere. *k*
Jamque dies infanda aderat: mihi ſacra parari, *o*
Et ſalſæ fruges, et circum tempora vittæ. *a*
Eripui (fateor) leto me, et vincula rupi: *l*
Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva *f*
Delitui, dum vela darent, ſi forte dediſſent. *p*
Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi, *l*
Nec dulces natos exoptatumque parentem: *a*
Quos illi (b) fors ad pœnas ob noſtra repoſcent *a*
Effugia, et culpam hanc miſerorum morte piabunt. *p*
Quod te, per ſuperos et conſcia numina veri; *b*
Per, ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam *g*
Intemerata fides, oro: miſerere laborum *q*
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis. *e*

ORDO.

flágitat *eum dícere*, quæ ſint ea númina Divórum: et jam multi canébant crudéle ſcelus artíficis *Ulyſſis*, et táciti vidébant *fata* ventúra *in me*. Ille *vates* ſilet bis quinos dies, tectúſque recúſat pródere quemquam ſuâ voce, aut oppónere *ullum* morti. Tandem *Calchas*, vix actus magnis clamóribus Ithaci *Ulyſſis*, compoſitò rumpit vocem, et déſtinat me aræ. Omnes aſſenſére: et tulére *ea*, quæ quiſque timébat ſibi, *eſſe* convérſa in exítium *mei* unius miſeri. Jamque infánda dies áderat: ſacra *cæpérunt* parári *mihi*, et ſalſæ fruges, et vittæ circum *mea* témpora. Eripui me leto, fáteor, et rupi *mea* víncula: delituíque limóſo lacu per noctem obſcúrus in ulvâ, dum darent vela, ſi fortè dediſſent *ea*. Nec *eſt* mihi jam ulla ſpes vidéndi antiquam pátriam, nec dulces natos, exoptatúmque paréntem: quos fors illi repóſcent ad pœnas ob noſtra effúgia, et piábunt hanc *meam* culpam morte *illórum* miſerórum. *Propter* quod oro te, per ſúperos, et númina cónſcia veri; per *hanc*, ſi eſt qua intemeráta fides, quæ adhuc reſtat uſquam mortálibus: miſerére tantórum labórum, miſerére *mei* ánimi feréntis non digna.

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.*

His

His lacrymis vitam damus, et miſereſcimus ultro. *o*
Ipſe viro primus manicas atque arcta (a) levari *p*
Vincla jubet Priamus; dictiſque ita fatur amicis: *q*
Quiſquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Graios, *m*
Noſter eris: mihique hæc ediſſere vera roganti: *q*
Quo molem hanc immanis equi ſtatuere? quis auctor? *c*
Quidve petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli? *p*
Dixerat. Ille dolis inſtructus et arte Pelaſgâ, *q*
Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. *m*
Vos, æterni ignes, et non violabile veſtrum *b*
Teſtor numen, ait; vos aræ enſeſque nefandi, *ſ*
Quos fugi; vittæque Deûm, quas hoſtia geſſi: *g*
Fas mihi Graiorum ſacrata reſolvere jura; *n*
Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras, *h*
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus ullis. *m*
Tu modo promiſſis maneas, ſervataque ſerves *p*
Troja fidem: ſi vera feram, ſi magna rependam. *p*
Omnis ſpes Danaûm et cœpti fiducia belli *ſ*
Palladis auxiliis ſemper ſtetit. Impius ex quo *q*
Tydides ſed enim, ſcelerumque inventor Ulyſſes, *e*
Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo *a*
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis, *m*

ORDO.

Damus vitam his lácrymis, et miſeréſcimus *ejus* ultrò. Príamus ipſe primus jubet mánicas atque arcta víncula levári viro; fatúrque ita amícis dictis: quiſquis es, jam hinc oblivíſcere amíſſos Graios, eris noſter: ediſſeréque hæc vera mihi rogánti: quò ſtatúere hanc molem immánis equi? quis *erat* auctor? quidve petunt? quæ rellígio *eſt in eo?* aut quæ máchina belli? *Príamus* díxerat. Ille *Græcus*, inſtrúctus dolis et Peláſgâ arte, ſúſtulit palmas exútas vínculis ad ſídera. Ait, *ô* ætérni ignes, teſtor vos, et veſtrum numen non violábile; vos aræ, nefandíque enſes, quos fugi; vittæque Deórum, quas *ego* hóſtia géſſi: *eſt* fas mihi reſólvere ſacráta jura Graiórum; *eſt* fas odíſſe viros, atque ferre ómnia ſub auras, ſi tegunt qua: nec téneor ullis légibus pátriæ. Tu, Troja, modò máneas promíſſis, ſervatáque ſerves fidem *mihi:* ſi feram vera, ſi repéndam magna. Omnis ſpes Danaórum, et fidúcia cœpti belli ſemper ſtetit auxíliis Pálladis. Sed enim ex quo *témpore* ímpius Tydídes *Diomédes*, Ulyſſéſque invéntor ſcélerum, aggréſſi avéllere fatále Palládium ſacráto templo, cuſtódibus ſummæ arcis cæſis,

(a) *Metaphora.*

Corripuere ſacram effigiem; manibuſque cruentis *i*
Virgineas auſi Divæ contingere vittas: *m*
Ex illo (a) fluere ac retro ſublapſa referri *f*
Spes Danaûm: fractæ vires, averſa Deæ mens. *m*
Nec dubiis ea ſigna dedit (b) Tritonia monſtris. *k*
Vix poſitum caſtris ſimulacrum; arſere coruſcæ *p*
(c) Luminibus flammæ arrectis, ſalſuſque per artus *m*
Sudor iit, terque ipſa ſolo (mirabile dictu!) *p*
Emicuit, parmamque ferens haſtamque trementem. *p*
Extemplo tentanda fugâ canit æquora Calchas: *c*
Nec poſſe Argolicis exſcindi Pergama telis; *f*
Omina ni repetant Argis; numenque reducant, *l*
Quod pelago et curvis ſecum advexere (d) carinis. *m*
Et nunc quod patrias vento petiere Mycenas; *b*
Arma Deoſque parant comites, pelagoque remenſo *i*
Improviſi aderunt: ita digerit omnia Calchas. *d*
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo, *e*
Effigiem ſtatuere, nefas quæ triſte piaret: *k*
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem *m*
Roboribus textis, (e) cœloque educere juſſit: *m*
Nec recipi portis, aut duci in mœnia poſſit; *m*
Neu populum antiqua ſub relligione tueri. *n*

ORDO.

corripuére ſacram effígiem; auſíque contíngere virgíneas vittas Divæ cruéntis mánibus: ex illo *témpore* ſpes Danáórum *cæpit* flúere, ac ſublápſa reférri retrò: vires *ſunt* fractæ, et mens Deæ *eſt* avérſa. Nec Tritónia dedit ea ſigna dúbiis monſtris. Simulácrum *Pálladis* vix eſt póſitum caſtris *Græcórum*; *cùm* corúſcæ flammæ arſére *ex ejus* lumínibus arréctis, ſalſúſque ſudor ivit per *ejus* artus, térque ipſa emícuit ſolo, (mirábile dictu!) ferénſque parmam trementémque haſtam. Extémplò Calchas canit, æquora *eſſe* tentánda fugâ: nec Pérgama poſſe exſcíndi Argólicis telis; ni répetant ómina *ex urbe* Argis; reducántque numen, quod advexére ſecum pélago et curvis carínis. Et nunc quòd petivére pátrias Mycénas vento; parant arma Deóſque cómites, pelagóque reménſo, improviſi áderunt: Calchas ita dígerit ómnia. Móniti ſtatúere hanc effígiem pro Palládio, pro læſo númine, quæ *effígies* piáret triſte nefas: tamen Calchas juſſit attóllere hanc imménſam molem robóribus textis, educeréque *eam* cœlo: ne poſſit récipi portis, aut duci in mœnia; neu *poſſit* tuéri pópulum ſub antíquâ relligióne.

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metonymia.* (d) *Synecdoche.* (e) *Hyperbole.*

Nam

Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Minervæ; 189 *e*
Tum magnum exitium (quod Dî prius omen in ipſum *b*
Convertant) Priami imperio Phrygibuſque futurum: *d*
Sin manibus veſtris veſtram aſcendiſſet in urbem; *m*
Ultro Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello *p*
Venturam, et noſtros ea fata manere nepotes. *c*
Talibus inſidiis, perjurique arte Sinonis, 195 *l*
Credita res; captique dolis, lacrymiſque coacti; *o*
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles, * *m*
Non anni domuere decem, non mille carinæ. *e*
Hic aliud majus miſeris multoque tremendum *p*
Objicitur magis, atque improvida pectora turbat. 200 *q*
Laocoon, ductus Neptuno ſorte ſacerdos, *m*
Sollemnes taurum ingentem mactabat ad aras. *a*
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta *e*
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues *f*
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt: 205 *e*
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque *m*
Sanguineæ exſuperant undas; pars cætera pontum *l*
Pone legit, ſinuatque immenſa volumine terga. *q*
Fit ſonitus ſpumante (a) ſalo: jamque arva tenebant; *p*
Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine et igni, 210 *f*

ORDO.

Nam ſi veſtra manus violavíſſet dona Minérvæ; tum, *dicébat* magnum exítium (quod omen Dii priùs convértant in ipſum) *eſſe* futúrum império Príami, Phrygibúſque: ſin aſcendiſſet in veſtram urbem veſtris mánibus; Aſiam *eſſe* ventúram ultrò magno bello ad Pelopéia mœnia, et ea fata manére noſtros nepótes. Tálibus inſídiis artéque perjúri Sinónis, res *eſt* crédita: *ſunt* captíque dolis, coactíque lácrymis; quos neque *Diomédes* Tydides, nec Lariſſæus Achílles, non decem anni, non mille carinæ domuére. Hìc áliud majus, multóque magis treméndum *porténtum* objícitur míſeris *Trojánis*, atque turbat impróvida péctora *eórum*. Laócoon, ductus ſacérdos Neptúno ſorte, mactábat ingéntem taurum ad ſollémnes aras. Ecce autem (horréſco réferens) gémini angues, imménſis órbibus, *emíſſi* à Ténedo per tranquílla alta, incúmbunt pélago, paritérque tendunt ad líttora: quorum péctora, arrécta inter fluctus, ſanguineæque jubæ exſúperant; cætera pars legit pontum ponè, ſinuátque imménſa terga volúmine. Sónitus fit ſpumánte ſalo: jamque tenébant arva; ſuffectíque ardéntes óculos ſánguine et igni,

(a) *Metonymia.*

Sibila

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. *m*
Diffugimus viſu exſangues: illi agmine certo *m*
Laocoonta petunt: et primum parva duorum *l*
Corpora natorum ſerpens amplexus uterque *m*
Implicat, et miſeros morſu depaſcitur artus. *l*
Poſt, ipſum auxilio ſubeuntem ac tela ferentem *e*
Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus: et jam *p*
Bis medium amplexi, bis collo ſquamea (a) circum *m*
Terga dati, ſuperant (b) capite et cervicibus altis. *k*
Ille ſimul manibus tendit divellere nodos, *l*
Perfuſus ſanie vittas atroque veneno; *f*
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit: *f*
Quales mugitus, fugit cum ſaucius aram *a*
Taurus, et incertam excuſſit cervice ſecurim. *m*
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones *m*
Effugiunt, ſævæque petunt (c) Tritonidis arcem: *p*
Sub pedibuſque Deæ, clypeique ſub orbe teguntur. *i*
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis *e*
Inſinuat pavor: et ſcelus expendiſſe merentem *k*
Laocoonta ferunt; ſacrum qui cuſpide (d) robur *l*
Læſerit, et tergo ſceleratam intorſerit haſtam. *p*
Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandaque Divæ *g*

ORDO.

lambébant ſíbila ora vibrántibus linguis. *Nos* diffúgimus exſángues viſu: illi petunt Laocoónta certo ágmine: et primùm utérque ſerpens, ampléxus parva córpora duórum natórum *Laocoóntis*, implicat *ea*, et depáſcitur míſeros artus *eórum* morſu. Pòſt, corrípiunt *patrem* ipſum, ſubeúntem auxílio *filiórum*, ac feréntem tela, ligántque *eum* ingéntibus ſpiris: et jam ampléxi *eum* médium bis, circúmdati ſquámmea terga *ejus* collo bis, ſúperant *eum* cápite et altis cervícibus. Simul ille *Laócoon* tendit divéllere nodos mánibus, *eſt* perfúſus *circa* vittas ſane atróque venéno. Simul tollit horréndos clamóres ad ſídera: quales mugítus taurus *emíttit*, cùm ſáucius fugit aram, et excúſſit incértam ſecúrim cervíce. At gémini dracónes effúgiunt lapſu ad ſumma delúbra, petúntque arcem ſævæ Tritónidis: teguntúrque ſub pédibus Deæ, ſubque orbe clypei. Tum verò novus pavor inſínuat *ſe* per tremefácta péctora cunctis: et ferunt Laocoónta meréntem expendíſſe ſcelus; qui læſerit ſacrum robur cúſpide, et intórſerit ſcelerátam haſtam tergo *equi*. Conclámant ſimulácrum *equi eſſe* ducéndum ad ſedes,

(a) *Tmeſis.* (b) *Enallage.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Metonymia.*

Numina

Numina conclamant. *m*
Dividimus muros, et mœnia pandimus urbis. *n*
Accingunt omnes operi: pedibuſque rotarum *c*
Subjiciunt lapſus, et ſtupea vincula collo *n*
Intendunt: ſcandit fatalis machina muros, *a*
Fœta armis: pueri circum innuptæque puellæ *f*
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent. *p*
Illa ſubit, mediæque minans illabitur urbi. *k*
O patria, ô Divûm domus Ilium, et inclyta bello *o*
Mœnia Dardanidûm! quater ipſo in limine portæ *k*
Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere. *i*
Inſtamus tamen immemores, cæcique furore, *e*
Et monſtrum infelix ſacratâ ſiſtimus arce. *a*
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris *p*
Ora, Dei juſſu, non umquam credita Teucris. *m*
Nos delubra Deûm miſeri, quibus ultimus eſſet *d*
Ille dies, feſtâ velamus fronde per urbem. *m*
Vertitur interea cœlum, et (a) ruit Oceano nox, *q*
Involvens umbrâ magnâ terramque polumque, *a*
Myrmidonumque dolos: fuſi per mœnia Teucri *l*
Conticuere: ſopor feſſos complectitur artus. *m*
Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat *f*

ORDO.

numináque Divæ *Pálladis eſſe* oránda. Divídimus muros, et pándimus mœnia urbis. Omnes accíngunt *ſe* óperi: ſubjiciúntque lapſus rotárum pédibus *equi*, et inténdunt ſtúpea víncula collo: fatális máchina ſcandit muros, fœta armis: puéri innuptæque puéllæ canunt ſacra *cármina* circum *eam*, gaudéntque contíngere funem manu. Illa ſubit, minánſque illábitur médiæ urbi. O pátria, ô Ilium domus Divórum, et mœnia Dardanidârum ínclyta bello! ſúbſtitit quater in límine ipſo portæ, atque arma dedére ſónitum útero quater. Tamen inſtámus immémores, cæcíque furóre, et ſíſtimus infélix monſtrum ſacrá â arce. Tunc étiam Caſſándra, non umquam crédita Teucris, áperit ora futúris fatis, juſſu Dei *Phœbi*. Nos míſeri, quibus ille dies eſſet últimus, velámus delúbra Deórum feſtâ fronde per *totam* urbem. Intérea cœlum vértitur, et nox ruit Océano, invólvens terrámque polúmque, dolóſque Myrmídonum: Teucri fuſi per mœnia conticuére: ſopor compléctitur feſſos artus *eórum*. Et jam Argíva phalanx ibat inſtrúctis návibus à Ténedo,

(a) *Metathora.*

A Tenedo,

A Tenedo, tacitæ per amica ſilentia Lunæ, *i*
Littora nota petens: flammas cum regia puppis *l*
Extulerat; fatiſque Deûm defenſus iniquis, *p*
Incluſos utero Danaos et pinea furtim *e*
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras *h*
Reddit equus, lætique cavo ſe robore promunt *p*
Tiſandrus Sthenelusque duces, et dirus Ulyſſes, *e*
Demiſſum lapſi per funem; Athamaſque, Thoaſque, *c*
Pelideſque Neoptolemus, primuſque Machaon, *e*
Et Menelaus, et ipſe doli fabricator Epeüs. *i*
Invadunt (a) urbem ſomno vinoque ſepultam: *a*
Cæduntur vigiles: portiſque patentibus omnes *b*
Accipiunt ſocios, atque agmina conſcia jungunt. *q*
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris *p*
Incipit, et dono Divûm gratiſſima ſerpit. *m*
In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector *g*
Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus: *l*
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento *a*
Pulvere, perque pedes (b) trajectus lora tumentes. *l*
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo *l*
Hectore, qui redit exuvias (b) indutus Achillis, *k*
Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes! *m*

ORDO.

per amica ſilèntia tácitæ Lunæ, petens nota littora: cùm régia puppis extúlerat flammas; Sinónque, defénſus iníquis fatis Deórum, laxat Dánaos inclúſos útero *equi*, et pínea clauſtra furtim: equus, patefáctus reddit illos ad auras; Tiſandrúſque, Sthenelúſque duces, et dirus Ulyſſes, læti promunt ſe cavo róbore, lapſi per demíſſum funem; Athamáſque, Thoáſque, Pelidéſque Neoptólemus, primúſque Machaon, et Meneláus, et Epéüs ipſe fabricátor doli. *Hi* invádunt urbem ſepúltam ſomno vinóque: vígiles cædúntur: portíſque paténtibus, accípiunt omnes ſócios, atque jungunt cónſcia ágmina. Erat tempus, quo prima quies íncipit *eſſe* ægris mortálibus, et gratíſſima ſerpit dono Divórum. Ecce in ſomnis Hector mœſtíſſimus *eſt* viſus adéſſe mihi ante óculos, effunderéque largos fletus: raptátus bigis, ut quondam, atérque cruénto púlvere, trajéctuſque lora per tuméntes pedes. Hei mihi, qualis erat! quantùm mutátus ab illo Héctore, qui redit indútus exúvias Achíllis, vel jaculátus Phrygios ignes púppibus Danaórum!

(a) *Metonymia.* (b) *Hellenismus.*

Squalentem

Squalentem barbam, et concretos ſanguine crines *a*
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros *l*
Accepit patrios: ultro flens ipſe videbar *f*
Compellare virum, et mœſtas expromere voces: *f*
O lux Dardaniæ! ſpes ô fidiſſima Teucrûm! *f*
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris *d*
Exſpectate venis? ut te poſt multa tuorum *f*
Funera, poſt varios hominumque urbiſque labores *k*
Defeſſi aſpicimus? quæ cauſa indigna ſerenos *f*
Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno? *a*
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur; *m*
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens, *l*
Heu fuge, nate Dea, teque his (ait) eripe flammis. *q*
Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troja: *p*
Sat patriæ Priamoque datum: ſi Pergama dextrâ *m*
Denſendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent. *g*
Sacra, ſuoſque tibi commendat Troja Penates: *l*
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære, *p*
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto. *p*
Sic ait, et manibus vittas, Veſtamque potentem, *l*
Æternumque adytis efferet penetralibus ignem. *b*
Diverſo interea miſcentur mœnia luctu: *f*
Et magis atque magis (quamquam ſecreta parentis *l*

ORDO.

gerens ſqualéntem barbam, et ignes concrétos ſánguine, illáque vúlnera, quæ plúrima accépit circum pátrios muros: *ego* ipſe flens vidébar compelláre virum, et exprómere mœſtas voces: O lux Dardániæ! ô fidiſſima ſpes Teucrórum! quæ tantæ moræ tenúere *te?* ab quibus oris venis Hector expectáte? ut *nos* deſéſſi aſpicimus te poſt multa fúnera tuórum, poſt vários labóres hominúmque urbíſque? quæ indigna cauſa fœdávit *tuos* ſerénos vultus? aut cur cerno hæc vúlnera? Ille *reſpóndit* nihil: nec morátur me quæréntem vana; ſed ducens gémitus gráviter de imo péctore, ait, heu fuge, nate Deâ, eripéque te his flammis. Hoſtis habet muros: Troja ruit ab alto cúlmine: ſat *eſt* datum pátriæ Priamóque: ſi Pérgama poſſent defendi dextrâ, fuiſſent defénſa étiam hâc *meâ*. Troja commendat ſacra, ſuóſque Penátes tibi: cape hos cómites fatórum: quære mœnia his, quæ magna dénique ſtátues ponto pererráto. Sic ait, et effert vittas, potentémque Veſtam, æternúmque ignem mánibus ex penetrálibus adytis. Interea mœnia miſcéntur divério luctu: et, (quamquam domus paréntis Anchíſæ ſecréta,

Anchiſæ domus, arboribuſque obtecta receſſit) 300 *e*
Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror. *f*
Excutior ſomno, et ſummi faſtigia tecti *m*
Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto. *f*
In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris *q*
Incidit; aut rapidus montano flumine torrens 305 *l*
Sternit agros, ſternit ſata læta boumque labores, *o*
Præcipiteſque trahit ſylvas: ſtupet inſcius alto *q*
Accipiens ſonitum (a) ſaxi de vertice paſtor. *l*
Tum verò manifeſta fides, Danaûmque pateſcunt *d*
Inſidia: jam Deiphobi dedit ampla ruinam, 310 *o*
(b) Vulcano ſuperante, domus: jam proximus ardet *e*
(b) Ucalegon: Sigea igni freta lata relucent. *n*
Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum. *p*
Arma amens capio, nec ſat rationis in armis: 314 *b*
Sed (b) glomerare manum bello, et concurrere in arcem *l*
Cum ſociis (b) ardent (c) animi: furor iraque mentem *o*
Præcipitant, pulchrumque mori ſuccurrit in armis. *p*
Ecce autem, telis Pantheus elapſus Achivûm, *a*
Pantheus (d) Otriades, arcis Phœbique ſacerdos; *f*
Sacra manu, victoſque Deos, parvumque nepotem 320 *p*
Ipſe trahit: curſuque amens ad limina tendit: *m*

O R D O.

obtectáque arbóribus recéſſit *aliquántùm ab urbe*) ſónitus claréſcunt magis atque magis, horrórque armorum íngruit. Excútior ſomno, et ſúpero faſtígia ſummi tecti aícénſu, atque alto arréctis aúribus. Véluti cùm flamma íncidit in ſégetem Auſtris furéntibus; aut rápidus torrens ſternit agros montáno flúmine, *et* ſternit læta ſata laboréſque boum, trahítque ſylvas præcipites: *tunc* paſtor, ínſcius, ſtupet, accípiens ſónitum de alto vértice ſaxi. Tum verò fides *verbórum Héctoris eſt* manifésta, inſidiæque Danaórum patéſcunt: jam ampla domus Deíphobi dedit ruínam, Vulcáno ſuperánte: jam Ucálegon, *i. e. ejus domus*, próximus ardet: lata Sígeia freta relúcent igni. Clamórque virórum, clangórque tubárum exóritur. *Ego* amans cápio arma, nec *erat* ſat rationis in armis: ſed *mei* ánimi ardent g'omeráre manum bello, et concúrrere in arcem cum ſóciis: furor iráque præcípitant mentem, ſuccurrítque *eſſe* pulchrum mori in armis. Autem ecce, Pántheus *eſt* elápſus telis Achivórum, *inquam* Pántheus Otriades, ſacérdos arcis Phœbique; ipſe trahit ſacra manu, victóſque Deos, parvúmque nepótem: aménſque tendit curſu ad *noſtra* límina:

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Enallage.* (d) *Antonomaſia.*

Quo

Quo res ſumma loco, Pantheu? quam prendimus arcem? *f*
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit: *k*
Venit ſumma dies et ineluctabile tempus *e*
Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium, et ingens *q*
Gloria Teucrorum: ferus omnia Jupiter Argos *o*
Tranſtulit: incensâ Danai dominantur in urbe. *o*
Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans *p*
Fundit equus, victorque Sinon incendia miſcet *p*
Inſultans: portis alii bipatentibus adſunt, *e*
Millia quot magnis numquam venere Mycenis. *m*
Obſedere alii telis anguſta viarum *f*
Oppoſiti: (a) ſtat ferri acies mucrone coruſco *p*
Stricta, parata neci: vix primi prœlia tentant *l*
Portarum vigiles, et cæco Marte reſiſtunt. *f*
Talibus (b) Otriadæ dictis, et numine Divûm *l*
In flammas et in arma feror: quo triſtis Erinnys, *e*
Quo fremitus vocat, et ſublatus ad æthera clamor. *q*
Addunt ſe ſocios Ripheus et maximus annis *f*
Iphitus, oblati per lunam, Hypaniſque Dymaſque; *n*
Et lateri agglomerant noſtro: juveniſque Chorœbus *q*
(b) Mygdonides: illis ad Trojam forte diebus *m*
Venerat, (c) inſano Caſſandræ (c) incenſus amore; *m*

ORDO.

dixi, Pantheu, *in* quo loco *eſt* ſumma res? quam arcem prendimus? vix eram fatus ea, cùm reddit tália *verba* gemitu: ſumma dies et ineluctábile tempus venit Dardániæ: *nos* Troes fuímus, Ilium fuit, et ingens glória Teucrórum: ferus Júpiter tránſtulit ómnia Argos: Danai dominántur in incénsâ urbe. Arduus equus, aſtans in mediis mœnibus, fundit armátos *viros*; victórque Sinon, inſúltans, miſcet incéndia: *tot* álii *hoſtes* adſunt portis bipaténtibus, quot míllia numquam vénere magnis Mycénis. Álii oppóſiti obſedére angúſta viárum telis: ácies ferri ſtat ſtricta corúſco mucróne, paráta neci: primi vigiles portárum vix tentant prœlia, et reſíſtunt cæco Marte. Tálibus dictis Otriadæ, et númine Divórum, feror in flammas et in arma: quò triſtis Erínnys, quò frémitus, et clamor ſublátus ad æthera vocat *me*. Ripheus et Iphitus máximus annis obláti *mihi* per lunam, Hypaníſque Dymáſque addunt ſe ſócios; et agglómerant *ſe* noſtro láteri: juveníſque Chorœbus Mygdónides: fortè *ille* vénerat ad Trojam illis diébus, incénſus inſáno amóre Caſſándræ;

(a) *Allegoria.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.*

Et gener auxilium Priamo Phrygibuſque ferebat: *i*
Infelix, qui non ſponſæ præcepta furentis *a*
Audiêrat. *m*
Quos ubi confertos audere in prœlia vidi, *m*
Incipio ſuper his: Juvenes, fortiſſima fruſtra *k*
(a) Pectora, ſi vos audentem extrema cupido eſt *m*
Certa ſequi: quæ ſit rebus fortuna, videtis. *m*
Exceſſêre omnes adytis ariſque relictis *g*
Dî, quibus imperium hoc ſteterat: ſuccurritis urbi *k*
Incenſæ: moriamur, et in media arma ruamus. *d*
Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. *m*
Sic animis juvenum furor additus. Inde lupi ceu *i*
Raptores, atra in nebula, quos improba (a) ventris *g*
Exegit cæcos rabies, catulique relicti *c*
Faucibus exſpectant ſiccis: per tela, per hoſtes *m*
Vadimus haud dubiam in mortem, mediæque tenemus *q*
Urbis iter: nox atra cavâ circumvolat umbrâ. *p*
Quis cladem illius noctis, quis funera fando *a*
Explicet? aut poſſit lacrymis æquare labores? *p*
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos: *b*
Plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim *q*
Corpora, perque domos, et relligioſa Deorum *q*

O R D O.

et gener ferébat auxílium Príamo Phrygibúſque; infélix, qui non audíverat, *i. e. crediderat* præcépta furéntis, *i. e. vaticinántis* ſponſæ. Quos *viros* confértos ubi vidi audére in prœlia, incípio ſuper his *dicens:* *ô* júvenes, péctora fortíſſima fruſtra, ſic eſt vobis certa cupído ſequi *me* audéntem extréma: vidétis, quæ fortúna ſit rebus. Omnes Dii, quibus hoc impérium ſtéterat, exceſſére adytis aríſque relictis: ſuccúrritis incénſæ urbi: moriámur, et ruámus in média arma. Una ſalus victis *eſt* ſperáre nullam ſalútem. Sic furor *eſt* ádditus ánimis júvenum. Inde ceu lupi raptóres in atrâ nébulâ, quos ímproba rábies ventris exégit cæcos, catulique relicti exſpéctant ſiccis fáucibus: *nos* vádimus per tela, per hoſtes in haud dúbiam mortem, tenemúſque iter médiæ urbis: atra nox circúmvolat *nos* cavâ umbrâ. Quis éxplicet cladem illíus noctis, quis *éxplicet* fúnera fando? aut poſſet æquáre labóres lácrymis? Antíqua urbs ruit, domináta per multos annos: plurimáque inértia córpora ſternúntur paſſim per vias, perque domos, et relligióſa límina Deórum.

(a) *Metonymia.*

Limina,

Limina. Nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri: *m*
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, *p*
Victoreſque cadunt Danai: crudelis ubique *e*
Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago. *q*
Primus ſe Danaûm, magna comitante caterva, *b*
Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens, *u*
Inſcius; atque ultro verbis compellat amicis: *m*
Feſtinate viri, nam quæ tam ſera moratur *f*
Segnities? alii rapiunt incenſa feruntque *k*
(a) Pergama: vos celſis nunc primum à navibus itis? *m*
Dixit: et extemplo (neque enim reſponſa dabantur *p*
Fida ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes. *p*
Obſtupuit, retroque pedem cum voce repreſſit. *p*
Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem *g*
Preſſit humi nitens, trepiduſque repente refugit *o*
Attollentem iras, et cœrula colla (b) tumentem. *b*
Haud ſecus Androgeos viſu tremefactus abibat. *q*
Irruimus, denſis et circumfundimur armis: *m*
Ignaroſque loci paſſim et formidine captos *f*
Sternimus: aſpirat primo fortuna labori. *m*
Atque hic exſultans ſucceſſu animiſque Chorœbus: *b*
O ſocii, quà prima, inquit, fortuna ſalutis *m*

ORDO.

Nec Teucri ſoli dant pœnas ſánguine: quondam virtus redit in præcórdia étiam victis, Danaíque victóres cadunt: *eſt* ubique crudélis luctus, ubique pavor, et plúrima imágo mortis. Andrógeos primus Danaórum offert ſe nobis, magnâ catérvâ comitánte *eum*, credens *noſtra eſſe* ſócia ágmina, ínſcius; atque ultrò compéllat *nos* amícis verbis: viri feſtináte, nam quæ tam ſera ſegnities morátur *vos?* álii rápiunt ferúntque incénſa Pérgama: *an* vos itis nunc primùm à celſis návibus? *Andrógeos* dixit, et extémplo (neque enim ſatis fida reſpónſa dabántur) ſenſit *quòd ſit* delápſus in médios hoſtes. Obſtúpuit, repreſſítque pedem retrò cum voce. Véluti qui, nitens humi, preſſit improvíſum anguem aſpris ſéntibus, trepidúſque repéntè refúgit *eum* attolléntem iras, et tuméntem cœrula colla. Haud ſecùs Andrógeos, tremefáctus viſu, abíbat. Irrúimus, et circumfúndimur denſis armis: ſtérnimus *eos* paſſim ignáros loci, et capros formídine: fortúna aſpírat *noſtro* primo labóri. Atque hìc Chorœbus, exúltans ſuccéſſu animíſque, inquit, O ſócii, ſequámur quà prima fortúna monſtrat iter ſalútis,

(a) *Synecdoche.* (b) *Helleniſmus.*

Monſtrat

Monſtrat iter, quâque oſtendit ſe dextra, ſequamur. *m*
Mutemus clypeos, Danaûmque inſignia nobis *e*
Aptemus: dolus, an virtus, quis in hoſte requirat? *b*
Arma dabunt ipſi. Sic fatus, deinde comantem *m*
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum *k*
(a) Induitur: laterique Argivum accommodat enſem. *l*
Hoc Ripheus, hoc ipſe Dymas, omniſque juventus *g*
Læta facit: ſpoliis ſe quiſque recentibus armat. *q*
Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro: *p*
Multaque per (b) cæcam congreſſi prælia noctem *m*
Conſerimus, multos Danaûm demittimus Orco. *p*
Diffugiunt alii ad naves, et littora curſu *l*
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi *m*
Scandunt rurſus equum, et nota conduntur in alvo. *f*
Heu, nihil invitis fas quemquam fidere Divis! *m*
Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo *n*
Crinibus à templo Caſſandra adytiſque Minervæ, *n*
Ad cœlum tendens ardentia (b) lumina fruſtra: *b*
(b) Lumina, nam teneras arcebant vincula (c) palmas. *l*
Non tulit hanc ſpeciem furiatâ mente Chorœbus, *k*
Et ſeſe medium injecit moriturus in agmen. *b*
Conſequimur cuncti, et denſis incurrimus armis. *m*

ORDO.

quàque *illa* dextra, *i. e. propitia* oſténdit ſe. Mutémus clypeos, aptemúſque inſignia Danaórum nobis: quis requírat in hoſte *an ſit* dolus, an virtus? *Græci occiſi* ipſi dabunt arma *nobis*. Sic *eſt* fatus, deínde indúitur comántem gáleam Andrógei, decorúmque inſigne clypei: accommodátque Argivum enſem láteri. Rípheus *facit* hoc, Dymas ipſe, omníſque juvéntus læta facit hoc: quiſque armat ſe recéntibus ſpóliis. *Nos* vádimus immíxti Dánais, haud noſtro númine: congreſſíque conſérimus multa prælia per cæcam noctem, *et* demíttimus multos Danaórum Orco. Alii diffúgiunt ad naves, et petunt fida líttora [illegible] pars rurſus ſcandunt ingéntem equum turpi formídine, et condúntur in notâ alvo. Heu, nihil, *i. e. non eſt* fas quemquam fidére Divis invítis! Ecce Priameïa virgo Caſſándra paſſis crinibus trahebátur à templo [illegible]tíſque Minérvæ, fruſtra tendens ardéntia lúmina ad cœlum; lúmina, nam víncula arcébant ténéras palmas. Chorœbus non tulit hanc ſpéciem furiátâ mente, et moritúrus injécit ſeſe in médium agmen. *Nos* cuncti conſéquimur, et incúrrimus denſis armis.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Hic

Hic primum ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur, oriturque miſerrima cædes,
Armorum facie, et Grajarum errore jubarum.
Tum Danai gemitu, atque ereptæ virginis irâ,
Undique collecti invadunt: acerrimus Ajax,
Et gemini (a) Atridæ, Dolopumque exercitus omnis
Adverſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyruſque, Notuſque, et lætus Eois
Eurus equis: ſtridunt ſylvæ: ſævitque tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, ſi quos obſcura nocte per umbram
Fudimus inſidiis, totaque agitavimus urbe,
Apparent: primi clypeos mentitaque tela
Agnoſcunt, atque (b) ora ſono diſcordia ſignant.
Ilicet obruimur numero, primuſque Chorœbus
Peneleï dextra Divæ armipotentis ad arma
Procumbit: cadit et Ripheus juſtiſſimus unus
Qui fuit in Teucris, et ſervantiſſimus æqui.
Dis aliter viſum. Pereunt Hypaniſque, Dymaſque
Confixi à ſociis: nec te tua plurima, Pantheu,
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres, et flamma extrema meorum:

a d e l m m p a e m n m q g g k n f m o h d l

ORDO.

Hìc primùm obrúimur telis noſtrórum ex alto cúlmine delúbri, miſerrimáque cædes óritur, fácie armórum, et erróre Graiárum jubárum. Tum Danai *commóti* gémitu, atque irâ eréptæ vírginis, colléćti úndique invádunt: acérrimus Ajax, et gémini Atrídæ, omníſque exércitus Dólopum *invádit nos*. Ceu advérſi venti Zephyrúſque, Notúſque, et Eurus lætus Eois equis, quondam confligunt túrbine rupto: ſylvæ ſtridunt: ſpumeúſque Nereus ſævit tridénti, atque ciet æquora imo fundo. Illi étiam appárent, ſi fúdimus quos inſídiis per umbram obſcúrâ nocte, agitavimúſque totâ urbe: *illi* primi agnóſcunt clypeos mentitáque tela, atque ſignant ora, *i. e. verba* diſcórdia ſono. Ilicet obrúimur número, Chorœbúſque primus procúmbit ad aram Divæ armipoténtis dextrâ Peneleï, et Rípheus cadit, unus juſtíſſimus qui fuit in Teucris, et ſervantíſſimus æqui. *Eſt* viſum áliter Diis. Hypaníſque, Dymáſque péreunt, confixi à ſóciis: nec tua plúrima pietas, Pantheu, nec ínfula Apóllinis texit te labéntem. *O* Iliaci cineres et extréma flamma meórum:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.*

Teſtor

Teſtor, in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas *m*
Vitaviſſe vices Danaûm ; et, ſi fata fuiſſent *e*
Ut caderem, meruiſſe manu. Divellimur inde, *k*
Iphitus et Pelias mecum : quorum Iphitus ævo *l*
Jam (a) gravior, Pelias et vulnere tardus Ulyſſei. *q*
Protinus ad ſedes Priami clamore vocati. *p*
Hic vero ingentem pugnam, ceu cætera nuſquam *a*
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe : *n*
Sic (b) Martem indomitum Danaoſque ad tecta ruentes *e*
Cernimus, obſeſſumque actâ teſtudine limen. *m*
Hærent parietibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos *f*
Nituntur gradibus : clypeoſque ad tela ſiniſtris *e*
Protecti objiciunt, prenſant faſtigia dextris. *f*
Dardanidæ contra turres ac tecta domorum *m*
Culmina convellunt : his ſe, quando ultima cernunt, *m*
Extrema jam in morte parant defendere telis : *g*
Auratasque trabes, veterum decora alta parentum, *d*
Devolvunt : alii ſtrictis (c) mucronibus imas *f*
Obſedere fores, has ſervant agmine denſo. *f*
Inſtaurati animi, regis ſuccurrere tectis, *f*
Auxilioque (a) levare viros, vimque addere victis. *k*
Limen erat, (a) cæcæque fores, et pervius uſus *p*

O R D O.

teſtor *vos*, *me* vitavíſſe nec tela, nec ullas vices Danaórum in veſtro occáſu ; et *me* meruíſſe *mori ob cædem factam meâ* manu, ſi fata fuíſſent ut cáderem. Iphitus et Pélias mecum divéllimur inde : quorum Iphitus *erat* jam grávior ævo, et Pélias tardus vúlnere Ulyſſei. Prótinus ſumus vocáti clamóre ad ſedes Príami. Hìc verò *cérnimus* ingéntem pugnam, ceu forent nuſquam cætera bella, *ceu* nulli moreréntur in totâ urbe : ſic cérnimus indómitum Martem, Danaóſque ruéntes ad tecta, liménque obſéſſum actâ teſtúdine. Scalæ hærent pariétibus, nituntúrque grádibus *eárum aſcéndere* ſub poſtes ipſos *portárum :* protectíque objiciunt clypeos ſiníſtris ad tela, *et* prenſant faſtígia dextris. Contrà Dardánidæ convállunt turres ac tecta cúlmina domórum : quando cernunt última, parant defléndere ſe his telis jam in extrémâ morte : devolvúntque aurátas trabes, alta décora véterum paréntum : álii obſedére imas fores ſtrictis mucrónibus, *et* ſervant has denſo ágmine. *Noſtri* ánimi *ſunt* inſtauráti, ſuccúrrere tectis regis, levaréque viros auxílio, adderéque vim victis. Erat limen, cæcæque fores, et pérvius uſus

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Tectorum

Tectorum inter ſe Priami, poſteſque relicti g
A tergo: infelix qua ſe, dum regna manebant, a
Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat k
Ad ſoceros, et avo puerum Aſtyanacta trahebat. i
Evado ad ſummi faſtigia culminis: unde b
Tela manu miſeri jactabant irrita Teucri. l
Turrim in præcipiti ſtantem, ſummiſque ſub aſtra f
Eductam tectis, unde omnis Troja videri, a
Et Danaûm ſolitæ naves, et Achaïca caſtra, g
Aggreſſi ferro circum, quà ſumma labantes a
Junctúras tabulata dabant, convellimus altis e
Sedibus, impulimuſque. Ea lapſa repente ruinam i
Cum ſonitu trahit, et Danaûm ſuper agmina late i
Incidit: aſt alii ſubeunt; nec ſaxa, nec ullum k
Telorum interea ceſſat genus. h
Veſtibulum ante ipſum primoque in (a) limine Pyrrhus m
Exſultat, telis et luce coruſcus ahenâ. b
Qualis ubi in lucem coluber, mala gramina (b) paſtus, o
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat; p
Nunc poſitis novus exuviis, nitiduſque juventâ, i
Lubrica convolvit ſublato pectore terga m
Arduus ad Solem, et linguis micat ore triſulcis. n

ORDO.

tectórum Priami inter ſe, poſtéſque relicti à tergo: quà, dum regna manébant, infélix Andrómache ſæpiùs incomitáta ſolébat ferre ſe ad ſóceros, et trahébat púerum Aſtyanácta avo. *Hàc* evádo ad faſtígia ſummi cúlminis: unde míſeri Teucri jactábant írrita tela manu. Aggréſſi ferro turrim ſtantem in præcípiti, eductámque ſummis tectis ſub aſtra, unde omnis Troja *poſſit* vidéri, et naves Danaórum *erant* ſólitæ, et Achaïca caſtra *ſólita ſpectári*, circum *eam partem*, quà ſumma tabuláta dant labántes junctúras *parietis*, convéllimus *turrim* altis ſédibus, impulimúſque *eam in hoſtes*. Ea lapſa repéntè trahit ruínam cum ſónitu, et incidit latè ſuper ágmina Danaórum: aſt álii ſubeunt; nec ſaxa, nec ullum genus telórum ceſſat intérea. Ante veſtibulum ipſum, inque primo limine Pyrrhus exſúltat, corúſcus telis et ahénâ luce. Qualis ubi cóluber, paſtus mala grámina, quem túmidum frígida bruma tegébat ſub terrâ, nunc *factus* novus, exúviis póſitis, nitidúſque juvéntâ, convólvit lúbrica terga péctore ſubláto in lucem, árduus ad ſolem, et micat triſúlcis linguis ore.

(a) *Synecdoche.* (b) *Helleniſmus.*

Una ingens Periphas, et equorum agitator Achillis *d*
Armiger Automedon: una omnis Scyria pubes *l*
Succedunt (a) tecto, et flammas ad culmina jactant. *a*
Ipſe inter primos, correptâ dura bipenni *a*
Limina perrumpit, poſteſque à cardine vellit *m*
Æratos: jamque excisâ trabe firma cavavit *b*
Robora, et ingentem lato dedit ore feneſtram. *n*
Apparet domus intus et atria longa pateſcunt: *d*
Apparent Priami et veterum penetralia regum: *d*
Armatoſque vident ſtantes in (a) limine primo. *f*
At domus interior gemitu miſeroque tumultu *i*
Miſcetur: penituſque cavæ plangoribus ædes *e*
Fœmineis ululant: ferit aurea ſidera clamor. *i*
Tum pavidæ (a) tectis matres ingentibus errant: *m*
Amplexæque tenent poſtes, atque oſcula figunt. *f*
Inſtat vi patriâ Pyrrhus; nec clauſtra, neque ipſi *f*
Cuſtodes ſufferre valent: labat ariete crebro *c*
Janua, et emoti procumbunt cardine poſtes. *m*
Fit via vi: rumpunt aditus, primoſque trucidant *p*
Immiſſi Danai, et late loca (b) milite complent. *b*
Non ſic, aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis *f*
Exiit, oppoſitaſque evicit gurgite moles, *l*

ORDO.

Unà *cum illo* ingens Périphas, et Armiger Autómedon agitátor equórum Achíllis: unà omnis Scyria pubes ſuccédunt tecto, et jactant flammas ad cúlmina. *Pyrrhus* ipſe, inter primos, perrúmpit dura límina bipénni correptâ, vellítque æráto poſtes à cárdine: jamque cavávit firma róbora trabe excíſâ, et dedit ingéntem fenéſtram lato ore. Domus intus appáret, et longa átria patéſcunt: penetrália Príami et véterum regum appárent: vidéntque armátos ſtantes in primo límine. At intérior domus miſcétur gémitu miſeróque tumúltu: penitúſque cavæ ædes úlulant fœmíneis plangóribus: clamor ferit aúrea ſídera. Tum pávidæ matres errant ingéntibus tectis: amplexæque poſtes tenent *eos*, atque figunt óſcula *illis*. Pyrrhus inſtat pátriâ vi; nec clauſtra, neque cuſtódes ipſi valent ſufférre *eum*: jánua labat crebro aríete, et poſtes emóti cárdine procúmbunt. Via fit vi: Dánai immíſſi rumpunt áditus, trucidántque primos, et complent loca latè mílite. Cùm ſpúmeus amnis exívit aggéribus ruptis, evicítque oppófitas moles gúrgite,

(a) *Synecdoche.* (b) *Enallage.*

Fertur

Fertur in arva furens cumulo, campoſque per omnes *k*
Cum ſtabulis armenta trahit. Vidi ipſe furentem *p*
Cæde Neoptolemum, geminoſque in limine Atridas: *k*
Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras *o*
Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacraverat, ignes. *n*
Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum, *g*
Barbarico poſtes auro ſpoliiſque (a) ſuperbi, *n*
Procubuere: tenent Danai, quà deficit ignis. *k*
Forſitan et Priami fuerint quæ fata, requiras. *k*
Urbis ubi captæ caſum, convulſaque vidit *m*
(b) Limina (c) tectorum, et (d) medium in penetralibus hoſtem; *o*
Arma diu ſenior deſueta trementibus ævo *q*
Circumdat nequicquam humeris, et inutile (b) ferrum *c*
Cingitur, ac denſos fertur moriturus in hoſtes. *n*
Ædibus in mediis, nudoque ſub ætheris axe *q*
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus, *b*
Incumbens aræ, atque umbrâ complexa Penates. *a*
Hic Hecuba, et natæ nequicquam altaria circum, *m*
Præcipites atrâ ceu tempeſtate columbræ, *m*
Condenſæ, et Divûm amplexæ ſimulacra tenebant. *b*
Ipſum autem ſumptis Priamum juvenilibus armis *c*

ORDO.

non ſic fertur in arva furens cúmulo *aquárum*, trahítque arménta cum ſtábulis per omnes campos. Ipſe vidi Neoptólemum, *i. e. Pyrrhum* furéntem cæde, geminóſque Atrídas in límine: vidi Hécubam, centúmque nurus, Priamúmque, per aras, fœdántem ſánguine ignes, quos ipſe ſacráverat. Quinquagínta thálami, illi, *in quibus erat* tanta ſpes nepótum, *et* poſtes ſupérbi barbárico auro, ſpoliíſque, procubuére: Dánai tenent *locum*, quà ignis déficit. Et fórſitan requíras, quæ fata Príami fúerint. Ubi vidit caſum captæ urbis, limináque *ſuórum* tectórum convúlſa, et hoſtem médium, *i. e.* in *médiis* penetrálibus; ſénior nequícquam circúmdat arma diu deſuéta húmeris treméntibus ævo, et inútile ferrum cingitur, ac moritúrus fertur in denſos hoſtes. In médiis ædibus, ſubque nudo axe ætheris, fuit ingens ara, juxtáque vetérrima laurus, incúmbens aræ, atque compléxa Penátes umbrâ. Hìc Hécuba, et natæ nequícquam *ſunt* condénſæ circum altária, ceu colúmbæ *actæ* præcípites atrâ tempeſtáte, et ampléxæ ſimulácra Divórum tenébant *ea*. Autem ut *illa* vidit Priamum ipſum juvenílibus armis ſumptis:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.* (d) *Hypallage.*

Ut vidit: quæ mens tam dira, miſerrime conjux, *b*
Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit. *m*
Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis *f*
Tempus eget: non, ſi ipſe meus nunc afforet Hector. *p*
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes, *c*
Aut moriere ſimul. Sic (a) ore effata, recepit *l*
Ad ſeſe, et ſacrâ longævum in ſede locavit. *a*
Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites, *a*
Unus natorum Priami, per tela, per hoſtes *g*
Porticibus longis fugit, et vacua atria luſtrat *o*
Saucius: illum (b) ardens infeſto vulnere Pyrrhus *m*
Inſequitur, jam jamque manu tenet, et premit haſtâ, *o*
Ut tandem ante oculos evaſit et (c) ora parentum, *b*
Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit. *m*
Hic Priamus, quamquam in media jam morte tenetur, *p*
Non tamen abſtinuit, nec voci, iræque pepercit: *l*
At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis *l*
Dî (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet) *g*
Perſolvant grates dignas, et præmia reddant *a*
Debita: qui nati coram me cernere letum *m*
Feciſti, et patrios fœdâſti funere vultus. *f*
At non ille, (b) ſatum quo te mentiris, Achilles *f*

ORDO.

inquit, miſérrime conjux, quæ tam dira mens impulit *te* cingi his telis? Aut quò ruis? Tempus non eget tali auxílio, nec iſtis defenſóribus: non, ſi nunc meus Hector ipſe áfforet. Tandem concéde huc: hæc ara tuébitur *nos* omnes, aut moriére ſimul *nobíſcum*. *Hécuba* ſic effáta ore, recépit ad ſeſe, et locávit longævum in ſacrâ ſede. Autem ecce Polites, unus natórum Priami elápſus de cæde Pyrrhi, fugit per tela, per hoſtes, longis portícibus, et ſaúcius luſtrat vácua átria: ardens Pyrrhus inſéquitur illum infésto vúlnere, jam jamque tenet, et premit *eum* haſtâ, ut tandem eváſit ante óculos et ora paréntum, cóncidit, ac fudit vitam cum multo ſánguine. Hìc Príamus, quanquam jam tenétur in médiâ morte, tamen non abſtínuit, nec pepércit voci iræque: exclámat, at Dii (ſi eſt qua pietas cœlo, quæ curet tália) perſólvant dignas grates, et reddant débita præmia tibi pro *tali* ſcélere, pro tálibus auſis: *tibi*, qui feciſti me cérnere letum nati coràm, et fœdaviſti pátrios vultus fúnere. At ille Achílles, quo mentíris te *eſſe* fatum,

(a) *Pleonæſmus.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Talis

Talis in hoſte fuit Priamo; ſed jura fidemque *k*
Supplicis erubuit; corpuſque exſangue ſepulcro *l*
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remiſit. *q*
Sic fatus ſenior, telumque imbelle ſine ictu *f*
Conjecit: rauco quod protinus ære repulſum *g*
Et ſummo clypei nequicquam umbone pependit. *f*
Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, et nuncius ibis *f*
(a) Pelidæ genitori: illi mea triſtia facta, *b*
Degeneremque Neoptolemum narrare memento. *k*
Nunc morere. Hæc dicens, altaria ad ipſa trementem *n*
Traxit, et in multo lapſantem ſanguine nati: *m*
Implicuitque comam læva; dextrâque coruſcum *l*
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem. *i*
Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum *f*
Sorte tulit, Trojam incenſam et prolapſa videntem *m*
Pergama; tot quondam populis terriſque ſuperbum *p*
Regnatorem Aſiæ; jacet ingens littore truncus, *e*
Avulſumque humeris caput, et ſine nomine corpus. *d*
At me tum primum ſævus circumſtetit horror: *a*
Obſtupui: ſubiit chari genitoris imago, *q*
Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi *a*
Vitam exhalantem: ſubiit deſerta Creüſa, *g*

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

ORDO.

non fuit talis in hoſte Príamo; ſed erúbuit, *i. e. venerabátur* jura fidémque ſúpplicis; reddidítque Hectóreum exſángue corpus ſepúlchro, remiſítque me in mea regna. Sénior *Príamus eſt* fatus ſic, conjecítque imbélle telum ſine ictu: quod *telum fuit* repúlſum prótinus rauco ære, et pepéndit nequícquam ſummo umbóne clypei. Cui Pyrrhus *dixit*: ergo réferes hæc, et ibis núncius Pelídæ *meo* genitóri: meménto narráre mea tríſtia facta illi, et Neoptólemum *eſſe* degénerem. Nunc mórere. *Pyrrhus*, dicens hæc, traxit *eum* treméntem ad altária ipſa, et lapſántem in multo ſánguine nati; implicuítque comam lævâ; dextrâque éxtulit, ac ábdidit corúſcum enſem láteri tenus cápulo. Hæc *erat* finis fatórum Príami: hic éxitus tulit illum ſorte, vidéntem Trojam incénſam, et Pérgama prolápſa; *illum*, quondam regnatórem Aſiæ, ſupérbum tot pópulis terríſque; *ejus* ingens truncus jacet líttore, capútque *eſt* avúlſum húmeris, et corpus ſine nómine. At tum primùm ſævus horror circúmſtetit me: obſtúpui: imágo *mei* chari genitóris ſubívit *in mentem*, ut vidi æquævum regem exhaléntem vitam crudéli vúlnere: Creúſa *mea conjux* deſérta ſubívit,

(a) *Antonomaſia.*

Et

Et direpta domus, et parvi caſus Iüli. *f*
Reſpicio, et, quæ ſit me circum copia, luſtro. *m*
Deſeruere omnes deſeſſi, et corpora ſaltu *m*
Ad terram misêre, aut ignibus ægra dedêre. *b*
Jamque adeo (a) ſuper unus (a) eram, cum limina Veſtæ *k*
Servantem, et tacitam ſecreta in ſede latentem *f*
(b) Tyndarida aſpicio: dant clara incendia lucem *l*
Erranti, paſſimque oculos per cuncta ferenti. *g*
Illa ſibi infeſtos everſa ob Pergama Teucros, *m*
Et pœnas Danaûm, et deſerti conjugis iras *f*
Permetuens, Trojæ et patriæ communis (c) Erinnys, *p*
Abdiderat ſeſe, atque aris inviſa ſedebat. *m*
Exarſere (c) ignes animo: ſubit ira, cadentem *c*
Ulciſci patriam, et ſceleratas ſumere pœnas. *e*
Scilicet hæc Spartam incolumis patriaſque Mycenas *o*
Aſpiciet? partoque ibit regina triumpho? *m*
Conjugiumque domumque, patres, natoſque videbit, *k*
Iliadum turbâ et Phrygiis comitata miniſtris? *o*
Occiderit ferro Priamus? Troja arſerit igni? *p*
Dardanium toties ſudârit ſanguine littus? *l*
Non ita: namque etſi nullum memorabile nomen *n*
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem; *p*

ORDO.

et dirépta domus, et caſus parvi *fílii* Iüli. Reſpicio, et luſtro, quæ cópia, *i. e. turba* ſit circum me. Omnes deſéſſi deſeruére *me*, et miſêre córpora ſaltu ad terram, aut dedére *ea* ægra ignibus. Jamque ádeò *ego* unus ſupéreram, cùm aſpício *Hélenam* Tyndárida, ſervántem límina Veſtæ, et laténtem tácitam in ſecrétâ ſede: clara incéndia dant lucem *mihi* erránti, ferentíque óculos paſſim per cuncta. Illa, permétuens Teucros inſéſtos ſibi ob Pérgama evérſa, et pœnas Danaórum, et iras deſerti cónjugis, *illa* commúnis Erínnys Trojæ et pátriæ, abdíderat ſeſe, atque ſedébat aris inviſa, *i. e. non viſa*. Ignes exarſére *meo* ánimo: ira ſubit, ulcíſci cadéntem pátriam, et ſúmere ſcelerátas pœnas. *Aiébam:* ſcílicet hæc *Hélena* incólumis aſpíciet Spartam patriáſque Mycénas? *Hæc* ibit regina triúmpho parto? Videbítque conjugiúmque domúmque, patres, natóſque, comitáta turbâ Ilíadum et Phrygiis miníſtris? Príamus occíderit ferro? Troja árſerit igni? Dardánium litus tóties ſudáverit ſánguine? Non ita: namque etſi eſt nullum memorábile nomen in fœmíneâ pœna, nec *talis* victória habet laudem;

(a) *Tmeſis.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.*

Exſtinxiſſe

Exſtinxiſſe nefas tamen, et ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas; (a) animumque explêſſe juvabit
Ultricis (b) flammæ, et cineres ſatiâſſe meorum.
Talia jactabam, et furiatâ mente ferebar:
Cum mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, et purâ per noctem in luce refulſit
Alma parens, confeſſa Deam; qualiſque videri
Cœlicolis et quanta ſolet; dextrâque prehenſum
Continuit, roſeoque hæc inſuper addidit (c) ore:
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit?
Non prius aſpicies, ubi feſſum ætate parentem
Liqueris Anchiſen? ſuperet conjuxne Creüſa,
Aſcaniuſque puer? quos omnes undique Graiæ
Circumerrant acies: et, ni mea cura reſiſtat,
Jam flammæ tulerint, inimicus et (b) hauſerit enſis.
Non tibi (d) Tyndaridis facies inviſa Lacænæ,
Culpatuſve Paris; verum inclementia Divûm
Has evertit opes, ſternitque à culmine Trojam.
Aſpice: namque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales (b) hebetat viſus tibi, et humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu ne qua parentis

ORDO.

tamen laudábor extinxíſſe nefas, *i. e. ſceléſtam*, et ſumpſíſſe pœnas *illíus* meréntis; juvabítque *me* expleviſſe ánimum, *i. e. deſidérium* ultrícis flammæ, et ſatiavíſſe cíneres meórum *ſociórum*. Jactábam tália, et ferébar furiátâ mente: cùm alma parens, non *viſa* tam clara *meis* óculis antè, óbtulit ſe vidéndam mihi, et reſúlſit in clarâ luce per noctem, confeſſa Deam; qualíſque et quanta ſolet vidéri Cœlícolis; continuítque *me* prehénſum dextrâ, addiditque hæc *verba* ínſuper róſeo ore: *dicens*, nate, quis tantus dolor éxcitat *tuas* indómitas iras? quid furis? aut quònam cura noſtri recéſſit tibi? Non priùs aſpícies, ubi líqueris Anchíſen paréntem feſſum ætáte? conjúxne Creúſa ſúperet, Aſcaniúſque puer? omnes quos Gráiæ ácies circumérrant úndique; et, ni mea cura reſiſtat, jam flammæ túlerint, et inimícus enſis haúſerit *eos*. Non fácies Tyndáridis Lacænæ inviſa tibi, culpatúſve Páris; verùm incleméntia Divórum evértit has opes, ſternítque Trojam à cúlmine. Aſpice: namque eripiam omnem nubem, quæ nunc obdúcta hébetat mortáles viſus tibi tuénti, et húmida circùm calígat:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Pleonaſmus.* (d) *Antonomaſia.*

Juſſa

Juſſa time, neu præceptis parere recuſa. *m*
Hic ubi disjectas moles, avulſaque ſaxis *m*
Saxa vides, mixtoque (a) undantem pulvere fumum: *m*
Neptunus muros, magnoque emota tridenti *a*
Fundamenta quatit, totamque à ſedibus urbem *f*
Eruit. Hic Juno Scæas ſæviſſima portas *m*
Prima tenet, ſociumque furens à navibus agmen *k*
(b) Ferro accincta vocat. *b*
Jam ſummas arces Tritonia, reſpice, Pallas *b*
Inſedit, nimbo effulgens et Gorgone ſæva. *a*
Ipſe Pater Danais animos vireſque ſecundas *k*
Sufficit: ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma. *q*
Eripe nate fugam, finemque impone labori. *l*
Nuſquam abero, et tutum patrio te limine ſiſtam. *p*
Dixerat, et ſpiſſis noctis ſe condidit umbris. *m*
Apparent diræ facies, inimicaque Trojæ *c*
Numina magna Deûm. *q*
Tum vero omne mihi viſum conſidere in ignes *f*
Ilium, et ex imo verti Neptunia Troja. *m*
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum *m*
Cum (b) ferro acciſam crebriſque bipennibus inſtant *b*
Eruere agricolæ certatim; illa uſque minatur, *l*

ORDO.

ne tu time qua juſſa *tuæ* paréntis, neu recúſa parére *meis* præcéptis. Hìc ubi vides disjéctas moles ſaxáque avúlſa ſaxis, ſumúmque undántem mixto púlvere: Neptúnus quatit muros, ſundamentáque emóta magno tridénti, eruítque totam urbem à ſédibus. Hìc ſævíſſima Juno prima tenet Scæas portas, furénſque, accíncta ferro, vocat ſócium agmen à návibus. Jam, réſpice, Tritónia Pallas inſédit ſummas arces, effúlgens nimbo et ſævâ Górgone. Pater *Júpiter* ipſe ſúfficit ánimos ſecundáſque vires Dánais: ipſe ſúſcitat *cæteros* in Dárdana arma. Nate, éripe fugam, imponéque finem labóri. Abero *tibi* nuſquam, et ſiſtam te tutum pátrio límine. *Venus* dixerat, et cóndidit ſe ſpiſſis umbris noctis. Diræ fácies, magnáque númina Deórum inimíca Trojæ appárent. Tum verò omne Ilium *eſt* viſum mihi conſídere in ignes, et Neptúnia Troja verti ex imo. Ac véluti cùm agrícolæ inſtant certátim erúere antíquam ornum in ſummis móntibus, accíſam ferro crebríſque bipénnibus; illa *arbor* uſquè minátur *cádere*,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Et

Et tremefacta (a) comam concuſſo vertice nutat: *i*
Vulneribus donec paulatim evicta, ſupremum *m*
Congemuit, traxitque jugis avulſa ruinam. *p*
Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter et hoſtes *g*
Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt. *p*
Aſt ubi jam patriæ perventum ad limina ſedis, *l*
Antiquaſque domos: genitor, quem tollere in altos *e*
Optabam primum montes, primumque petebam, *a*
Abnegat exciſa vitam producere Trojâ, *m*
Exſiliumque pati. Vos ô quibus integer ævi *q*
Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires; *k*
Vos agitate fugam. *q*
Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam, *e*
Has mihi ſervaſſent ſedes: ſatis una ſuperque *n*
Vidimus (b) excidia, et captæ ſuperavimus urbi. *q*
Sic ô ſic poſitum affati diſcedite corpus. *f*
Ipſe manu mortem inveniam: miſerebitur hoſtis, *o*
Exuviaſque petet: facilis jactura ſepulchri eſt. *k*
Jampridem inviſus Divis et inutilis annos *b*
Demoror, ex quo me Divûm pater atque hominum rex *n*
Fulminis afflavit ventis, et contigit igni. *m*
Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat. *p*

ORDO.

et tremefácta *quoad* comam nutat vértice concúſſo: donec paulátim evícta vul éribus *ſecúris*, ſuprémùm congémuit, avulſáque jugis traxit ruínam. Deſcéndo, ac Deo, *i. e. Deâ matre* ducénte *me*, expédior inter flammam et hoſtes: tela dant locum *mihi*, flammæque recédunt. Aſt ubi jam eſt pervéntum ad límina pátriæ ſedis, antiquáſque domos: *meus* génitor, quem primum optábam, primúmque petébam tóllere in altos montes, ábnegat prodúcere vitam Trojâ exciſâ, patíque exſílium. Ait, ô vos, quibus *eſt* ſanguis íntegер ævi, ſolidæque vires ſtant *in* ſuo robore; vos agitáte fugam. Si cœlícolæ voluíſſent me dúcere vitam, ſervavíſſent has ſedes mihi: *eſt* ſatis ſupérque *quòd* vídimus una excídia, et ſuperávimus captæ urbi. O *vos*, affáti *meum* corpus ſic ſic póſitum, diſcédite. Ipſe invéniam mortem manu: hoſtis miſerébitur, *occidéndo me*, petétque exúvias: jactúra ſepúlchri eſt fácilis, *i. e. levis*. Jampridem invíſus Divis, et inútilis démoror annos, ex quo *témpore* pater Divórum atque rex hóminum afflávit me ventis fúlminis, et cóntigit *me* igni. *Anchíſes*, mémorans tália, perſtábat, manebátque fixus *propóſito*.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Enallage.*

Nos contra effuſi lacrymis, conjuxque Creüſa, g
Aſcaniuſque omniſque domus; ne vertere ſecum p
Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet. m
Abnegat, inceptoque et ſedibus hæret in iſdem. n
Rurſus in arma feror, mortemque miſerrimus opto. q
Nam quod conſilium, aut quæ jam fortuna dabatur? f
Mene efferre pedem, genitor, te poſſe relicto e
Speraſti? tantumque nefas patrio excidit ore? c
Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui, o
Et (a) ſedet hoc animo, perituræque addere Trojæ k
Teque tuoſque juvat: patet iſti janua leto. k
Jamque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus, p
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras. f
Hoc erat, alma parens, quod me, per tela, per ignes, l
Eripis? ut mediis hoſtem in penetralibus, utque q
Aſcaniumque, patremque meum, juxtaque Creüſam, k
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam? l
Arma, viri, ferte arma: vocat (b) lux ultima victos. p
Reddite me Danais, ſinite inſtaurata reviſam k
Prœlia: nunquam omnes hodie moriemur inulti. o
Hic (b) ferro accingor rurſus: clypeoque ſiniſtram b
Inſertabam aptans, meque extra tecta ferebam. a

ORDO.

Contrà nos effúſi lácrymis, conjúxque Creúſa, Aſcaniúſque, omníſque domus *orámus*; ne pater vellet vértere cuncta ſecum, incumbereque urgénti fato. Abnegat, hærétque incépto, et in iiſdem ſédibus. Rurſus feror in arma, miſerrimúſque opto mortem. Nam quod conſílium, aut quæ fortúna jam dabátur *mihi?* génitor, ſperaviſtine me poſſe efférre pedem, te reliſto? tantúmque nefas éxcidit pátrio ore? ſi placet Súperis nihil relínqui ex tantâ urbe, et hoc ſedet ánimo *eórum*, juvátque *eos* áddere teque tuoſque Trojæ peritúræ: jánua patet iſti leto. Jamque Pyrrhus áderit de multo ſánguine Príami, qui obtrúncat natum ante ora patris, *et* patrem *ipſum* ad aras. Alma parens *Venus*, erat *ad* hoc, quòd éripis me per tela, per ignes? ut *cernam* hoſtem in médiis penetrálibus, utque cernam Aſcánium, meúmque patrem, juxtàque Creüſam, mactátos, álterum in ſánguine altérius: viri, ferte arma, arma: última lux vocat *nos* victos. Réddite me Dánais, ſínite *ut* reviſam inſtauráta prœlia: omnes nunquam moriémur hódie inúlti. Hìc accingor ferro rurſus: inſertabámque ſiniſtram *manum* clypeo aptans *eum*, ferebámque me extra tecta.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Ecce

Ecce autem complexa pedes in limine conjux *g*
Hærebat, parvumque patri tendebat Iülum. *g*
Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum: *q*
Sin aliquam expertus ſumptis ſpem ponis in armis, *m*
Hanc primum tutare domum: cui parvus Iülus, *g*
Cui pater, et conjux quondam tua dicta relinquor. *n*
Talia vociferans, gemitu (a) tectum omne replebat; *k*
Cum ſubitum dictuque oritur mirabile monſtrum. *p*
Namque manus inter mœſtorumque ora parentum, *m*
Ecce levis ſummo de vertice viſus Iüli *n*
Fundere lumen apex, tractuque innoxia molli *l*
(b) Lambere flamma comas, et circum tempora (b) paſci. *l*
Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem *k*
Excutere, et ſanctos reſtinguere (c) fontibus ignes. *n*
At pater Anchiſes oculos ad ſidera lætus *p*
Extulit, et cœlo palmas cum voce tetendit. *m*
Jupiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis, *k*
Aſpice nos, hoc tantum: et, ſi pietate meremur, *n*
Da deinde auxilium, pater, atque hæc omina firma. *e*
Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore *i*
Intonuit lævum, et de cœlo lapſa per umbras *m*
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. *m*

ORDO.

Autem ecce conjux compléxa *meos* pedes in límine hærébat, tendebátque parvum Iülum *mihi* patri. *Ait*, ſi abis peritúrus, rape et nos in ómnia tecum. Sin expértus ponis áliquam ſpem in armis ſumpti, primùm tutáre hanc domum: cui parvus Iülus, cui pater *Anchíſes relínquitur*, et *cui ego* quondam dicta tua conjux relínquor. *Illa*, vocíferans tália, replébat omne tectum gémitu: cùm monſtrum ſúbitum, mirabiléque dictu óritur. Namque inter manus oráque mœſtórum paréntum, ecce levis apex *eſt* viſus fúndere lumen de ſummo vértice Iüli, innoxiáque flamma *cæpit* lámbere *ejus* comas molli tractu, et paſci circum témpora. Nos pávidi *cæpimus* trepidáre metu, excuteréque flagrántem crinem, et reſtínguere ſanctos ignes fóntibus. At pater Anchíſes lætus éxtulit óculos ad ſídera, et teténdit palmas cum voce cœlo. Omnípotens Júpiter, ſi flécteris ullis précibus, áſpice nos, *pétimus* hoc tantum: et, ſi merémur pietáte, pater, da auxílium deínde, atque firma hæc ómina. Vix ſénior *Anchíſes* erat fatus ea, lævúmque *tónitru* intónuit ſúbito fragóre, et ſtella lapſa de cœlo cucúrrit per umbras *noctis*, ducens facem cum multâ luce.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Illam, ſumma ſuper labentem culmina (a) tecti, 695 *f*
Cernimus Idæâ claram ſe condere ſylvâ, *m*
Signantemque vias: tum longo limite ſulcus *f*
Dat lucem, et late circum loca ſulphure fumant. *b*
Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras, *g*
Affaturque Deos, et ſanctum ſidus adorat: 700 *f*
Jam jam nulla mora eſt: ſequor, et, qua ducitis, adſum. *e*
Dî patrii, ſervate (b) domum, ſervate nepotem. *p*
Veſtrum hoc augurium, veſtroque in numine Troja eſt. *f*
Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuſo. *o*
Dixerat ille, et jam per mœnia clarior ignis 705 *n*
Auditur, propiuſque æſtus incendia volvunt. *f*
Ergo age, chare pater, cervici imponere noſtræ: *l*
Ipſe ſubibo humeris: nec me labor iſte gravabit. *q*
Quo res cunque (c) cadent, unum et commune periclum, *f*
Una ſalus ambobus erit: mihi parvus Iülus 710 *o*
Sit comes, et longe ſervet veſtigia conjux. *m*
Vos famuli, quæ dicam, animis advertite veſtris. *p*
Eſt urbe egreſſis tumulus, templumque vetuſtum *g*
Deſertæ Cereris: juxtaque antiqua cupreſſus, *f*
Relligione patrum multos ſervata per annos. 715 *l*
Hanc ex diverſo ſedem veniemus in unam. *b*

ORDO.

Cérnimus illam *ſtellam*, labéntem ſuper ſumma cúlmina tecti, cóndere ſe claram Idæâ ſylvâ, ſignantémque vias: tum ſulcus *factus ab illâ* longo límite dat lucem, et loca latè circùm fumant ſúlphure. Hìc verò génitor, victus, tollit ſe ad auras, affatúrque Deos, et adórat ſanctum ſidus: *ait* jam jam eſt nulla mora: ſequor, et adſum, quà dúcitis *me*. *Vos* pátrii Dii, ſervâte *meam* domum, ſervâte *meum* nepótem. Hoc *eſt* veſtrum augúrium, Trojáque eſt in veſtro núnine. Nate, cedo equidem, nec recúſo ire comes tibi. Ille díxerat, et jam clárior ignis auditur per mœnia, incendiáque volvunt æſtus própiùs. Ergo age, chare pater, imponere noſtræ cervíci: ipſe ſubíbo húmeris: nec iſte labor gravábit me. Quocúnque *noſtræ* res cadent, periculum *erit* unum et commúne, erit una ſalus ambóbus: parvus Iülus ſit comes mihi, et conjux ſervet veſtígia longè. Vos fámuli, advértite veſtris ánimis, quæ dicam. Eſt túmulus egréſſis urbe, vetuſtúmque templum deſértæ Céreris: juxtàque antíqua cupréſſus, ſervàta relligióne patrum per multos annos: *omnes nos* veniémus ex divérſo *trámite* in hanc unam ſedem.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Tu,

Tu, genitor, cape ſacra manu, patrioſque Penates. *i*
Me bello è tanto digreſſum et cæde recenti, *a*
Attrectare nefas; donec me flumine vivo *f*
Abluero. *m*
Hæc fatus, latos humeros ſubjectaque colla *g*
Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle leonis, *m*
Succedoque oneri: dextræ ſe parvus Iülus *f*
Implicuit, ſequiturque patrem non paſſibus æquis. *k*
Pone ſubit conjux. Ferimur per opaca (a) locorum: *o*
Et me, quem dudum non ulla injecta movebant *a*
Tela, neque adverſo glomerati ex agmine Graii; *p*
Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis *b*
(b) Suſpenſum, et pariter comitique onerique timentem. *d*
Jamque propinquabam portis, omnemque videbar *m*
Evaſiſſe viam; ſubito cum creber ad aures *e*
Viſus adeſſe pedum ſonitus; genitorque per umbram *i*
Proſpiciens, Nate, exclamat, fuge, nate; propinquant: *n*
Ardentes clypeos atque (c) æra micantia cerno. *f*
Hic mihi neſcio quod trepido male numen amicum *i*
Confuſam eripuit mentem. Namque avia curſu *f*
Dum ſequor, et notâ excedo regione viarum: *n*
Heu! miſero conjux fatone erepta Creüſa *m*

ORDO.

Tu, génitor, cape ſacra, patrióſque Penátes *tuâ* manu. *Eſt* nefas, me digréſſum è tanto bello, et recénti cæde, attrectáre *eos*; donec ablúero me vivo flúmine. *Ego* fatus hæc, ſuperinſtérnor latos húmeros, ſubjectáque colla veſte, pelléque fulvi leónis, ſuccedóque óneri: parvus Iülus implícuit ſe *meæ* dextræ, ſequitúrque *me* patrem non æquis páſſibus. Conjux ſubit ponè. Férimur per opáca locórum, *i. e. loca:* et quem dudum non ulla tela injécta movébant, neque Gráii glomeráti ex advérſo ágmine, nunc omnes auræ terrent, omnis ſonus éxcitat me ſuſpénſum et páriter timéntem comitíque onerique. Jamque propinquábam portis, videbárque evaſíſſe omnem viam; cùm ſúbitò creber ſónitus pedum *eſt* viſus adéſſe ad *meas* aures: genitórque, proſpíciens, exclámat, nate, nate, fuge; *hoſtes* propínquant: cerno ardéntes clypeos atque micántia æra. Hìc néſcio quod numen malè amícum erípuit confúſam mentem mihi trépido. Namque dum ſequor ávia *loca* curſu, et excédo notâ regióne viárum, *i. e. plateárum:* heu! *eſt* incértum, conjúxne Creúſa, erépta míſero fato, ſúbſtitit,

(a) *Enallage.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Subſtitit,

Subſtitit, erravitne via, ſeu laſſa reſedit, p
Incertum: nec poſt oculis eſt reddita noſtris. g
Nec priùs amiſſam reſpexi, animumque reflexi; n
Quàm tumulum antiquæ Cereris, ſedemque ſacratam p
Venimus: hic demum collectis omnibus una m
Defuit, et comites natumque virumque fefellit. q
Quem non incuſavi amens hominumque Deorumque? b
Aut quid in everſa vidi crudelius urbe? m
Aſcanium, Anchiſenque patrem, Teucroſque Penates p
Commendo ſociis, et curvâ valle recondo. f
Ipſe urbem repeto, et cingor fulgentibus armis. f
Stat caſus renovare omnes, omnemque reverti f
Per Trojam, et rurſus caput objectare periclis. g
Principio muros, obſcuraque limina portæ, n
Quà greſſum extuleram, repeto: et veſtigia retro e
Obſervata ſequor per noctem, et lumine luſtro. f
Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent. i
Inde domum, ſi forte pedem, ſi forte tuliſſet, p
Me refero: irruerant Danai, et (a) tectum omne tenebant. k
Ilicet ignis (b) edax ſumma ad faſtigia vento l
Volvitur, exſuperant flammæ, furit æſtus ad auras. q
Procedo ad Priami ſedes, arcemque reviſo. f

ORDO.

erravítne viâ, ſeu laſſa reſédit: nec eſt réddita noſtris óculis pòſt. Nec reſpéxi *eam fuiſſe* amíſſam, reflexíque ánimum priúſquam vénimus *ad* túmulum antiquæ Céreris, ſacratámque ſedem: hìc, demum, ómnibus collectis, *illa* una défuit, et feféllit cómites, natúmque virúmque. Quem hominúmque Deorúmque amens non incuſávi? aut quid vidi crudélius in evérſâ urbe? Comméndo Aſcánium, Anchiſénque patrem, Teucróſque Penátes ſóciis, et recóndo *eos* curvâ valle. Ipſe répeto urbem, et cingor fulgéntibus armis. *Conſilium* ſtat renováre omnes caſus, revertíque per omnem Trojam, et rurſus objectáre *meum* caput periculis. Princípio répeto muros, obſcuráque límina portæ, quà extúleram greſſum: et ſequor retrò veſtígia obſerváta per noctem, et luſtro *ea* lúmine. Horror ubíque, ſimul ſiléntia ipſa terrent *meos* ánimos. Inde réfero me domum, ſi fortè, ſi fortè tuliſſet pedem *illuc*: Dánai irrúerant *illuc*, et tenébant omne tectum. Ilicet edax ignis vólvitur vento ad ſumma faſtígia, flammæ exſúperant, æſtus furit ad auras. Procédo ad ſedes Príami, reviſóque arcem.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.*

Et

Et jam porticibus vacuis, Junonis asylo, *e*
Custodes lecti Phœnix et dirus Ulysses *a*
Prædam asservabant: huc undique Troïa gaza *b*
Incensis erepta adytis, mensæque Deorum, *g*
Crateresque auro solido, captivaque vestis *g*
Congeritur: pueri et pavidæ longo ordine matres *k*
Stant circum. *a*
Ausus quinetiam voces (a) jactare per umbram *f*
Implevi clamore vias, mœstusque Creüsam *g*
Nequicquam ingeminans, iterumque iterumque vocavi. *d*
Quærenti, et (b) tectis urbis sine fine furenti, *b*
Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creüsæ *h*
Visa mihi ante oculos, et nota major imago. *l*
Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit. *k*
Tum sic affari, et curas his demere dictis: *a*
Quid tantum (a) insano juvat indulgere dolori, *g*
O dulcis conjux! non hæc sine numine Divûm *b*
Eveniunt: nec te comitem asportare Creüsam *p*
Fas, aut ille sinit superi regnator Olympi. *e*
Longa tibi exsilia, et vastum maris æquor (a) arandum. *q*
Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva *d*
Inter opima virûm leni fluit (a) agmine Tibris. *q*

ORDO.

Et jam vácuis portícibus *et* asylo Junónis, Phœnix et dirus Ulysses, lecti custódes, asservábant prædam: Troïa gaza erépta incénsis ádytis, mensæque Deórum, craterésque sólido auro, captiváque vestis congéritur huc úndique: púeri et pávidæ matres stant circùm longo órdine. Quinétiam ausus jactáre voces per umbram, implévi vias clamóre, mœstúsque nequícquam ingéminans Creúsam, vocávi *eam* iterúmque iterúmque. Infélix simulácrum, atque umbra Creúsæ ipsíus, et imágo major notâ *est* visa ante óculos mihi quæránti, et furénti tectis urbis sine fine. Obstúpui, comæque stetérunt, et vox hæsit faúcibus. Tum *umbra* cœpit affári sic, et démere curas his dictis: quìd tantum juvat *te* indulgére insáno dolóri, ô dulcis conjux! hæc non evéniunt sine númine Divórum: nec *est* fas, aut ille regnátor súperi Olympi sinit te asportáre Creúsam cómitem. *Erunt* tibi longa exsília, et vastum æquor maris arandum. Vénies ad terram Hespériam, ubi Lydius Tibris fluit leni ágmine inter opíma arva virórum.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Illic

Illic res (a) lætæ, regnumque, et regia conjux *a*
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creüsæ. *l*
Non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas *i*
Aspiciam, aut Graiis servitum matribus ibo: *l*
Dardanis, et Divæ Veneris nurus. *p*
Sed me magna Deûm genitrix his detinet oris. *e*
Jamque vale, et nati servа communis amorem. *m*
Hæc ubi dicta dedit, lacrymantem et multa volentem *k*
Dicere deseruit, tenuesque recessit in auras. *i*
Ter conatus ibi collo dare brachia circum: *h*
Ter frustra comprensa manus effugit imago; *g*
Par levibus ventis, volucrique simillima somno. *o*
Sic demum socios consumptâ nocte reviso. *f*
Atque hic ingentem comitum (b) affluxisse novorum *g*
Invenio admirans numerum: matresque, virosque, *p*
Collectam exsilio pubem, miserabile vulgus: *b*
Undique convenere, animis opibusque parati, *o*
In quascunque velim pelago deducere terras. *e*
Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ, *m*
Ducebatque diem: Danaique obsessa tenebant *e*
Limina portarum: nec spes opis ulla dabatur. *n*
Cessi, et sublato montem genitore petivi. *b*

ORDO.

Illic lætæ res, regnúmque, et régia conjux *est* parta tibi: pelle lácrymas diléctæ Creúsæ. Ego non aspíciam supérbas sedes Myrmídonum, Dolopúmve, aut ibo servítum Gráiis mátribus: *cùm ipsa sum* Dárdanis, et nurus Divæ Véneris. Sed magna génitrix Deórum détinet me his oris. Jamque vale, et serva amórem commúnis nati. Ubi dedit hæc dicta, deséruit *me* lacrymántem, et voléntem dícere multa, recessítque in ténues auras. Ibi ter *sum* conátus circúmdare *mea* bráchia *ejus* collo: ter imágo, compréns*a* frustra, effúgit *meas* manus, par lévibus ventis, simillimáque vólucri somno. Sic demum revíso sócios, nocte consúmptâ. Atque hìc admírans invénio ingéntem númerum novórum cómitum affluxísse: matrésque, virósque, pubem colléctam exsílio, miserábile vulgus: úndique convenére, paráti ánimis opibúsque *ire*, in quascúnque terras velim dedúcere *eos* pélago. Jamque Lúcifer surgébat jugis summæ Idæ, ducebátque diem: Danaíque tenébant obséssa límina portárum: nec ulla spes opis dabátur. Cessi, et, genitóre subláto *húmeris*, petívi montem.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER III.

POſtquam res Aſiæ Priamique evertere gentem *e*
Immeritam viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum *o*
Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troja; *l*
Diverſa exſilia, et deſertas quærere terras, *f*
Auguriis agimur Divûm: claſſemque ſub ipſa *l*
Antandro, et Phrygiæ molimur montibus Idæ: *f*
Incerti quo fata ferant, ubi ſiſtere detur: *c*
(a) Contrahimuſque viros. Vix prima inceperat æſtas, *l*
Et pater Anchiſes dare fatis vela jubebat. *p*
Littora tum patriæ lacrymans, portuſque relinquo, *k*
Et campos ubi Troja fuit: feror exſul in altum, *d*
Cum ſociis, natoque, Penatibus, et magnis Dîs. * *o*
Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis, *p*

ORDO.

Poſtquam *fuerit* viſum ſúperis evértere res Aſiæ, gentémque Príami imméritam, ſuperbúmque Ilium cécidit, et omnis Neptúnia Troja fumat humo; ágimur augúriis Divórum quærere divérſa exſília et deſértas terras: molimúrque claſſem ſub *urbe* Antándro ipſâ, et móntibus Phrygiæ Idæ: incérti quò fata ferant *nos*, ubi detur *nobis* ſíſtere: contrahimúſque viros. Vix prima æſtas incéperat, et pater Anchíſes jubébat dare vela fatis. Tum lácrymans relínquo líttora pátriæ, portúſque, et campos, ubi Troja fuit: exſul feror in altum *mare*, cum ſóciis, natóque, Penátibus, et magnis Diis. Mavórtia terra procùl vaſtis campis cólitur,

(a) *Metaphora.*

Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo : *m*
Hoſpitium antiquum Trojæ, ſociique Penates, *n*
Dum fortuna fuit. Feror huc, et littore curvo *e*
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis : *l*
Æneadaſque meo nomen de nomine fingo. *l*
Sacra Dionææ matri, Diviſque ferebam *m*
Auſpicibus cœptorum operum : ſuperoque nitentem *o*
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum. *m*
Forte fuit juxta tumulus, quo cornea ſummo *p*
Virgulta, et denſis haſtilibus horrida myrtus. *b*
Acceſſi, viridemque ab humo convellere ſylvam *e*
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras, *g*
Horrendum et dictu video mirabile monſtrum. *g*
Nam, quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos *f*
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ, *m*
Et terram tabo maculant. Mihi (a) frigidus horror *c*
Membra quatit, gelidusque coit formidine ſanguis. *k*
Rurſus et alterius lentum convellere vimen *l*
Inſequor, et cauſas penitus tentare latentes : *p*
Ater et alterius ſequitur de cortice ſanguis. *k*
Multa movens animo, Nymphas venerabar agreſtes, *q*
(b) Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arvis, *e*

O R D O.

quam terram Thraces arant, quondam regnáta acri Lycúrgo : *fuit* antiquum hoſpítium Trojæ, Penatéſque *fúerunt* ſócii *noſtris*, dum fortúna fuit *propítia nobis*. Feror huc, et ingréſſus iníquis fatis, loco prima mœnia curvo littore : fingóque nomen Ænéadas de meo nómine. Ferébam ſacra Dionææ matri *Véneri*, Diviſque auſpicibus cœptórum óperum : mactabámque niténtem taurum in littore ſúpero regi Cœlicolárum. Fortè juxtà fuit túmulus *in* quo ſummo *erant* córnea virgúlta, et myrtus hórrida denſis haſtílibus. Accéſſi, *ad túmulum*, conatúſque convéllere víridem ſylvam ab humo, ut tégerem aras frondéntibus ramis, vídeo monſtrum horréndum et mirábile dictu. Nam quæ arbos prima véllitur ſolo radícibus ruptis, guttæ *ex* atro ſánguine liquúntur huic, *i. e. ab hâc*, et máculant terram tabo. Frígidus horror quatit membra mihi, gelidúſque ſanguis coit formídine. Et rurſus ínſequor convéllere lentum vimen altérius *árboris*, et tentáre cauſas laténtes pénitus : et ater ſanguis ſéquitur de córtice altérius *árboris*. *Ego*, movens multa ánimo, venerábar agréſtes Nymphas, patrémque Gradívum, qui præſidet Géticis arvis,

(a) *Metonymia*, (b) *Antonomaſia*,

Rite

Rite ſecundarent viſus, omenque levarent. m
Tertia ſed poſtquam majore (a) haſtilia nixu m
Aggredior, genibuſque adverſæ obluctor arenæ: l
Eloquar, an ſileam? gemitus lacrymabilis imo i
Auditur tumulo, et vox reddita fertur ad aures: h
Quid miſerum, Ænea, laceras? jam parce ſepulto, p
Parce pias ſcelerare manus: non me tibi Troja k
Externum tulit: haud cruor hic de ſtipite manat. e
Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum. n
Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit l
Telorum (a) ſeges, et jaculis increvit acutis. e
Tum vero ancipiti (b) mentem formidine preſſus f
Obſtupui, ſteteruntque comæ, et vox faucibus hæſit. k
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno m
Infelix Priamus furtim mandârat alendum f
Threïcio regi: cum jam diffideret armis m
Dardaniæ, cingique urbem obſidione videret. n
Ille, ut opes (a) fractæ Teucrûm, et fortuna receſſit; m
Res Agamemnonias victriciaque arma ſecutus, q
Fas omne (a) abrumpit, Polydorum obtruncat, et auro g
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis, n
Auri ſacri fames? Poſtquam pavor oſſa reliquit, h

ORDO.

orans ut ſecundárent viſus ritè, levaréntque omen. Sed poſtquam aggrédior tértia haſtília majóre nixu, genibúſque oblúctor advérſæ aréna: éloquar, an ſíleam? lacrymábilis gémitus auditur imo túmulo, et *hæc* vox réddita fertur ad *meas* aures: Ænéa, quìd láceras *me* míſerum? jam parce *mihi* ſepúlto, parce ſcelerâre pias manus: Troja tulit me non extérnum tibi: hic cruor haud manat de ſtípite. Heu fuge *has* crudéles terras, fuge *hoc* avárum littus. Nam ego *ſum* Polydórus: férrea ſeges telórum texit *me* confixum hìc, et increvit acútis jáculis. Tum verò preſſus *quoad* mentem ancípiti formídine obſtúpui, comæque ſteérunt, et *mea* vox hæſit fáucibus. Quondam infélix Príamus furtim mandáverat hunc Polydórum aléndum Threício regi, cum magno póndere auri: cùm jam diffideret armis Dardániæ, videréturque urbem cingi obſidióne. Ille *Polymneſtor*, ut opes Teucrórum *ſunt* fractæ, et fortúna recéſſit, ſecútus Agamemnónias res, victriciáque arma *Græcórum*, abrúmpit omne fas, obtrúncat Polydórum, et potítur auro vi. *O* ſacra, *i. e. execránda* fames auri, quid non cogis mortália péctora *fácere?* Poſtquam pavor relíquit *mea* oſſa,

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Delectos populi ad proceres, primumque parentem, *e*
Monstra Deûm refero; et, quæ sit sententia, posco. *l*
Omnibus idem animus, sceleratâ excedere terrâ, 60 *k*
Linquere pollutum hospitium, et dare classibus Austros. *o*
Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens *g*
Aggeritur tumulo tellus: stant Manibus aræ, *l*
Cæruleis mœstæ vittis atraque cupresso: *m*
Et circum Iliades crinem de more (a) solutæ. 65 *f*
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, *q*
Sanguinis et sacri pateras: animamque sepulcro *o*
Condimus, et magna supremum voce ciemus. *m*
Inde, ubi prima fides pelago, placataque venti *k*
Dant maria, et lenis (b) crepitans vocat Auster in altum: *o*
Deducunt socii naves, et littora complent. 71 *f*
Provehimur portu, terræque urbesque recedunt. *m*
Sacra mari colitur medio gratissima tellus *k*
(c) Nereidum matri et Neptuno Ægæo: * *m*
Quam pius Arcitenens oras et littora circum 75 *l*
Errantem, Mycone celsâ Gyaroque revinxit; *h*
Immotamque coli dedit, et contemnere ventos. *e*
Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu *n*
Accipit: egressi veneramur Apollinis urbem. *o*

O R D O.

réfero monstra Deórum ad deléctos próceres pópuli, primúmque *ad* paréntem *Anchísen*: et posco, quæ sit *eórum* sententia *de eâ re*. *Est* ómnibus idem ánimus, excédere *hâc* scelerátâ terrâ, línquere pollútum hospítium, et dare Austros clássibus. Ergo instaurámus funus Polydóro, et ingens tellus aggéritur túmulo: aræ stant *exstrúctæ ejus* Mánibus, mœstæ cœrúleis vittis, atrâque cupréssu: et Ilíades, solútæ crinem de more, *stant* circùm. Inférimus cymbia spumántia tépido lacte, et páteras sacri sánguinis: condimúsque ánimam sepúlchro, et suprémùm ciémus *eum* magnâ voce. Inde, ubi *fuit* prima fides pélago, ventíque dant placáta mária, et lenis Auster crépitans vocat *nos* in altum: sócii dedúcunt naves, et complent líttora. Provéhimur portu, terræque urbésque recédunt. *In* médio mari gratíssima tellus cólitur, sacra matri Nereídum et Ægæo Neptúno: quam *tellúrem* errántem circum oras et líttora pius Arcítenens *Apollo* revínxit Mycóne celsâque Gyaro; deditque *eam* immótam coli, et contémnere ventos. Feror huc: hæc placidíssima *ínsula* áccipit *nos* fessos tuto portu: egréssi venerámur urbem Apóllinis.

(a) *Hellenismus.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomasia.*

Rex

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos, *p*
Vittis et ſacrâ (a) redimitus tempora lauro *g*
Occurrit, veterem Anchiſenque agnovit amicum. *f*
Jungimus hoſpitio dextras, et (b) tecta ſubimus. *l*
Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto: *p*
Da propriam, (c) Thymbræe, domum, da mœnia feſſis, *p*
Et genus, et manſuram urbem: ſerva altera Trojæ *m*
Pergama, relliquias Danaûm atque immitis Achillei. *k*
Quem ſequimur? quove ire jubes? ubi ponere ſedes? *o*
Da, pater, augurium, atque animis illabere noſtris. *k*
Vix ea fatus eram: tremere omnia viſa repente, *i*
Liminaque, lauruſque Dei: totuſque moveri *p*
Mons circum, et mugire adytis cortina recluſis. *g*
Submiſſi petimus terram, et vox fertur ad aures: *f*
Dardanidæ (d) duri, quæ vos à (d) ſtirpe parentum *m*
Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto *p*
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem. *l*
Hic (e) domus Æneæ cunctis dominabitur oris, *n*
Et nati natorum, et qui naſcentur ab illis. *a*
Hæc Phœbus: mixtoque ingens exorta tumultu *a*
Lætitia, et cuncti, quæ ſint ea (e) mœnia, quærunt; *n*
Quo Phœbus vocet errantes, jubeatque reverti. *b*

ORDO.

Rex Anius, idem rex hóminum, ſacerdóſque Phœbi, redimítus témpora vittis et ſacrâ lauro, occúrrit *nobis*, agnovítque Anchiſen véterem amícum. Júngimus dextras hoſpítio, et ſubimus *ejus* tecta. Venerábar templa Dei ſtructa vetúſto ſaxo: *dicens* Thymbræe, da própriam domum, da mœnia *nobis* feſſis, et genus, et urbem manſúram: ſerva áltera Pérgama Trojæ, relíquias Danaórum, atque immítis Achillei. Quem ſéquimur? quòve jubes *nos* ire? ubi pónere ſedes? pater, da augúrium, atque illábere noſtris ánimis. Vix eram fatus ea: ómnia *ſunt* viſa trémere repéntè, liminâque, laurúſque Dei: totúſque mons circùm *cœpit* movéri, et cortína mugíre ádytis reclúſis. Submíſſi pétimus terram, et vox fertur ad *noſtras* aures: duri Dardánidæ, quæ tellus prima tulit vos à ſtirpe paréntum, éadem accípiet vos réduces læto úbere: exquírite antíquam matrem. Hìc domus Ænéæ dominábitur cunctis oris, et nati natórum, et qui naſcéntur ab illis. Phœbus *eſt locútus* hæc: ingénſque lætítia *eſt* exórta mixto tumúltu, et cuncti quærunt, quæ ſint ea mœnia; quò Phœbus vocet *eos* errántes, jubeátque *eos* revérti.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Synecdoche.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Metaphora.* (e) *Metonymia.*

Tum

Tum genitor, veterum volvens monumenta virorum; q
Audite, ô proceres, ait, et ſpes diſcite veſtras. e
Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto, o
Mons Idæus ubi, et gentis cunabula noſtræ. f
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. f
Maximus unde pater, ſi rite audita recordor, l
Teucrus Rhœtæas primum eſt advectus in oras, a
Optavitque locum regno: nondum Ilium et arces f
Pergameæ ſteterant, habitabant vallibus imis. k
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra, c
Idæumque nemus: hinc fida ſilentia ſacris, h
Et junĉti currum dominæ ſubiere leones. c
Ergo agite, et, Divûm ducunt quà juſſa, ſequamur. m
Placemus ventos, et Gnoſſia regna petamus. b
Nec longo diſtant curſu: modo Jupiter adſit, b
Tertia (a) lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris. m
Sic fatus, meritos aris mactavit honores: ſ
Taurum Neptuno; taurum tibi, pulcher Apollo: b
Nigram (a) Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. k
Fama (b) volat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis m
Idomenea ducem, deſertaque littora Cretæ, q
Hoſte vacare domos, ſedeſque aſtare relictas. l

ORDO.

Tum génitor *Anchiſes*, volvens monuménta véterum virórum, ait, ô próceres, audite et díſcete veſtras ſpes. Creta, ínſula magni Jovis, jacet médio ponto, ubi *eſt* Idæus mons, et cunábula noſtræ gentis. *Incolæ* hábitant centum magnas urbes, ubérrima regna. Unde Teucrus máximus pater, ſi ritè recórdor audíta, primùm eſt advéctus in Rhœtæas oras, optavítque locum regno: Ilium et Pergámeæ arces nondum ſtéterant, *illi* habitábant imis vállibus. Hinc *venit* mater *Deórum* Cybele cultrix *loci*, Corybantiáque æra, Idæúmque nemus: hinc fida ſiléntia *obſerváta* ſacris, et juncti leónes ſubivére currum dóminæ. Ergo ágite, et ſequámur, quà juſſa Divórum ducunt *nos*. Placémus ventos, et petámus Gnóſſia regna. Nec diſtant longo curſu: modò Júpiter adſit, tértia lux ſiſtet *noſtram* claſſem in Cretæis oris. Sic fatus, mactávit méritos honóres aris: taurum Neptúno; taurum tibi, pulcher Apóllo: nigram pécudem Hyemi, albam *pécudem* felicibus Zéphyris. Fama volat, Idomenéa ducem pulſum patérnis regnis ceſſíſſe, littoráque Cretæ *eſſe* deſérta, domos vacáre hoſte, ſedéſque aſtáre relíctas.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Linquimus

Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque (a) volamus: q
Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donyſam, b
Olearon, niveamque Paron, ſparſaſque per æquor k
Cyclades, et crebris legimus freta (a) conſita terris. o
Nauticus exoritur vario certamine clamor. k
Hortantur ſocii, Cretam proavoſque petamus. b
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes: m
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris, a
Ergo avidus muros optatæ molior urbis, m
Pergameamque voco: et lætam cognomine gentem l
Hortor amare (b) focos, arcemque attollere tectis. l
Jamque fere ſicco ſubductæ littore (c) puppes: m
Connubiis arviſque novis operata juventus: o
Jura domoſque dabam: ſubito cum tabida membris, k
Corrupto cœli tractu, miſerandaque venit b
Arboribuſque ſatiſque lues, et letifer annus. k
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant g
Corpora: tum ſteriles exurere Sirius agros. q
Arebant herbæ, et victum ſeges ægra negabat. b
Rurſus ad oraculum Ortygiæ Phœbumque remenſo k
Hortatur pater ire mari, veniamque precari: d
Quem feſſis finem rebus ferat, unde laborum b

ORDO.

Línquimus portus Ortygiæ, volamúſque pélago: legimúſque Naxon bacchátam jugis, viridémque Donyſam, Oléaron, niveámque Paron, Cycladéſque ſparſas per æquor, et freta cónſita crebris terris. Náuticus clamor exóritur vário certámine. Sócii hortántur, *ut* petámus Cretam proavóſque. Ventus ſurgens à puppi proſéquitur *nos* eúntes: et tandem allábimur antíquis oris Curétum. Ergo ávidus mólior muros optátæ urbis, vocóque *eam* Pergámeam: et hortor gentem lætam cognómine amáre focos, attolleréque arcem *altis* tectis. Jamque ferè puppes *ſunt* ſubdúctæ ſicco líttore: juvéntus *eſt* operáta connúbiis noviſque arvis: *ego* dabam jura domóſque *illis:* cùm ſúbitò tábida miſerandáque lues venit membris, tactu cœli corrúpto, arboribúſque ſatíſque, et annus *fit* létifer. *Sócii* linquébant dulces ánimas, aut trahébant ægra córpora: tum Sirius *cæpit* exúrere ſtériles agros. Herbæ arébant, et ægra ſeges negábat victum. Pater *Anchíſes* hortátur *me* ire rurſus mari reménſo ad oráculum Ortygiæ Phœbúmque, precaríque véniam: *ut petam*, quem finem ferat feſſis rebus,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Tentare

Tentare auxilium jubeat, quo vertere curſus. *e*
Nox erat, et terris animalia ſomnus habebat. *o*
Effigies ſacræ Divûm, Phrygiique Penates, *n*
Quos mecum à Troja mediiſque ex ignibus urbis *g*
Extuleram, viſi ante oculos aſtare jacentis *p*
In ſomnis, multo manifeſti lumine; quà (a) ſe *g*
Plena per inſertas (b) fundebat Luna feneſtras. *m*
Tum ſic affari, et curas his demere dictis: *a*
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt, *p*
Hic canit: et tua nos en ultro ad limina mittit. *l*
Nos te, Dardaniâ incensâ, tuaque arma ſecuti; *h*
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor; *m*
Idem venturos tollemus in aſtra nepotes, *b*
Imperiumque urbi dabimus: tu mœnia magnis *p*
Magna para, longumque fugæ ne linque laborem. *p*
Mutandæ ſedes: non hæc tibi littora ſuaſit *b*
Delius, aut Cretæ juſſit conſidere Apollo. *m*
Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt; *k*
Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ. *f*
Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores *k*
Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem. *p*
Hæ nobis propriæ ſedes: hinc Dardanus ortus, *f*

ORDO.

unde júbeat *nos* tentáre auxílium labórum, quò vértere curſus. Erat nox, et ſomnus habébat animália terris. Sacræ effígies Divórum, Phrygiique Penátes, quos extúleram mecum à Trojâ, exque médiis ignibus urbis, *ſunt* viſi aſtáre ante óculos *mei* jacéntis in ſomnis, manifeſti multo lúmine; quà plena Luna fundébat ſe per inſértas fenéſtras. Tum *ſunt viſi* affári ſic, et démere *meas* curas his dictis: quod Apóllo eſt dictúrus tibi deláto Ortygiam, canit hìc: et en ultro mittit nos ad tua límina. Nos *ſumus* ſecúti te, Dardániâ incénsâ, tuáque arma; nos *ſumus* perménſi túmidum æquor cláſſibus ſub te; iídem tollémus *tuos* nepótes ventúros in aſtra, dabimúſque impérium urbi: tu para magna mœnia magnis *pópulis*, neque linque longum labórem fugæ. Sedes *ſunt* mutándæ: Délius Apóllo non ſuaſit tibi *adíre* hæc líttora, aut juſſit conſídere Cretæ. Eſt locus, Gráii dicunt *eum* Heſpériam cognómine; antíqua terra, potens armis atque úbere glebæ. Oenótrii viri coluére *eam:* nunc *eſt* fama, minóres dixíſſe gentem Itáliam, de nómine dúcis. Hæ ſedes *ſunt* própriæ nobis: Dárdanus *eſt* ortus hinc,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Iaſiuſque

Iaſiuſque pater, genus à quo principe noſtrum. k
Surge, age, et hæc lætus longævo dicta parenti m
Haud dubitanda refer. Coritum, terraſque require k
Auſonias: Dictæa negat tibi Jupitet arva. o
Talibus attonitus viſis ac voce Deorum, l
(Nec ſopor illud erat; ſed coram agnoſcere vultus, l
Velataſque comas, præſentiaque ora videbar: b
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor) m
Corripio è ſtratis corpus, tendoque ſupinas m
Ad cœlum cum voce manus, et munera libo g
Intemerata focis: perfecto lætus honore l
Anchiſen facio certum, remque ordine pando. f
Agnovit prolem ambiguam, geminoſque parentes: c
Seque novo veterum deceptum errore locorum. l
Tum memorat: Nate Iliacis exercite fatis, p
Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. m
Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro, q
Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Itala regna vocare. b
Sed quis ad Heſperiæ venturos littore Teucros l
Crederet? aut quem tum vates Caſſandra moveret? m
Cedamus Phœbo, et moniti meliora ſequamur. c
Sic ait, et cuncti dictis paremus ovantes. m
Hanc quoque deſerimus ſedem, pauciſque relictis, l

ORDO.

Iaſiúſque pater, à quo príncipe *Dárdano eſt* noſtrum genus. Age, ſurge, et lætus refer hæc dicta haud dubitánda *tuo* longævo parénti. Require Córitum, Auſoniáſque terras: Júpiter negat Dictæa arva tibi. *Ego* attónitus tálibus viſis ac voce Deórum (nec erat illud ſopor; ſed vidébar agnóſcere vultus *Penátum* coràm, velatáſque comas, præſéntiáque ora: tum gélidus ſudor manábat toto córpore) corripio *meum* corpus è ſtratis, tendóque ſupínas manus cum voce ad cœlum, et libo intemeráta múnera focis: honóre perfécto, lætus fácio Anchíſen certum, pandóque rem órdine. *Anchiſes* agnóvit ambíguam prolem, geminóſque paréntes: ſeque *eſſe* decéptum novo erróre véterum locórum. Tum mémorat: Nate, exércite Iliacis fatis, Caſſándra ſola canébat tales caſus mihi. Nunc répeto, *i. e. reminiſcor eam* porténdere hæc *eſſe* débita noſtro géneri, et vocáre ſæpe Heſpériam, ſæpe Itála regna. Sed quis créderet Teucros *eſſe* ventúros ad líttora Heſpériæ? aut quem tum vates Caſſándra movéret? cedámus Phœbo, et móniti ſequámur melióra *conſilia*. Sic *pater* ait, et *nos* cuncti ovántes parémus *ejus* dictis. Deſérimus hanc ſedem quoque, paucíſque relictis *ibi*,

Vela damus, vaſtumque cavâ (a) trabe currimus æquor. *o*
Poſtquam altum tenuere rates, nec jam amplius ullæ *e*
Apparent terræ; cœlum undique et undique pontus: *b*
Tum mihi cœruleus ſupra caput aſtitit imber, *q*
(a) Noctem (a) hyememque ferens: et (b) inhorruit unda tenebris. *i*
Continuo venti volvunt mare, magnaque ſurgunt *n*
(c) Æquora: diſperſi jactamur gurgite vaſto: *m*
Involvere (a) diem nimbi, et nox humida cœlum *f*
Abſtulit: ingeminant abruptis nubibus ignes. *l*
Excutimur curſu, et (b) cæcis erramus in undis. *m*
Ipſe diem noctemque negat diſcernere cœlo, *p*
Nec meminiſſe viæ media Palinurus in unda. *i*
Tres adeo incertos cæca caligine ſoles *m*
Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes. *d*
Quarto terra die primum ſe attollere tandem *f*
Viſa, aperire procul montes, ac volvere fumum. *l*
Vela cadunt, remis inſurgimus: haud mora, nautæ *n*
Adnixi torquent ſpumas, et cœrula verrunt. *a*
Servatum ex undis Strophadum me littora primum *g*
Accipiunt. Strophades Graio ſtant nomine dictæ *k*
Inſulæ Ionio in magno: quas dira Celæno, *l*

ORDO.

damus vela, currimúſque vaſtum æquor cavâ trabe. Poſtquam *noſtræ* rates tenuére altum, nec jam ámpliùs ullæ terræ appárent: *ſed* cœlum úndique et pontus úndique: tum cœrúleus imber áſtitit ſupra caput mihi, ferens noctem, hyemémque: et unda inhórruit ténebris. Continuò venti volvunt mare, magnáque æquora ſurgunt: *nos* diſpérſi jactámur vaſto gúrgite: nimbi involvére diem, et húmida nox ábſtulit cœlum: ignes ingéminant núbibus abrúptis. Excútimur curſu, et errámus in cæcis undis. Palinúrus ipſe negat *ſe poſſe* diſcérnere diem noctémque cœlo, nec meminíſſe viæ in médiâ undâ. Adeò errámus pélago tres incértos ſoles cæcâ calígine, *et* tótidem noctes ſine ſídere. Tandem quarto die terra primùm *eſt* viſa attóllere ſe, aperíre montes procùl, ac vólvere fumum. *Noſtra* vela cadunt, inſúrgimus remis: haud *eſt* mora, nautæ adnixi torquent ſpumas, et verrunt cœrula *æquora*. Primùm líttora Stróphadum accípiunt me ſervátum ex undis. Inſulæ dictæ Stróphades Gráio nómine ſtant in magno Iónio *mari*: quas dira Celæno,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Harpyiæque

Harpyiæque colunt aliæ: Phineïa poſtquam k
Clauſa domus, menſaſque metu liquere priores. p
Triſtis haud illis monſtrum, nec ſævior ulla m
Peſtis et ira Deûm Stygiis ſeſe extulit undis. k
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris l
Proluvies, uncæque manus, et pallida ſemper p
Ora fame. m
Huc ubi delati portus intravimus: ecce m
Læta boum paſſim campis armenta videmus, m
Caprigenumque pecus, nullo cuſtode, per herbas. l
Irruimus (a) ferro, et Divos ipſumque vocamus m
In prædam partemque Jovem: tunc littore curvo g
Exſtruimuſque toros, (a) dapibuſque epulamur opimis. i
At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt l
Harpyiæ, et magnis quatiunt clangoribus alas: p
Diripiuntque (a) dapes, contactuque omnia fœdant l
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem. a
Rurſum in ſeceſſu longo, ſub rupe cavata, a
Arboribus clauſi circum atque horrentibus umbris, m
Inſtruimus menſas, ariſque reponimus ignem. n
Rurſum ex diverſo cœli cæciſque latebris, a
Turba ſonans prædam pedibus circumvolat uncis, p

ORDO.

aliæque Harpyiæ colunt: poſtquam Phinéia domus *eſt* clauſa *ipſis*, liqueréque priores menſas metu. Haud monſtrum triſtius illis, nec ulla ſævior peſtis, et ira Deórum extulit ſeſe Stygiis undis. Vultus *harum* volucrum *ſunt* virginei, prolúvies ventris *eſt* fœdiſſima, manúſque uncæ, et ora ſemper pállida fame. Ubi *nos* deláti huc intrávimus portus: ecce vidémus læta arménta boum paſſim campis, caprigenúmque pecus *errans* per herbas, nullo cuſtóde. Irrúimus *in ea* ferro, et vocámus Divos, Jovemque ipſum in prædam, partémque *prædæ*: tunc extruimúſque toros curvo líttore, epulamúrque opímis dápibus. At ſúbitæ Harpyiæ adſunt de móntibus horrífico lapſu, et quátiunt alas magnis clangóribus: diripiúntque dapes, fœdántque ómnia immúndo tactu: tum dira vox inter tetrum odórem *offendat nos*. Rurſum in longo ſeceſſu, ſub cavátâ rupe, *nos* claúſi circum arbóribus atque horréntibus umbris, inſtrúimus menſas, reponimúſque ignem aris. Rurſum ex divérſo *tractu* cœli, cæciſque látebris, turba ſonans circúmvolat prædam uncis pédibus,

(a) *Metonymia.*

Polluit ore (a) dapes. Sociis tunc, arma capeſſant, *k*
Edico, et dira bellum cum gente gerendum. *a*
Haud ſecus ac juſſi faciunt, tectoſque per herbam *p*
Diſponunt enſes, et ſcuta latentia condunt. *b*
Ergo ubi delapſæ ſonitum per curva dedere *p*
Littora; dat ſignum ſpeculâ Miſenus ab altâ *p*
(a) Ære cavo: invadunt ſocii, et nova prœlia tentant, *o*
Obſcœnas pelagi (a) ferro fœdare volucres. *f*
Sed neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo *m*
Accipiunt: celerique fugâ ſub ſidera lapſæ, *k*
Semeſam prædam et veſtigia fœda relinquunt. *b*
Una in prœcelſa conſedit rupe Celæno *a*
Infelix vates, (b) rupitque hanc pectore vocem: *a*
Bellum etiam pro cæde boum ſtratiſque juvencis, *p*
Laomedontiadæ, bellumne inferre paratis? *l*
Et patrio inſontes Harpyias pellere regno? *n*
Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta: *q*
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo *d*
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando. *c*
Italiam curſu petitis: ventiſque vocatis *p*
Ibitis Italiam, portuſque intrare licebit. *l*
Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem, *f*

ORDO.

et pólluit dapes ore. Tunc edíco ſóciis, *ut* capéſſant arma, et bellum *eſſe* geréndum cum *hâc* dirâ gente. Fáciunt haud ſecùs ac *fuérunt* juſſi, diſponúntque tectos enſes per herbam, et condunt laténtia ſcuta. Ergo ubi *hæ*, delápſæ per curva littora, dedére ſonum; Miſénus dat ſignum *pugnæ* cavo ære ab altâ ſpéculâ: ſócii invádunt *eas*, et tentant nova prœlia, fœdáre obſcœnas vólucres pélagi ferro. Sed neque accípiunt ullam vim plumis, nec vúlnera tergo: lapſæque céleri fugâ ſub ſidera, relínquunt ſeméſam prædam, et ſœda veſtígia *pedum*. Una Celæno, infélix vates, conſédit in prœcélsâ rupe, rupitque hanc vocem pectore: Laomedontíadæ, paratíſne inférre bellum, étiam pro cæde boum, ſtratíſque juvéncis? et péllere inſóntes Harpyias pátrio regno? Ergo accípite atque fígite hæc mea dicta *veſtris* ánimis: ego máxima furiárum pando *ea* vobis, quæ *Júpiter* omnípotens pater *prædixit* Phœbo, *quæ* Phœbus Apóllo prædixit mihi. Pétitis Itáliam curſu: ventíſque vocátis, íbitis *in* Itáliam, licebítque intráre portus. Sed non cingétis datam urbem mœnibus antè,

(a) *Metonymia*, (b) *Metaphora*,

Quàm

Quàm vos dira fames, noſtræque injuria cædis, *f*
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. *f*
Dixit, et in ſylvam pennis ablata refugit. *m*
At ſociis ſubitâ gelidus formidine ſanguis *k*
Diriguit: (a) cecidere animi: nec jam amplius armis, *k*
Sed votis precibuſque jubent expoſcere pacem: *e*
Sive Deæ, ſeu ſint diræ obſcœnæque volucres. *m*
At pater Anchiſes paſſis de littora (b) palmis *m*
Numina magna vocat, meritoſque indicit honores: *k*
Dî prohibete minas, Dî talem avertite caſum, *l*
Et placidi ſervate pios. Tum littore funem *p*
Diripere, excuſſoſque jubet laxare rudentes. *p*
Tendunt vela Noti: fugimus ſpumantibus undis, *e*
Quà curſum ventuſque gubernatorque vocabant. *g*
Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, *n*
Dulichiumque Sameque et Neritos ardua ſaxis: *q*
Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laërtia regna, *k*
Et terram altricem ſævi exſecramur Ulyſſis. *a*
Mox et Leucatæ nimboſa cacumina montis, *b*
Et formidatus nautis aperitur (c) Apollo. *b*
Hunc petimus feſſi, et parvæ ſuccedimus urbi. *m*
Anchora de prora jacitur, ſtant littore (b) puppes. *p*

ORDO.

quàm dira fames, injuriáque noſtræ cædis *illátæ* ſúbigat vos abſúmere ambéſas menſas malis. *Celæno* dixit, et abláta pennis refúgit in ſylvam. At ſanguis, gélidus ſúbitâ formidine, diríguit ſóciis: ánimi cecidére: nec jam ámpliùs jubent expóſcere pacem *ab Harpyiis* armis, ſed votis precibúſque: ſive *ſint* Deæ, ſeu ſint diræ obſcœnæque vólucres. At pater Anchíſes, palmis paſſis de líttore, vocat magna númina, indicítque méritos honóres *ipſis: inquit*, Dii prohibéte minas, Dii avértite talem caſum, et *vos* plácidi ſervâte *nos* pios. Tum jubet diripere funem líttore, laxaréque excúſſos rudéntes. Noti tendunt *noſtra* vela: fúgimus ſpumántibus undis, quà ventúſque gubernatórque vocábant curſum. Jam nemoróſa Zacynthos apparet médio fluctu, Dulichiúmque, Saméque, et Néritos árdua ſaxis: effúgimus ſcópulos Ithacæ, Laërtia regna, et exſecrámur altrícem terram ſævi Ulyſſis. Mox et nimbóſa cacúmina montis Leucátæ, et Apóllo, *i. e. ejus fanum*, formidátus nautis aperítur *nobis*. Feſſi pétimus hunc *montem*, et ſuccédimus parvæ urbi. Anchora jácitur de prorâ, *et* puppes ſtant líttore.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Ergo

Ergo inſperatâ tandem tellure potiti, *a*
Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras: *a*
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis. *k*
Exercent patrias oleo labente palæſtras *e*
Nudati ſocii: juvat evaſiſſe tot urbes *e*
Argolicas, medioſque fugam tenuiſſe per hoſtes. *i*
Interea magnum Sol circumvolvitur annum, *m*
Et glacialis (a) hyems Aquilonibus aſperat undas. *i*
Ære cavo clypeum, magni geſtamen Abantis, *l*
Poſtibus adverſis figo, et rem carmine ſigno: *m*
Æneas hæc de Danais victoribus arma. *g*
Linquere tum portus jubeo, et conſidere tranſtris. *p*
Certatim ſocii feriunt mare, et æquora (b) verrunt. *d*
Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces, *l*
Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus *p*
Chaonio, et celſam Buthroti aſcendimus urbem. *m*
Hic incredibilis rerum fama occupat aures: *f*
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes, *k*
Conjugio (c) Æacidæ Pyrrhi ſceptriſque potitum; *l*
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito. *k*
Obſtupui: miroque incenſum pectus amore *m*
Compellare virum, et caſus cognoſcere tantos. *f*

ORDO.

Ergo tandem potíti inſperátâ tellúre, luſtramúrque Jovi, incendimúſque *ejus* aras votis: celebramúſque Actia líttora Iliacis ludis. Sócii nudáti exércent pátrias palæſtras, óleo labénte *per cutem:* juvat evaſíſſe tot Argólicas urbes, tenuiſſéque fugam per médios hoſtes. Intérea ſol circumvólvitur magnum orbem, et glaciális hyems áſperat undas Aquilónibus. *Ego* figo clypeum cavo ære, geſtámen magni Abántis, advérſis póſtibus, et ſigno rem *hoc* cármine: *Ænéas póſuit* hæc arma *reláta* de Dánais victóribus. Tum júbeo línquere portus, et conſídere tranſtris. Sócii fériunt mare certátim, et verrunt æquora. Prótinus abſcóndimus aérias arces Phæácum, legimúſque líttora Epíri, ſubimúſque Chaónio portu, et aſcéndimus celſam urbem Buthróti. Hìc incredíbilis fama rerum óccupat *noſtras* aures: *viz.* Priámiden Hélenum regnáre per Gráias urbes, potítum conjúgio Æácidæ Pyrrhi, ſceptríſque *ejus*; et Andrómachen ceſſíſſe íterum pátrio maríto. Obſtúpui: peſtúſque *eſt* incénſum miro amóre compellâre virum, et cognóſcere tantos caſus.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomaſia.*

Progredior

Progredior portu, classes et littora linquens. m
Solemnes tum forte (a) dapes et tristia dona, g
Ante urbem, in luco, falsi Simoëntis ad undam, b
Libabat cineri Andromache, Manesque vocabat e
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem, k
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras. p
Ut me conspexit venientem, et Troïa circum g
Arma amens vidit; magnis exterrita monstris, a
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit: o
Labitur, et longo vix tandem tempore fatur: m
Verane te facies, verus mihi nuntius affers, q
Nate Dea, vivisne? aut, si lux alma recessit, m
Hector ubi est? Dixit, lacrymasque effudit, et omnem p
Implevit clamore locum: vix pauca furenti g
Subjicio, et raris turbatus vocibus hisco: m
Vivo equidem, vitamque extrema per omnia (b) duco. n
Ne dubita, nam vera vides. p
Heu quis te casus dejectam conjuge tanto a
Excipit? aut quæ digna satis fortuna revisit? p
Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia servas? l
Dejecit vultum, et demissâ voce locuta est: a
O felix una ante alias Priameïa virgo, c

ORDO.

Progrédior portu, linquens classes et littora. Tum fortè Andrómache libábat cíneri solémnes dapes, et tristia dona, ante urbem, in luco, ad undam falsi Simoéntis, vocabátque Manes ad Hectóreum túmulum, quem, *exstrúctum* viridi céspite, inánem sacráverat, et géminas aras, causam lácrymis. Ut *illa* conspéxit me veniéntem, et amens vidit Troïa arma circum *me*; extérrita magnis monstris, diriguit in médio visu: calor reliquit ossa: lábitur, et vix tandem fatur longo témpore *pòst*. Veráne fácies, verus núntius affers te mihi, nate Dea, vivísne? aut, si alma lux *vitæ* recéssit, ubi est Hector? Dixit, effudítque lácrymas, et implévit omnem locum clamóre: vix subjício pauca *verba illi* furénti, et *ipse* turbátus hísco raris vócibus: vivo équidem, ducóque vitam per ómnia extréma. Ne dúbita, nam vides vera. Heu quis casus éxcipit te dejéctam, *i. e. orbátam* tanto cónjuge? aut quæ fortúna satis digna revísit *te?* Andrómache *olim uxor* Héctoris, servásne connúbia Pyrrhi? *Illa* dejécit vultum, et est locúta demíssâ voce: *O Polyxéna* Priaméïa virgo una felix ante álias,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Hostilem

Hoſtilem ad tumulum Trojæ ſub mœnibus altis *f*
Juſſa mori: quæ ſortitus non pertulit ullos, *m*
Nec victoris heri tetigit captiva cubile! *e*
Nos patriâ incensâ diverſa per æquora vectæ, *o*
Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum *n*
Servitio enixæ tulimus: qui deinde ſecutus *p*
Ledæam Hermionem, Lacedæmonioſque Hymenæos, *d*
Me famulam famuloque Heleno tranſmiſit habendam. *k*
Aſt illum, ereptæ magno inflammatus amore *a*
Conjugis, et ſceleram Furiis agitatus Oreſtes, *i*
Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras. *p*
Morte Neoptolemi, regnorum reddita ceſſit *l*
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos, *p*
Chaoniamque omnem Trojano à Chaone dixit: *m*
Pergamaque, Iliacamque jugis hanc addidit arcem. *k*
Sed tibi qui curſum venti, quæ fata dedere? *m*
Aut quis te ignarum noſtris Deus appulit oris? *b*
Quid puer Aſcanius? ſuperatne, et (a) veſcitur aura? *k*
Quem tibi jam Troja .... *p*
Ecquæ jam puero eſt amiſſæ cura parentis? *f*
Ecquid in antiquam virtutem animoſque viriles, *n*
Et pater Æneas, et avunculus excitat Hector? *o*

ORDO.

juſſa mori ad hoſtilem túmulum ſub altis mœnibus Trojæ: quæ non pértulit ullos ſortítus, nec captíva tétigit cubîle heri victóris! Nos, pátriâ incénsâ, vectæ per divérſa æquora, enixæ *in* ſervítio, túlimus faſtus Achilléæ ſtirpis, ſuperbúmque júvenem *Pyrrhum*: qui deínde ſecútus Ledæam Hermionem, Lacedæmoniósque Hymenæos, tranſmíſit me fámulam habéndam Héleno, famulóque *ipſi*. Aſt Oréſtes, inflammátus magno amóre eréptæ cónjugis, et agitatus fúriis *ſuórum* ſcélerum, éxcipit illum incáutum, obtruncátque ad pátrias aras. Morte Neoptólemi, pars regnórum réddita ceſſit Héleno: qui dixit campos Chaónios cognómine, omnémque Chaóniam à Trojáno Cháone: addidítque Pérgama, hancque Iliacam arcem jugis. Sed qui venti, quæ fata dedére curſum tibi? aut quis Deus appulit te ignárum noſtris oris? quid puer Aſcánius *agit?* ſuperátne, et véſcitur aurâ? quem jam Troja tibi .... Ecquæ cura amíſſæ paréntis eſt jam púero? ecquid et pater Ænéas, et avúnculus Hector excitat *eum* in antíquam virtútem, viriléſque ánimos?

(a) *Metaphora.*

Talia

Talia (a) fundebat lacrymans, longoſque ciebat
Incaſsùm fletus: quum ſeſe à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert,
Agnoſcitque ſuos, lætuſque ad (b) limina ducit:
Et multum lacrymas verba inter ſingula fundit.
Procedo, et parvam Trojam, ſimulataque magnis
Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum
Agnoſco: Scææque amplector limina portæ.
Necnon et Teucri ſociâ ſimul urbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulaï in medio libabant pocula (c) Bacchi,
Impoſitis auro (c) dapibus, pateraſque tenebant.
Jamque dies, alterque dies proceſſit; et auræ
Vela vocant, tumidoque inflatur carbaſus Auſtro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæſo:
Trojugena, interpres Divûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis,
Et volucrum linguas, et præpetis omina pennæ;
Fare age: namque omnem curſum mihi proſpera dixit
Relligio; et cuncti ſuaſerunt numine Divi
Italiam petere, et terras tentare repôſtas:
Sola novum dictuque nefas Harpyia Celæno

p a o f f b m a c b f o p l f m l n n m l p

ORDO.

Lácrymans fundébat tália *verba*, ciebátque longos fletus incaſſùm: quum heros Priámides Hélenus affert ſeſe à mœnibus, multis comitántibus *eum*, agnoſcítque ſuos *Trojános*, lætúſque ducit *eos* ad límina: et fundit lácrymas multùm inter ſíngula verba. Procédo, et agnóſco parvam Trojam, Pergamáque ſimuláta magnis *Pérgamis*, et aréntem rivum *dictum* cognómine Xanthi: amplectórque límina Scææ portæ. Nec non et Teucri ſimul fruúntur ſóciâ urbe. Rex accipiébat illos in amplis porticibus. Libábant pócula Bacchi, *i. e. vini* in médio auláï, tenebántque páteras, dápibus impóſitis auro. Jamque dies, altérque dies procéſſit: et auræ vocant vela, carbaſúſque inflátur túmido Auſtro. Aggrédior vatem *Hélenum* his dictis, ac quæſo tália: Trojúgena, intérpres Divórum, qui *ſentis* númina Phœbi, qui *ſentis* trípodas, lauros Clárii *Dei*, qui ſentis ſídera, et linguas vólucrum, et ómina præpetis pennæ; age, fare: namque rellígio próſpera *mihi* dixit omnem curſum; et cuncti Divi ſuaſérunt *mihi ſuo* númine pétere Itáliam, et tentáre repóſitas terras. Harpyia Celæno ſola canit prodígium novum,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Prodigium canit, et triſtes denuntiat iras, *l*
Obſcœnamque famem. Quæ prima pericula vito? *b*
Quidve ſequens, tantos poſſim ſuperare labores? *n*
Hic Helenus, cæſis primum de more juvencis, *m*
Exorat pacem Divûm: vittaſque reſolvit *a*
Sacrati capitis: meque ad tua (a) limina, Phœbe, *b*
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit; *m*
Atque hæc deinde canit divino ex ore ſacerdos: *f*
Nate Dea: nam te majoribus ire per altum *n*
Auſpiciis manifeſta fides: ſic fata Deûm rex *k*
Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo. *g*
Pauca tibi è multis, quo tutior hoſpita luſtres *n*
Æquora, et Auſonio poſſis conſidere portu, *l*
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ *p*
Scire Helenum, farique vetat Saturnia Juno. *p*
Principio Italiam, quam tu jam rere propinquam, *l*
Vicinoſque ignare paras invadere portus, *g*
Longa procul longis via dividit invia terris. *o*
Ante et Trinacria lentandus remus in unda, *f*
Et (b) ſalis Auſonii luſtrandum navibus æquor, *l*
Infernique lacus, Æææque inſula Circes; *f*
Quàm tutâ poſſis urbem componere terrâ. *a*

ORDO.

neſáſque dictu, et denúntiat triſtes iras, obſcœnámque famem *mihi*. Quæ prima perícula vito? quidve ſequens, poſſum ſuperáre tantos labóres? Hìc Hélenus, primùm juvéncis cæſis de more, exórat pacem Divórum: reſolvítque vittas *ſui* ſacráti cápitis: ipſéque ducit me manu ad tua límina, Phœbe, ſuſpénſum *tuo* multo númine; atque deínde ſacérdos canit hæc ex divíno ore: nate Deâ; nam fides *eſt* manifésta te ire per altum majóribus auſpíciis: ſic rex Deórum ſortítur fata, volvítque vices: is ordo *rerum* vértitur. Expédiam tibi dictis pauca è multis, quo *tu* tútior luſtres hóſpita æquora, et poſſis conſídere Auſónio portu: nam Parcæ próhibent Hélenum ſcire cætera, Saturniáque Juno vetat fari. Princípio, longa via ínvia longis terris procùl dividit Itáliam *à te*, quam tu, ignáre, jam rere propínquam, paráſque invádere vicínos portus. Et remus *eſt* lentándus in Trinácriâ unda, et æquor Auſónii ſalis *eſt* luſtrándum návibus, infernique lacus, inſuláque Æææ Circes; antè quàm poſſis compónere urbem turâ terrâ.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.*

Signa

Signa tibi dicam, tu condita mente teneto. *n*
Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam *l*
Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus, *n*
Triginta capitum fœtus enixa jacebit, *f*
Alba, ſolo recubans, albi circum ubera nati; *l*
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum. *i*
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. *a*
Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo. *i*
Has autem terras, Italique hanc littoris oram, *g*
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu, *n*
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graiis. *k*
Hic et Narycii poſuerunt mœnia Locri, *e*
Et Salentinos obſedit (a) milite campos *a*
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi *q*
Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. *n*
Quin, ubi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes *p*
Et poſitis aris jam vota in littore ſolves; *m*
Purpureo (b) velare comas adopertus amictu: *o*
Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum *b*
Hoſtilis facies occurrat, et omina turbet. *h*
Hunc ſocii morem ſacrorum, hunc ipſe teneto: *m*
Hac caſti maneant in relligione nepotes. *b*

ORDO.

Dicam ſigna tibi, tu tenéto *ea* cóndita mento. Cùm ingens ſus, invénta tibi ſollícito, ad undam ſecréti flúminis, ſub littóreis ilícibus, jacébit enixa fœtus trigínta cápitum, alba, récubans ſolo, *et* albi nati circum úbera; is erit locus urbis, ea certa réquies labórum. Nec tu horréſce futúros morſus menſárum. Fata invénient viam; Apollóque vocátus áderit. Autem éffuge has terras, hancque oram Itali líttoris, quæ próxima perfúnditur æſtu noſtri æquóris: cuncta mœnia habitántur malis Gráiis. Hìc et Narycii Locri poſuérunt mœnia, et Lyctius Idomenéus obſédit Salentínos campos mílite: hìc *eſt* illa parva Pitília Melibœi ducis Philoctétæ ſubnixa muro. Quin, ubi *tuæ* claſſes tranſmíſſæ trans æquora ſtéterint, et jam ſolves vota aris póſitis in littore; *tu* veláre *quoad* comas, adopértus purpúreo amíctu: ne quà hoſtílis fácies occúrrat inter ſanctos ignes in honóre Deórum, et turbet ómina. *Tui* ſócii *tenénto* hunc morem ſacrórum, ipſe tenéto hunc: caſti nepótes máneant in hâc relligióne.

(a) *Enallage.* (b) *Helleniſmus.*

Aſt, ubi digreſſum Siculæ te admoverit oræ
Ventus, et anguſti rareſcent clauſtra Pelori;
Læva tibi tellus et longo læva petantur
Æquora circuitu: dextrum fuge littus et undas.
Hæc loca, vi quondam et vaſtâ convulſa ruinâ
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt: cum protinus utraque tellus
Una foret, venit medio vi pontus, et undis
Heſperium Siculo latus abſcidit: arvaque et urbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obſidet: atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit alternos, et (a) ſidera verberat undâ.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris,
Ora exſertantem, et naves in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore priſtis,
Delphinûm caudas utero (b) commiſſa luporum.
Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos et circumflectere curſus;
Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro

ORDO.

Aſt, ubi ventus admóverit te digréſſum *hinc* Siculæ oræ, et clauſtra angúſti Peléri raréſcent; læva tellus, et læva æquora petántur tibi longo circúitu: fuge dextrum littus et *dextras* undas. Ferunt hæc loca, quondam convúlſa vi et vaſtâ ruinâ diſſiluiſſe: (longínqua vetúſtas ævi valet mutáre *res* tantùm:) cùm próinus utráque tellus foret una, pontus venit médio vi, et undis ábſcidit Heſpérium latus Siculo: interluítque arva et urbes æſtu, didúctas angúſto littore. Scylla óbſidet dextrum latus, implacáta Charybdis *óbſidet* lævum: atque imo gúrgite bárathri ter ſorbet vaſtos fluctus in abrúptum, rurſúſque érigit *eos* altérnos ſub auras, et vérberat ſídera undâ. At ſpelúnca cóhibet Scyllam cæcis látebris, exſertántem ora, et trahéntem naves in ſaxa. Prima fácies eſt hóminis, *i. e. mulieris*, et virgo pulchro péctore tenus pube, *i. e. imo ventre*: poſtréma *pars* eſt priſtis immáni córpore, commiſſa *quoad* caudas Delphinórum útero lupórum. Præſtat *te* ceſſántem luſtráre metas Trinácrii Pachyni, et circumfléctere lcngos curſus; quàm ſemel vidiſſe informem Scyllam ſub vaſto antro,

(a) *Hyperbole.* (b) *Helleniſmus.*

Scyllam,

Scyllam, et cœruleis canibus reſonantia ſaxa. *d*
Præterea, ſi qua eſt Heleno prudentia vati, *p*
Si qua fides, animum ſi veris implet Apollo: *l*
Unum illud tibi, nate Dea, præque omnibus unum *e*
Prædicam, et repetens iterumque iterumque monebo. *d*
Junonis magnæ primum prece numen adora: *b*
Junoni cane vota libens, dominamque potentem *d*
Supplicibus ſupera donis: ſic denique victor *l*
Trinacriâ fines Italos mittêre relictâ. *p*
Huc ubi delatus Cumæam acceſſeris urbem, *m*
Divinoſque lacus, et Averna ſonantia ſylvis; *d*
Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima *g*
Fata canit, foliiſque notas et nomina mandat. *k*
Quæcunque in foliis deſcripſit carmina virgo, *b*
Digerit in numerum, atque antro ſecluſa relinquit: *l*
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt. *e*
Verum eadem verſo tenuis cum cardine ventus *p*
Impulit, et teneras turbavit janua frondes; *l*
Nunquam deinde cavo volitantia prendere ſaxo, *d*
Nec revocare ſitus, aut jungere carmina curat. *q*
Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sibyllæ. *f*
Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti: *k*
Quamvis (a) increpitent ſocii, et vi curſus in altum *e*

ORDO.

et ſaxa reſonántia cœrúleis cánibus. Prætérea, ſi eſt qua prudéntia Héleno vati, ſi qua fides, ſi Apollo implet ánimum veris: prædícam illud unum tibi, nate Deâ, unúmque præ ómnibus, et répetens iterúmque iterúmque monébo *te*. Primùm adóra numen magnæ Junónis prece: libens cane vota Junóni, ſuperáque poténtem Dóminam ſupplícibus donis: ſic dénique victor mittére *in* Itálos fines Trinácriâ relíctâ. Ubi delátus huc accéſſeris Cumæam urbem, divinóſque lacus, et Avérna ſonántia ſylvis; aſpícies inſánam vatem, quæ canit fata ſub imâ rupe, mandátque notas et nómina ſóliis. Quæcúnque cármina virgo deſcripſit in ſóliis, dígerit *ea* in número, atque relínquit ſécluſa antro. Illa manent immóta locis, neque cedunt ab órdine. Verùm cùm ténuis ventus ímpulit éadem cárdine verſo, et jánua turbávit téneras frondes; nunquam deínde curat préndere *ea* volántia cavo ſaxo, nec revocáre ſitus, aut júngere cármina. Inconſúlti ábeunt, oderéque ſedem Sibyllæ. Hìc nequa diſpéndia moræ fúerint tanti tibi: quamvis ſócii increpítent, et curſus vocet vela vi in altum,

(a) *Metaphora.*

Vela

Vela vocet, poſſiſque ſinus implere ſecundos: p
Quin adeas vatem, precibuſque oracula poſcas p
Ipſa canat, vocemque volens atque ora reſolvat. p
Illa tibi Italiæ populos, venturaque bella, k
Et quo quemque modo fugiaſque feraſque laborem, d
Expediet: curſuſque dabit venerata ſecundos. o
Hæc ſunt quæ noſtrâ liceat te voce moneri. g
Vade age, et ingentem factis fer ad æthera Trojam. n
Quæ poſtquam vates ſic ore effatus amico eſt: a
Dona dehinc auro gravia ſectoque elephanto p
Imperat ad naves ferri: ſtipatque (a) carinis m
Ingens argentum, Dodonæoſque lebetas, a
Loricam conſertam hamis, auroque trilicem: a
Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes, g
Arma Neoptolemi: ſunt et ſua dona parenti. q
Addit equos, additque duces. p
Remigium ſupplet: ſocios ſimul inſtruit armis. o
Interea claſſem velis aptare jubebat m
Anchiſes, fieret vento mora ne qua ferenti. h
Quem Phœbi interpres multo compellat honore: a
Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo, p
Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis: p

O R D O.

poſſíſque implére ſecundos ſinus *velórum:* quin ádeas vatem, poſcáſque précibus *ut* ipſa canat orácula, volénſque reſólvat vocem atque ora. Illa expédiet tibi pópulos Itáliæ, belláque ventúra, et quo modo fugiáſque feráſque quemque labórem: veneratáque dabit ſecúndos curſus. Hæc ſunt, quæ líceat te monéri noſtrâ voce. Age, vade, et fer Trojam ingéntem factis ad æthera. Quæ poſtquam vates ſic eſt affátus amico ore: dehinc ímperat dona grávia auro ſectóque elephánto ferri ad naves: ſtipátque ingens argéntum carínis, Dodonæóſque lebétas, Loricam conſértam hamis, trilicémque auro: et conum imſignis gáleæ, comantéſque criſtas, arma Neoptólemi: ſunt et ſua dona *Anchiſæ* parénti. Addit equos, additque duces. Supplet remigium: ſimul inſtruit ſócios armis. Intérea Anchíſes jubébat aptáre claſſem velis, ne qua mora fieret vento ferénti *nos*. Quem intérpres Phœbi compéllat multo honóre ſic: Anchíſa, dignáte ſupérbo conjúgio Véneris, cura Deórum, bis erépte Pergámeis ruínis:

(a) *Synecdoche.*

Ecce

Ecce tibi Auſoniæ tellus: hanc arripe velis. *l*
Et tamen hanc pelago præterlabare neceſſe eſt. *l*
Auſoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo. *p*
Vade, ait, ô felix nati pietate: quid ultra *n*
Provehor, et fando ſurgentes demoror Auſtros? *m*
Nec minus Andromache, digreſſu mœſta ſupremo, *l*
Fert picturatas auri ſubtemine veſtes, *a*
Et Phrygiam Aſcanio chlamydem: nec cedit honori: *k*
Textilibuſque onerat donis, ac talia fatur: *l*
Accipe et hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum *i*
Sint, puer, et longum Andromachæ teſtentur amorem, *p*
Conjugis Hectoreæ. Cape dona extrema tuorum, *k*
O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. *i*
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat: *p*
Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo. *a*
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis: *k*
Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta *p*
Jam ſua: nos alia ex aliis in fata vocamur. *k*
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum, *b*
Arva neque Auſoniæ ſemper cedentia retro *l*
Quærenda: effigiem Xanthi, Trojamque videtis, *f*
Quam veſtræ fecere manus, melioribus, opto, *c*
Auſpiciis, et quæ fuerit minus obvia Graiis. *o*

ORDO.

ecce tibi tellus Auſóniæ: árripe hanc velis. Et tamen eſt necéſſe *ut* præter labáre hanc pélago. Illa pars Auſóniæ, quam Apóllo pandit, *eſt* procùl. Ait, vade ô ſelix pietáte nati: quìd próvehor ultra, et démoror ſurgéntes Auſtros fando? Nec minùs Andrómache, mœſta ſuprémo digréſſu, fert veſtes picturátas ſubtémine auri, et Phrygiam chlámydem Aſcánio: nec cedit *ejus* honóri: onerátque *eum* textílibus donis, ac fatur tália: áccipe et hæc, puer, quæ ſint monuménta meárum mánuum tibi, et teſténtur longum amórem Andrómachæ, Hectóreæ cónjugis. Cape extréma dona tuórum, ô ſola imágo mei Aſtyanáctis *quæ* ſuper-*eſt* mihi. Ille ferébat óculos ſic, manus ſic, ora ſic: et nunc pubéſceret æquáli ævo tecum. Ego digrédiens affábar hos lácrymis obórtis: vívite felices, quibus jam ſua fortúna eſt perácta: nos vocámur ex áliis *fatis* inália fata. Quies *eſt* parta vobis, nullum æquor maris eſt arándum *vobis*, neque arva Auſóniæ quærénda ſemper cedéntia retro: vidétis effigiem Xanthi, Trojámque, quam veſtræ manus fecére melióribus auſpíciis, *ut* opto, et quæ fúerit minùs óbvia Gráiis.

Si

Si quando Tybrim vicinaque Tybridis arva b
Intrâro, gentique meæ data mœnia cernam: c
Cognataſque urbes olim, populoſque propinquos b
Epiro, Heſperiâ, quibus idem Dardanus auctor, e
Atque idem caſus, unam faciemus utramque b
Trojam animis: maneat noſtros ea cura nepotes. q
Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta: q
Unde iter Italiam, curſuſque breviſſimus undis. q
Sol (a) ruit interea, et montes umbrantur opaci. l
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, p
Sortiti remos, paſſimque in littore ſicco a
Corpora curamus; feſſos ſopor (a) irrigat artus. n
Necdum orbem medium nox horis acta ſubibat: f
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, et omnes b
Explorat ventos, atque auribus aëra (a) captat. b
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo, k
Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones, d
Armatumque auro circumſpicit Oriona. * b
Poſtquam cuncta videt cœlo conſtare ſereno, f
Dat clarum è puppi ſignum: nos caſtra movemus, a
Tentamuſque viam, et velorum pandimus alas. f
Jamque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis: m

ORDO.

Si quando intrávero Tybrim vicináque arva Tybridis, cernámque mœnia data meæ genti: faciémus urbéſque olim cognátas, propinquóſque pópulos *ex* Epiro, *et ex* Heſpériâ, quibus idem Dardánus *fuit* auctor, atque *fuit* idem caſus, *inquam*, faciémus utrámque Trojam unam ánimis: ea cura máneat noſtros nepótes. Provéhimur pélago juxta vicina Ceráunia: unde iter, curſúique *eſt* breviſſimus undis *in* Itáliam. Intérea ſol ruit, et opáci montes umbrántur. Stérnimur grémio optátæ tellúris ad undam, ſortíti remos, paſſímque in ſicco littore curámus córpora; ſopor írrigat feſſos artus. Necdum nox acta horis ſubíbat médium orbem: Palinúrus haud ſegnis ſurgit ſtrato, et explórat omnes ventos, atque captat áëra aúribus. Notat cuncta ſídera labéntia tácito cœlo, Arctúrum, pluviáſque Hyadas, geminóſque Triónes, circumſpicítque Orióna armátum auro. Poſtquam videt cuncta conſtáre ſeréno cœlo, dat clarum ſignum è puppi: nos movémus caſtra, tentamúſque viam, et pándimus alas velorum. Jamque Auróra rubeſcébat, ſtellis fugátis:

(a) *Metaphora.*

Cum

Cum procul obſcuros colles, humilemque videmus *n*
Italiam. Italiam primus conclamat Achates; *l*
Italiam læto ſocii clamore ſalutant. *p*
Tum pater Anchiſes magnum cratera coronâ *m*
Induit, implevitque mero: Divoſque vocavit, *p*
Stans celſa in puppi: *a*
Dî, maris et terræ tempeſtatumque potentes, *m*
Ferte viam vento facilem, et ſpirate ſecundi. *p*
Crebreſcunt optatæ auræ: portuſque pateſcit *a*
Jam propior, templumque apparet in arce Minervæ. *n*
Vela legunt ſocii, et proras ad littora torquent. *l*
Portus ab Eoo fluctu curvatur in arcum, *m*
Objectæ falsâ ſpumant aſpergine cautes; *a*
Ipſe latet: gemino demittunt (a) brachia muro *l*
(a) Turriti ſcopuli, refugitque à littore templum. *e*
Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi *p*
(a) Tondentes campum late, candore nivali. *a*
Et pater Anchiſes: bellum, ô terra hoſpita, portas. *m*
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur. *f*
Sed tamen îdem olim (b) curru ſuccedere ſueti *n*
Quadrupedes, et fræna jugo concordia ferre: *p*
Spes eſt pacis, ait. Tum numina ſancta precamur *h*

ORDO.

cùm vidémus procul obſcúros colles, humilémque Itáliam. Achátes primus conclámat Itáliam; ſócii ſalútant Itáliam læto clamóre. Tum pater Anchíſes induit magnum cratéra corónâ, implevítque *eum* mero: ſtanſque in celsâ puppi vocávit Divos *ſic:* Dii, poténtes maris, et terræ, tempeſtatúmque, ferte viam fácilem vento, et ſecúndi ſpiráte. Optátæ auræ crebréſcunt: portúſque jam própior patéſcit, templúmque Minérvæ appáret in arce. Sócii legunt vela, et torquent proras ad littora. Portus curvátur ab Eóo fluctu in arcum, objéctæ cautes ſpumant ſalsâ aſpérgine; *portus* ipſe latet: turriti ſcópuli demittunt bráchia gémino muro, templúmque réfugit à littore. Hìc vidi quátuor equos in grámine, primum omen, tondéntes campum latè, niváli candóre. Et pater Anchíſes *ait:* ô hóſpita terra portas bellum. Equi armántur bello: hæc arménta minántur bellum. Sed tamen iidem quadrupédes olim *ſunt* ſueti ſuccédere cúrrui, et ferre fræna concórdia jugo: ait, eſt ſpes pacis. Tunc precámur ſancta númina armíſonæ Pálladis,

(a) *Metaphora.* (b) *Apocope.*

Palladis armiſonæ, quæ prima accepit ovantes : *l*
Et capite ante aras Phrygio velamur amictu : *p*
Præceptiſque Heleni, dederat quæ maxima, rite *e*
Junoni Argivæ juſſos adolemus honores. *b*
Haud mora, continuo perfectis ordine votis, *l*
Cornua velatarum obvertimus antennarum : * *n*
Grajugenûmque domos, ſuſpectaque linquimus arva. *q*
Hinc ſinus Herculei, ſi vera eſt fama, Tarenti *l*
Cernitur, attollit ſe (a) Diva Lacinia contra, *n*
Cauloniſque arces, et navifragum Scylacæum. *b*
Tum procul è (a) fluctu Trinacria cernitur Ætna : *n*
Et gemitum ingentem pelagi, pulſataque ſaxa *p*
Audimus longe, fractaſque ad littora voces : *a*
Exſultantque vada, atque æſtu miſcentur arenæ. *f*
Et pater Anchiſes : nimirum hæc illa Charybdis : *m*
Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat. *q*
Eripite, ô ſocii, pariterque inſurgite remis. *k*
Haud minus ac juſſi faciunt : primuſque rudentem *p*
Contorſit lævas proram Palinurus ad undas : *b*
Lævam cuncta cohors remis ventiſque petivit. *f*
(b) Tollimur in cœlum curvato gurgite, et (c) îdem *m*
Subductâ ad Manes imos deſcendimus undâ. *a*

O R D O.

quæ prima accépit *nos* ovántes : et velámur *quoad* cápita Phrygio amictu ante aras : præceptíſque Héleni, quæ déderat máxima, ritè adolémus juſſos honóres Argívæ Junóni. Haud *eſt* mora, votis perféctis continuo ordine, obvértimus córnua velatárum antennárum : línquimus domóſque Grajugenárum, ſuſpectáque arva. Hinc ſinus Hercúlei Taréntí cérnitur, ſi fama eſt vera, Lacínia Dea, *i. e. ejus templum* attóllit ſe contra, arcéſque Caulónis, et navífragum Scylacæum. Tum procùl è fluctu Trinácria Ætna cérnitur : et audímus longè ingéntem gémitum pélagi, ſaxáque pulſáta, vocéſque fractas ad líttora : vadáque exſúltant, atque arénæ miſcéntur æſtu. Et pater Anchíſes *ait :* nimírum hæc *eſt* illa Charybdis : Hélenus canébat hos ſcópulos, hæc horrénda ſaxa. O ſócii eripite *vos hinc*, paritérque inſúrgite remis. Fáciunt haud minus ac *fuérunt* juſſi : Palinurúſque primus contórſit rudéntem proram ad lævas undas : cuncta cohors petívit lævam *partem* remis ventíſque. Tóllimur in cœlum curváto gúrgite, et iidem deſcéndimus ad imos Manes undâ ſubdúctâ.

(a) *Metonymia.* (b) *Hyperbole.* (c) *Aphæreſis.*

Ter

Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere; *n*
Ter ſpumam eliſam et rorantia vidimus aſtra. *b*
Interea feſſos ventus cum ſole reliquit: *m*
Ignarique viæ, Cyclopum allabimur oris. *f*
Portus ab acceſſu ventorum immotus, et ingens *m*
Ipſe; ſed horrificis juxta (a) tonat Ætna ruinis, *q*
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem, *b*
Turbine fumantem piceo et candente favilla: *p*
Attollitque globos flammarum, et (b) ſidera lambit: *f*
Interdum ſcopulos avulſaque (a) viſcera montis *h*
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras *o*
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo. *l*
Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus *f*
Urgeri mole hac, ingentemque inſuper Ætnam *a*
Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis: *m*
Et, feſſum quoties mutat latus, intremere omnem *h*
Murmure Trinacriam, et cœlum ſubtexere fumo. *l*
Noctem illam tecti ſylvis immania monſtra *a*
Perferimus: nec, quæ ſonitum det cauſa, videmus. *p*
Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthrâ *m*
Sidereâ polus; obſcuro ſed nubila cœlo, *l*
Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat. *a*

ORDO.

Ter ſcópuli dedére clamórem inter cava ſaxa; ter vídimus ſpumam eliſam, et aſtra rorántia. Intérea ventus cum ſole relíquit *nos* ſeſſos: ignaríque viæ, allábimur oris Cyclópum. Portus *eſt* immótus ab acceſſu ventórum, et ipſe ingens; ſed juxtà Ætna tonat horríficis ruínis, interdúmque prorúmpit atram nubem ad æthera, fumántem píceo túrbine, et candénte favíllâ: attollítque globos flammárum, et lambit ſidera: intérdum érigit erúctans ſcópulos, avulſáque viſcera montis, glomerátque liquefácta ſaxa ſub auras cum gémitu, exæſtuátque imo fundo. Fama eſt, corpus Encéladi ſemúſtum fúlmine, urgéri hâc mole, ingentémque Ætnam impóſitam ínſuper exſpiráre flammam ruptis camínis: et quóties *Encéladus* mutat feſſum latus, omnem Trinácriam intrémere múrmure, et ſubtéxere cœlum fumo. *Per* illam noctem *nos*, tecti ſylvis, perférimus immánia monſtra: nec vidémus, quæ cauſa det ſónitum. Nam neque erant ignes aſtrórum, nec polus lúcidus ſidéreâ æthrâ; ſed núbila obſcúro cœlo, et intempéſta nox tenébat Lunam in nimbo.

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbole.*

Poſtera jamque dies primo ſurgebat Eoo, *l*
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram: *g*
Cum ſubito è ſylvis, macie confecta ſupremâ, *p*
Ignota nova forma viri, miſerandaque cultu, *d*
Procedit, ſupplexque manus ad littora tendit. *g*
Reſpicimus: dira illuvies, immiſſaque barba, *p*
Conſertum tegmen ſpinis; (a) at cætera Graius, *a*
Et quondam patriis ad Trojam miſſus in armis. *f*
Iſque ubi Dardanios habitus et Troïa vidit *k*
Arma procul; paulum aſpectu conterritus hæſit, *m*
Continuitque gradum: mox ſeſe ad littora præceps *l*
Cum fletu precibuſque tulit. Per ſidera teſtor, *e*
Per ſuperos, atque hoc cœli ſpirabile lumen: *m*
Tollite me, Teucri; quaſcumque abducite terras. *m*
Hoc ſat erit. Scio me Danais è claſſibus unum, *k*
Et bello Iliacos fateor petiiſſe Penates. *d*
Pro quo, ſi ſceleris tanta eſt injuria noſtri, *f*
Spargite me in fluctus, vaſtoque immergite ponto. *m*
Si pereo manibus hominum, periiſſe juvabit. *i*
Dixerat: et genua amplexus, genibuſque volutans *q*
Hærebat. Qui ſit, fari, quo ſanguine cretus, *a*
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri. *g*

O R D O.

Jamque póſtera dies ſurgébat primo Eóo, Auroráque dimóverat humémtem umbram polo: cùm ſúbitò è ſylvis, nova forma viri, confécta ſupremâ mácie, ignóta, miſerandáque cultu, procédit, ſuppléxque tendit manus ad littora. Reſpícimus *eum:* illúvies *erat* dira, barbáque immíſſa, et tegmen conſértum ſpinis; at Gráius *quoad* cætera, et quondam miſſus in pátriis armis ad Trojam. Iſque, ubi vidit procùl *noſtros* Dardánios hábitus, et Troïa arma; contérritus aſpéctu hæſit paulùm, continuítque gradum: mox præceps tulit ſeſe ad littora cum fletu precibúſque. *Aítque:* teſtor *vos* per ſídera, per ſúperos, atque hoc ſpirábile lumen cœli; Teucri, tóllite me, abdúcite *me in* quaſcúmque terras. Hoc erit ſat. Scio me *eſſe* unum è Dánais cláſſibus, et fáteor *me* petiviſſe Iliacos Penátes bello. Pro quo, ſi injúria noſtri ſcéleris eſt tanta, ſpárgite me in fluctus, immergitéque *me* vaſto ponto. Si péreo mánibus hóminum, juvábit periviſſe. Dixerat; et ampléxus *noſtra* génua, volutánſque génibus, hærébat. Hortámur *eum* fari, qui ſit, quo ſánguine cretus: deinde fatéri, quæ fortúna ágitet *eum*.

(a) *Helleniſmus*,

Ipſe

Ipſe pater dextram Anchiſes, haud (a) multa moratus, *m*
Dat juveni, atque animum præſenti pignore firmat. *l*
Ille hæc, depoſitâ tandem formidine, fatur: *f*
Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulyſſei, *k*
Nomen Achemenides: Trojam genitore Adamaſto *q*
Paupere (manſiſſetque utinam fortuna!) profectus. *p*
Hic me, dum trepidi crudelia (b) limina linquunt, *b*
Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro *l*
Deſeruere. Domus ſanie (c) dapibuſque cruentis, *i*
Intus opaca, ingens: ipſe arduus, (d) altaque pulſat *n*
Sidera: (Dî, talem terris avertite peſtem) *m*
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli. *f*
Viſceribus miſerorum, et ſanguine veſcitur atro. *q*
Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro, *k*
Prenſa manu magnâ, medio reſupinus in antro *o*
Frangeret ad ſaxum, ſanieque aſperſa natarent *p*
Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo *n*
Manderet, et tepidi tremerent ſub dentibus artus. *k*
Haud impune quidem, nec talia paſſus Ulyſſes, *b*
Oblituſve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. *e*
Nam ſimul expletus dapibus vinoque ſepultus *p*
Cervicem inflexam poſuit, jacuitque per antrum *c*

ORDO.

Pater Anchíſes ipſe, haud morátus multa, *i. e. multum*, dat dextram júveni, atque firmat *ejus* ánimum *hoc* præſénti pignore. Ille fatur hæc, formídine tandem depóſitâ: ſum ex Ithacâ pátriâ, comes infelícis Ulyſſei, Acheménides *eſt meum* nomen: profectus Trojam, genitóre Adamáſto paúpere, (utinámque *illa* fortúna manſíſſet *mihi!*) Hìc ſócii, dum trépidi linquunt crudélia limina, immémores, deſeruére me in vaſto antro Cyclópis. *Ejus* domus *eſt plena* ſánie, cruentíſque dápibus, intus opáca, ingens: ipſe *eſt* árduus, pulſátque alta ſídera: (Dii, avértite talem peſtem terris!) nec *eſt* fácilis viſu, nec affábilis dictu ulli. Véſcitur viſcéribus miſerórum, et atro ſánguine. Egomet vidi, cùm *ille* in médio antro, reſupínus frángeret ad ſaxum duo córpora de noſtro número, prenſa magnâ manu, liminâque aſpérſa ſánie natárent: vidi, cùm mánderet *eórum* membra fluéntia atro tabo, et tépidi artus trémerent ſub *ejus* déntibus. Haud impúnè quidem, nec Ulyſſes *eſt* paſſus tália, Ithacúſque *dux* eſt oblítus ſui tanto diſcrímine. Nam ſimul *atque Cyclops* explétus dápibus, ſepultúſque vino, póſuit infléxam cervicem, immenſúſque jácuit per antrum,

(a) *Antimeria.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.* (d) *Hyperbole.*

Immenſus,

Immenſus, ſaniem eructans, ac fruſta cruento *f*
Per ſomnum commixta mero; nos, magna precati *g*
Numina, ſortitique vices, unà undique circum *p*
(a) Fundimur, et telo (b) lumen terebramus acuto *n*
Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat, *a*
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar: *l*
Et tandem læti ſociorum ulciſcimur umbras. *g*
Sed fugite, ô miſeri, fugite, atque ab littore funem *k*
Rumpite. *i*
Nam qualis quantuſque cavo Polyphemus in antro *c*
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera preſſat; *p*
Centum alii curva hæc habitant ad littora vulgo *p*
Infandi Cyclopes, et altis montibus errant. *g*
Tertia jam Lunæ ſe cornua lumine complent, *n*
Cum vitam in ſylvis, inter deſerta ferarum *a*
Luſtra domoſque (a) traho, vaſtoſque ab rupe Cyclopas *l*
Proſpicio, ſonitumque pedum vocemque tremiſco. *k*
Victum infelicem, baccas, lapidoſaque corna *b*
Dant rami, et vulſis paſcunt radicibus herbæ. *a*
Omnia colluſtrans, hanc primum ad littora claſſem *m*
Conſpexi venientem: huic me, quæcumque fuiſſet, *f*
Addixi: ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam. *f*

ORDO.

erúctans ſániem, ac fruſta commixta cruénto mero per ſomnum: nos, precáti magna númina, ſortitíque vices, fúndimur circum *eum* unà úndique, et terebrámus *ejus* ingens lumen acúto telo, quod *lumen* ſolum latébat ſub torvâ fronte, inſtar Argólici clypei aut Phœbéæ lámpadis: et tandem læti ulcíſcimur umbras ſociórum. Sed ô míſeri, fúgite, fúgite, atque rúmpite funem ab líttore. Nam qualis quantúque Polyphémus claudit lanígeras pécudes in cavo antro, atque preſſat úbera; centum álii infandi Cyclópes vulgò hábitant ad hæc curva líttora, et errant altis móntibus. Jam tértia córnua Lunæ complent ſe lúmine, cùm traho vitam in ſylvis, inter deſérta luſtra domóſque ferárum, proſpicióque vaſtos Cyclópas ab rupe, tremiſcóque ſónitum pedum vocémque. Rami dant infelícem victum, baccas, lapidoſáque corna, et herbæ paſcunt *me* vulſis radícibus. Collúſtrans ómnia, primùm conſpéxi hanc *veſtram* claſſem veniéntem ad líttora: addíxi me huic, quæcúmque fuíſſet: eſt ſatis effugíſſe nefándam gentem.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Vos

Vos animam hanc potius quocumque abſumite leto. *l*
Vix ea fatus erat, ſummo cum monte videmus *l*
Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole moventem *f*
Paſtorem Polyphemum, et littora nota petentem: *b*
Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. *a*
Trunca manum pinus regit, et veſtigia firmat. *p*
Lanigeræ comitantur oves, ea ſola voluptas, *i*
Solamenque mali: de collo fiſtula pendet. *f*
Poſtquam altos tetigit fluctus, et ad æquora venit; *f*
(a) Luminis effoſſi fluidum lavit inde cruorem: *o*
Dentibus infrendens gemitu: graditurque per æquor *e*
Jam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit. *n*
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto *i*
Supplice, ſic merito, tacitique incidere funem: *k*
(b) Verrimus et proni certantibus æquora remis. *n*
Senſit, et ad ſonitum vocis veſtigia torſit: *l*
Verum ubi nulla datur dextram affectare poteſtas, *l*
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo, *l*
Clamorem immenſum tollit, quo pontus et omnes *a*
Intremuere undæ, penituſque exterrita tellus *p*
Italiæ, curviſque immugiit Ætna cavernis. *u*

ORDO.

Vos pótiùs abſúmite hanc *meam* ánimam quocúmque leto. Vix erat fatus ea, cùm vidémus in ſummo monte Polyphémum paſtorem ipſum, movéntem ſe vaſtâ mole inter pécudes, et peténtem nota líttora: monſtrum horréndum, infórme, ingens, cui lumen *eſt* adémptum. Trunca pinus regit *ejus* manum, et firmat veſtígia. Lanigeræ oves comitántur *eum*, ea *eſt* ſola volúptas *illi*, ſolaménque mali: fiſtula pendet de collo. Poſtquam tétigit altos fluctus, et venit ad æquora; lavit fluídum cruórem effóſſi lúminis inde: infréndens déntibus gémitu: jamque gráditur per médium æquor, necdum fluctus tinxit ejus árdua látera. Nos trépidi *cæpimus* celeráre fugam procùl inde, recépto ſúpplice *Acheménide*, ſic mérito, tacitíque incídere funem: et proni *tranſtris* vérrimus æquora certántibus remis. *Polyphemus* ſenſit *hoc*, et torſit veſtigia ad ſónitum vocis: verùm ubi nulla poteſtas datur affectáre dextram, nec *eſt* potis æquáre Iónios fluctus ſequéndo, tollit imménſum clamórem, quo pontus et ómnes undæ intremuére, tellúſque Itáliæ *eſt* extérrita pénitus, Ætnáque immugívit curvis cavérnis.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

At

At genus è ſylvis Cyclopum et montibus altis *m*
Excitum ruit ad portus, et littora complent. *f*
Cernimus aſtantes nequicquam (a) lumine torvo *m*
Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes, *b*
Concilium horrendum: quales cum vertice celſo . *m*
Aëriæ quercus aut coniferæ cypariſſi *n*
Conſtiterunt, ſylva alta Jovis, lucuſve Dianæ. *p*
Præcipites metus acer agit quocumque rudentes *k*
Excutere, et ventis intendere vela ſecundis. *n*
Contrà juſſa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim *e*
Inter utramque viam, leti diſcrimine parvo, *l*
Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro. *n*
Ecce autem Boreas anguſta à ſede Pelori *f*
Miſſus adeſt: vivo prætervehor oſtia ſaxo *n*
Pantagiæ, Megaroſque ſinus, Tapſumque jacentem. *k*
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum *p*
Littora Achemenides, comes infelicis Ulyſſei. *k*
Sicanio prætenta (b) ſinu jacet inſula contra *o*
Plemmyrium undoſum: nomen dixere priores *m*
Ortygiam. Alpheum fama eſt huc, Elidis amnem, *m*
Occultas egiſſe vias ſubter mare; qui nunc *g*
Ore, Arethuſa, tuo Siculis confunditur undis. *k*

ORDO.

At genus Cyclópum, excítum è ſylvis, et altis móntibus, ruit ad portus, et complent líttora. Cérnimus Ætnæos fratres aſtántes nequícquam torvo lúmine, feréntes alta cápita cœlo, horréndum concílium: quales cùm aëriæ quercus, aut corníferæ cypariſſi conſtiterunt celſo vértice, alta ſylva Jovis, lucúſve Diánæ. Acer metus agit ſócios præcípites excútere rudéntes quocúmque, et inténdere vela ſecúndis ventis. Contrà juſſa Héleni monent, ni téneant curſus inter urámque viam, *nempe* Scyllam atque Charybdim, parvo diſcrímine leti: eſt certum dare líntea retrò. Autem ecce Bóreas, miſſus ab angúſtâ ſede Pelóri, adeſt: prætérvehor óſtia Pantágiæ vivo ſaxo, Megaróſque ſinus, Tapſúmque jacéntem. Acheménides, comes infelícis Ulyſſei, monſtrábat tália *nobis*, rélegens líttora erráta retrórſum. Inſula jacet præténta Sicánio ſínui contra undóſum Plemmyrium: prióres dixére nomen Ortygiam. Fama eſt, Alpheum, amnem Elidis, egíſſe occúltas vias huc ſubter mare; qui *flúvius* nunc *éxiens* tuo ore, Arethúſa, confúnditur Sículis undis.

(a) *Metonymia.* (b) *Apocope.*

Juſſi

Juſſi numina magna loci veneramur: et inde *d*
Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori. *p*
Hinc altas cautes projectaque ſaxa Pachyni *b*
(a) Radimus, et fatis numquam conceſſa moveri *m*
Apparet Camarina procul, campique Geloi, *e*
Immaniſque Gela, fluvii cognomine dicta, *e*
Arduus inde Agragas oſtentat maxima longe *l*
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum. *q*
Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinus: *m*
Et vada dura lego ſaxis Lilybeïa (a) cæcis. *q*
Hinc Drepani me portus et illætabilis ora *p*
Accipit. Hic, pelagi tot tempeſtatibus actus, *l*
Heu! genitorem, omnis curæ caſuſque levamen, *m*
Amitto Anchiſen: hic me, pater optime, feſſum *b*
Deſeris, heu! tantis nequicquam erepte peric'lis. *m*
Nec vates Helenus cum multa horrenda moneret, *f*
Hos mihi prædixit luctus; non dira Celæno. *m*
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. *m*
Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris. *b*
Sic pater Æneas, intentis omnibus unus, *m*
Fata renarrabat Divûm, curſuſque docebat: *m*
Conticuit tandem, factoque hìc fine quievit. *m*

ORDO.

Nos ſicut juſſi venerámur magna númina loci: et inde exſúpero præpíngue ſolum ſtagnántis Helóri. Hinc rádimus altas cautes, projectáque ſaxa Pachyni, et Camarína appáret procùl numquam concéſſa *à* fatis movéri, Geloíque campi, immaníſque Gela, dicta cognómine flúvii, inde árduus Agragas, quondam generátor magnanimórum equórum, oſténtat máxima mœnia longè. Ventíſque datis, linquo te, palmóſa Sélinus: et lego dura Lilybéia vada cæcis ſaxis. Hinc portus Drépani, et illætábilis ora áccipit me. Hìc actus tot tempeſtátibus pélagi, heu! amítto Anchíſen genitórem, levámen omnis *meæ* curæ casûſque: hìc, déleris *me* feſſum, óptime pater, heu, nequícquam erépte tantis periculis. Nec vates Hélenus, cùm monéret multa horrénda, prædíxit hos luctus mihi; non dira Celæno *cécinit*. Hic *eſt* extrémus labor, hæc *eſt* meta longárum viárum. Deus áppuiit me digréſſum hinc veſtris oris. Sic pater Ænéas, unus, ómnibus inténtis, renarrábat fata Divórum, docebátque *ſuos* curſus: tandem conticuit, quievítque fine facto hìc.

(a) *Metaphora.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER IV.

AT regina (a) gravi jamdudum (a) ſaucia cura, *f*
Vulnus alit venis, et cæco carpitur igni. *m*
Multa viri virtus animo, multuſque recurſat *p*
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus, *m*
Verbaque: nec placidam membris dat cura quietem. *l*
Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras, *m*
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram; *g*
Cum ſic unanimem alloquitur maleſana ſororem: *d*
Anna ſoror, quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent? *m*
Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? *m*
Quem ſeſe (b) ore ferens! quam forti pectore et armis! *f*
Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe Deorum. *o*
Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille *i*

ORDO.

At *Dido* regina, jamdúdum ſáucia gravi curâ, alit vulnus venis, et cárpitur cæco igni. Multa virtus viri *Æneæ*, multúſque honos gentis recúrſat *ejus* ánimo: vultus *Trojáni principis* hærent infixi péctore, verbáque: nec cura dat plácidam quiétem membris. Póſtera Auróra luſtrábat terras Phœbéâ lámpade, dimoverátque huméntem umbram polo; cùm *regína* maleſána allóquitur unánimem ſorórem ſic: Anna ſoror, quæ inſómnia terrent me ſuſpénſam? quis hic novus hoſpes ſuccéſſit noſtris ſédibus? quem ferens ſeſe ore! quàm forti péctore et armis! Credo équidem *eum* eſſe genus Deórum, nec *eſt* fides vana. Timor árguit degéneres ánimos. Heu, quibus fatis ille *eſt* jactátus!

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.*

Jactatus

Jactatus fatis! quæ bella exhausta canebat! *a*
Si mihi non animo fixum immotumque sederet, *l*
Ne cui me vinc'lo vellem sociare jugali, *b*
Postquam primus amor deceptam morte fefellit; *f*
Si non pertæsum (a) thalami (a) tædæque fuisset; *g*
Huic uni forsan potui succumbere culpæ. *g*
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sichæi *k*
Conjugis, et sparsos fraterna cæde Penates; *m*
Solus (b) inflexit sensus, animumque (b) labantem *b*
Impulit: agnosco veteris vestigia (b) flammæ. *p*
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat; *n*
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, *k*
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam, *g*
(c) Ante pudor (c) quam te violo, aut tua ura resolvo. *o*
Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores *n*
Abstulit: ille habeat secum, servetque sepulcro. *l*
Sic effata, sinum lacrymis implevit obortis. *e*
Anna refert: O luce magis dilecta sorori, *p*
Solane perpetua mœrens (b) carpêre juventa? *l*
Nec dulces natos, Veneris nec præmia nôris? *g*
Id cinerem, aut Manes credis curare sepultos? *m*
Esto: ægram nulli quondam flexere mariti; *a*

ORDO.

quæ exháusta bella canébat! Si *propósitum* non sedéret fixum immotúmque mihi ánimo, ne vellem sociáre me cui jugáli vínculo, postquam primus amor seléllit me decéptam morte *Sichæi*; si non fuíllet pertæsum *me* thálami tædæque; forsan pótui succúmbere huic uni culpæ. Anna, enim fatébor, post fata míseri Sichæi cónjugis, et *post* Penátes sparsos fratérnâ cæde; hic *princeps* solus infléxit *meos* sensus, impulítque labántem ánimum: agnósco vestigia véteris flammæ. Sed optem *ut* priùs vel ima tellus dehíscat mihi, vel omnípotens pater *Júpiter* adigat me fúlmine ad umbras, palléntes umbras Erebi, profundámque noctem, ántequam vìolo te, *ó* pudor, aut resólvo tua jura. Ille, qui primus junxit me sibi, ábstulit meos amóres: ille hábeat *eos* secum, servétque *eos* sepúlchro. Effáta sic, implévit sinum lácrymis obórtis. Anna refert: O magis dilécta *mihi* soróri luce *ipsâ*, soláne mœrens carpére perpétuâ, *i. e. totâ* juventâ? nóveris nec dulces natos, nec præmia Véneris? credis cíneres, aut sepúltos Manes *Sichæi* curáre id? ello: *ut* nulli maríti quondam flexére *te* ægram;

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Tmesis.*

Non Libyæ, non antè Tyro: deſpectus Iarbas, p
Ductoreſque alii, quos Africa terra triumphis h
Dives alit: placitone etiam (a) pugnabis amori? k
Nec venit in mentem quorum conſederis arvis? m
Hinc Getulæ urbes, genus inſuperabile bello, c
Et Numidæ infræni cingunt, et inhoſpita Syrtis: n
Hinc deſerta ſiti regio, lateque furentes e
Barcæi. Quid bella Tyro ſurgentia dicam, g
Germanique minas? d
Dîs equidem auſpicibus reor, et Junone ſecundâ, k
Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe (b) carinas. h
Quam tu urbem, ſoror, hanc cernes! quæ ſurgere regna f
Conjugio tali! Teucrûm comitantibus armis, n
Punica ſe quantis attollet gloria rebus! m
Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſque litatis, k
Indulge hoſpitio, cauſaſque innecte morandi: f
Dum pelago deſævit (c) hyems, et aquoſus Orion; o
Quaſſatæque rates, et non tractabile (c) cœlum. f
His dictis incenſum animum inflammavit amore, g
Spemque dedit dubiæ menti, (a) ſolvitque pudorem. l
Principio delubra adeunt, pacemque per aras p
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes a

ORDO.

non Libyæ, non Tyro antè: *ut* Iarbas *eſt* deſpéctus, aliique ductóres, quos Africa, terra dives triúmphis, alit: etiámne pugnábis plácito amóri? nec venit in mentem quorum arvis conſéderis? Hinc Gétulæ urbes, genus *hóminum* inſuperábile bello, et infræni Númidæ, et inhóſpita Syrtis cingunt *nos:* hinc régio deſérta ſiti, Barcæíque furéntes latè *cingunt.* Quid dicam bella ſurgéntia *à* Tyro, mináſque Germáni *Pygmalióni?* Equidem reor, Iliácas carínas tenuíſſe curſum vento huc, Diis auſpícibus, et Junóne ſecúndâ? quam urbem tu cernes hanc! quæ regna *vidébis* súrgere tali conjúgio! quantis rebus Púnica glória attóllet ſe, armis Teucrórum comitántibus! Tu modò poſce Deos véniam, ſacríſque litátis, indúlge hoſpítio, innectéque cauſas morándi *Trojános:* dum hyems et aquótus Orion deſævit pélago; ratéſque *ſunt* quaſſátæ, et cœlum non tractábile. His dictis *Anna* inflammávit incénſum ánimum *ſoróris* amóre, deditque ſpem dúbiæ menti, ſolvítque pudórem. Principio ádeunt delúbra, exquirúntque pacem per aras: mactant de more lectas bidéntes legíferæ Cereri,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Legiferæ

Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo: q
Junoni ante omnes, cui vinc'la jugalia curæ. b
Ipſa tenens dextrâ pateram pulcherrima Dido, p
Candentis vaccæ media inter cornua fundit: g
Aut ante (a) ora Deûm pingues ſpatiatur ad aras, b
(b) Inſtauratque diem donis, pecudumque recluſis b
Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta. q
Heu, vatum ignaræ mentes! quid vota furentem, a
Quid delubra juvant? eſt mollis flamma medullas f
Interea, et tacitum (b) vivit ſub pectore vulnus. l
Uritur infelix Dido, totâque vagatur m
Urbe furens. Qualis conjecta cerva ſagittâ m
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit p
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum n
Neſcius; illa fugâ ſylvas ſaltuſque peragrat l
Dictæos: hæret lateri letalis arundo. g
Nunc media Æneam ſecum per mœnia ducit: m
Sidoniaſque oſtentat opes, urbemque paratam: p
Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit. p
Nunc eadem (b) labente die, convivia quærit: p
Iliacoſque iterum demens audire labores l
Expoſcit, pendetque iterum narrantis ab ore. g

ORDO.

Phœbóque, patríque Lyæo: Junóni ante omnes, cui jugália víncula *ſunt* curæ. Pulchérrima Dido ipſa, tenens páteram dextra, fundit *vinum* inter média córnua candéntis vaccæ: aut ſpatiátur ad pingues aras ante ora Deórum, inſtaurátque diem donis, inhiánſque reclúſis pectóribus pécudum, cónſulit ſpirántia exta. Heu, ignáræ mentes vatum! quid vota, quid delúbra juvant *ánimum* furéntem *amóre?* Intérea mollis flamma eſt medúllas, et tácitum vulnus vivit ſub péctore. Infélix Dido úritur, furénſque vagátur totâ urbe. Qualis cerva, ſagíttâ conjéctâ, quam, paſtor, agens telis, fixit procùl incáutam inter Créſſia némora, neſciúſque liquit volátile ferrum; illa *cerva* perágrat ſylvas Dictæóſque ſaltus fugâ: letális arúndo hæret *ejus* láteri. Nunc *Dido* ducit Ænéam ſecum per média mœnia: oſtentátque Sidónias opes, urbémque parátam: incipit effári, reſiſtítque in média voce. Nunc quærit éadem convívia, die labénte: deménſque expóſcit audire Ilíacos labóres íterum, pendétque íterum ab ore narrántis.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.*

Poſt,

Poſt, ubi digreſſi, lumenque obſcura viciſſim m
Luna premit, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos: o
Sola domo mœret vacuâ, ſtratiſque relictis p
Incubat: illum abſens abſentem auditque videtque: m
Aut gremio Aſcanium, genitoris imagine capta, i
Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem. n
Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma juventus a
Exercet, portuſve aut propugnacula bello a
Tuta parant: (a) pendent opera interrupta, (a) minæque p
Murorum ingentes, æquataque machina cœlo. b
Quam ſimul ac tali perſenſit (a) peſte teneri m
Cara Jovis conjux, nec famam obſtare (a) furori; m
Talibus aggreditur Venerem (b) Saturnia dictis: k
(b) Egregiam verò laudem et ſpolia ampla refertis, n
Tuque puerque tuus, magnum et memorabile nomen: q
Una dolo Divûm ſi fœmina victa duorum eſt. n
Nec me adeo fallit, veritam te mœnia noſtra, p
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ e
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto? l
Quin potius pacem æternam pactoſque (a) Hymenæos m
Exercemus? habes, totâ quod mente petîſti: f
(a) Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem. n

ORDO.

Pòſt, ubi *ſunt* digréſſi, obſcuráque Luna premit lumen viciſſim, cadentiáque ſidera ſuadent *inire* ſomnos: *regina* ſola mœret vácuâ domo, incubátque ſtratis relíctis *ab Æneâ*: *illa* abſens audítque vidétque illum abſéntem: aut capta imágine genitóris détinet *filium* Aſcánium grémio, ſi poſſit fállere infándum amórem. *Jam* turres cœptæ non aſſúrgunt, juvéntus non exércet arma, parántve portus aut tuta propugnácula bello: ópera pendent interrúpta, ingentéſque minæ murórum, machináque æquáta cœlo. Quam *reginam* ſimul ac *Juno* chara conjux Jovis perſénſit tenéri tali peſte, nec famam obſtáre furóri; *illa* Satúrnia aggréditur Vénerem tálibus dictis: verò tuque tuúſque puer *Cupido* refértis egrégiam laudem, et ampla ſpólia, magnum et memorábile nomen: ſi una fœmina eſt victa dolo duórum Divórum. Nec ádeò fallit me, te *eſſe* véritam noſtra mœnia, *te* habuíſſe domos altæ Cartháginis ſuſpéctas. Sed quis modus erit? aut quò nunc *téndimus* tanto certámine? Quin pótiùs exercémus ætérnam pacem, pactóſque Hymenæos? habes *id*, quod petiviſti totâ mente: amans Dido ardet, traxítque furórem per oſſa.

(a) *Metapiora.* (b) *Antonomaſia.*

Communem

Communem hunc ergo populum, paribuſque regamus c
Auſpiciis: liceat Phrygio ſervire marito, k
Dotaleſque tuæ Tyrios permittere dextræ. e
Olli (ſenſit enim ſimulatâ mente locutam, e
Quo regnum Italiæ Libycas averteret oras) e
Sic contra eſt ingreſſa Venus: Quis talia demens g
Abnuat, aut tecum malit contendere bello? m
Si modo, quod memoras, factum fortuna ſequatur. l
Sed fatis incerta feror: ſi Jupiter unam g
Eſſe velit Tyriis urbem, Trojaque profectis; l
Miſcerive probet populos, aut fœdera jungi. e
Tu conjux: tibi fas animum tentare precando. e
Perge, ſequar. Tum ſic excepit regia Juno: m
Mecum erit iſte labor: nunc quâ ratione, quod inſtat, q
Confieri poſſit, paucis, adverte, docebo. m
Venatum Æneas, unaque miſerrima Dido, b
In nemus ire parant: ubi primos craſtinus ortus k
Extulerit Titan, radiiſque retexerit orbem. o
His ego nigrantem commiſta grandine nimbum, m
Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt, m
Deſuper infundam, et tonitru cœlum omne ciebo. p
Diffugient comites, et nocte tegentur opacâ. q
Speluncam Dido, dux et Trojanus eandem a

ORDO.

Ergo regámus hunc pópulum commúnem *utríque*, paribúſque auſpiciis: liceat *Didónem* ſervíre Phrygio marító, permittereque dotáles Tyrios tuæ dextræ. Contrà Venus eſt ingréſſa ſic olli, (enim ſenſit *eam fuíſſe* locútam ſimulátâ mente, quò avérteret regnum Itáliæ *ad* Líbycas oras:) quis demens ábnuat tália, aut malit conténdere tecum bello? ſi modò fortúna ſequátur factum, quod mémoras. Sed feror incerta fatis: ſi Júpiter velit unam urbem eſſe Tyriis, profectíſque Trojâ; probétve pópulos miſcéri, aut fœdera jungi. Tu *es ejus* conjux: *eſt* fas tibi tentáre ánimum *Jovis* precándo. Perge, ſequar. Tum régia Juno excépit ſic: iſte labor erit mecum: nunc advérte, docébo paucis *verbis*, quâ ratióne *id* poſſit confieri, quod inſtat. Ænéas, unàque *cum eo* miſérrima Dido parant ire in nemus venátum: ubi cráſtinus Titan extúlerit primos ortus, retexerítque orbem rádiis. Dum alæ trépidant, *i. e. feſtínant*, cingúntque ſaltus indágine, ego déſuper infúndam his nigrántem nimbum grándine commíſtâ, et ciébo omne cœlum tónitru. Comites diffúgient, et tegéntur opácâ nocte. Dido et Trojánus dux devénient *in* eándem ſpelúncam:

Devenient:

Devenient: adero, et, tua ſi mihi certa voluntas, *i*
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo. *o*
Hic Hymenæus erit. Non adverſata, petenti *l*
Annuit, atque dolis riſit (a) Cytherea repertis. *q*
Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit. *l*
It portis (b) jubare exorto delecta juventus. *f*
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro, *l*
Maſſylique ruunt equites, et odora canum vis. *d*
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi *f*
Pœnorum exſpectant: oſtroque inſignis et auro *a*
Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumantia mandit. *p*
Tandem progreditur, magnâ ſtipante catervâ, *f*
Sidoniam picto chlamydem (c) circumdata limbo: *p*
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum, *m*
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. *l*
Necnon et Phrygii comites, et lætus Iülus, *e*
Incedunt: ipſe ante alios pulcherrimus omnes *g*
Infert ſe ſocium Æneas, atque agmina jungit. *f*
Qualis, ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta *p*
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo, *m*
Inſtauratque choros: mixtique altaria circum *f*
Creteſque Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi: *c*

ORDO.

ádero, et, ſi tua volúntas *eſt* certa mihi, jungam *eam* ſtábili connúbio, dicabóque *eam* própriam *Æneæ*. Hymenæus erit hìc. Cytherea *Venus*, non adverſáta, ánnuit *Junóni* petênti, atque riſit dolis repértis. Intérea Auróra ſurgens relíquit Océanum. Delécta juvéntus it portis, júbare exórto. Rara rétia, plagæ, venábula lato ferro, Maſſylique équites, et odóra vis canum ruunt. Primi Pœnórum exſpéctant regínam cunctántem thálamo ad límina: ſonipéſque *equus*, inſígnis oſtróque et auro, ſtat, ac ferox mandit ſpumántia fræna. Tandem *Dido* progréditur, magnâ catérvâ ſtipánte, circúmdata *circa* Sidóniam chlámydem picto limbo: cui *erat* pharétra ex auro, crines nodántur in aurum, *i. e. áurcum nodum*, aúrea fíbula ſubnéctit purpúream veſtem. Nec non et Phrygii cómites et lætus Iülus, incédunt: Ænéas ipſe, pulchérrimus ante álios omnes, infert ſe ſócium *iis*, atque jungit ágmina. Qualis, Apóllo, ubi déſerit hybérnam Lyciam, fluentáque Xanthi, ac inviſit matérnam Delum, inſtaurátque choros: mixtíque *pópuli* Cretéſque Dryopéſque pictíque Agathyrſi fremunt circum altária:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.* (c) *Helleniſmus.*

Ipſe

Ipſe jugis Cynthi graditur, mollique fluentem *p*
Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro: *m*
Tela ſonant humeris. Haud illo ſegnior ibat *l*
Æneas: tantum egregio decus enitet (a) ore. *c*
Poſtquam altos ventum in montes, atque invia luſtra: *a*
Ecce feræ (b) ſaxi dejectæ vertice capræ *m*
Decurrêre jugis: alia de parte patentes *e*
Tranſmittunt curſu campos atque agmina cervi *a*
Pulverulenta fugâ glomerant, monteſque relinquunt. *k*
At puer Aſcanius mediis in vallibus acri *k*
Gaudet equo: jamque hos curſu, jam præterit illos, *m*
Spumantemque dari pecora inter inertia votis *d*
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem. *n*
Interea magno miſceri murmure cœlum *m*
Incipit: inſequitur commiſta grandine nimbus. *l*
Et Tyrii comites paſſim, et Trojana juventus, *l*
Dardaniuſque nepos Veneris, diverſa per agros *k*
Tecta metu petiere: ruunt de montibus amnes. *k*
Speluncam Dido, dux et Trojanus eandem *a*
Deveniunt: prima et Tellus et pronuba Juno *m*
Dant ſignum: fulſere ignes et conſcius æther *a*
Connubii, ſummoque (c) ululârunt vertice nymphæ. *p*

ORDO.

Ipſe gráditur jugis Cynthi, fingénſque fluéntem crinem, premit *eum* molli fronde, atque implicat *eum* auro. Tela ſonant húmeris. Ænéas haud ſégnior illo ibat: tantum decus énitet egrégio ore. Poſtquam *eſt* ventum in altos montes, atque ínvia luſtra: ecce ſeræ capræ, dejéctæ vértice ſaxi, decurrére jugis: de áliâ parte cervi tranſmíttunt paténtes campos curſu, atque glómerant ágmina pulverulénta fugâ, relinqúuntque montes. At puer Aſcánius gaudet acri equo in médiis vállibus: præteritque jam hos curſu, jam illos, optátque ſpumántem aprum dari votis inter inértia pécora, aut fulvum leónem deſcéndere monte. Interea cœlum incipit miſcéri magno múrmure: nimbus inſequitur, grándine commíſtâ. Et Tyrii cómites paſſim, et Trojána juvéntus, Dardaniúſque *Aſcánius* nepos Véneris, petivére divérſa tecta per agros metu: amnes ruunt de móntibus. Dido, et Trojánus dux devéniunt eándem ſpelúncam: et tellus prima, et prónuba Juno dant ſignum: ignis et æther cónſcius connúbii fulſére, nymphæque ululavérunt.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Syncope.*

Ille dies, primus leti primuſque malorum *m*
Cauſa fuit: neque enim ſpecie famâve movetur, *k*
Nec jam furtivum Dido meditatur amorem; *b*
Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. *l*
Extemplo Libyæ magnas it Fama per urbes: *f*
Fama, malum quo non aliud velocius ullum: *p*
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo: *l*
Parva metu primo; mox ſeſe attollit in auras, *m*
Ingrediturque ſolo, et caput inter nubila condit. *k*
Illam Terra parens, irâ irritata Deorum, *f*
Extremam (ut perhibent) Cœo Enceladoque ſororem *h*
Progenuit, pedibus celerem et pernicibus alis: *k*
Monſtrum horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumæ, *a*
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu!) *l*
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. *e*
Nocte volat cœli medio, terræque per umbram *p*
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno: *a*
(a) Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti, *m*
Turribus aut altis, et magnas territat urbes: *m*
Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri. *g*
Hæc tum multiplici populos ſermone replebat *e*

ORDO.

Ille dies, primus fuit cauſa leti, primúſque *auctor* malórum: enim Dido neque movétur ſpécie famáve, nec jam meditátur amórem *eſſe* furtívum; vocat *eum* conjúgium, prætéxit culpam hoc nómine. Extémplò fama it per magnas urbes Líbyæ: fama, malum, quo non *eſt* ullum áliud velocius: viget mobilitáte, acquirítque vires eúndo: primò *eſt* parva metu; mox attóllit ſeſe in auras, ingreditúrque ſolo, et condit caput inter núbila. Terra parens, irritáta irâ Deorum, progénuit illam, extrémam ſorórem Cæo Enceladóque (ut pérhibent) célerem pédibus et pernícibus alis: monſtrum horréndum, ingens: cui quot plumæ córpore, tot vígiles óculi ſubter *eas* (mirábile dictu!) tot linguæ, tótidem orā ſonant, ſúbrigit tot aures. Nocte volat médio cœli, ſtridéaſque per umbram terræ, nec declínat lúmina dulci ſomno: luce ſedet cuſtos, aut cúlmine ſummi tecti, aut altis túrribus, et térritat magnas urbes: tam tenax ficti pravíque, quàm núntia veri. Tum hæc gaudens replébat pópulos multíplici ſermóne,

(a) *Metonymia.*

Gaudens,

Gaudens, et pariter facta atque infecta canebat: 190 *f*
Veniſſe Æneam Trojano à ſanguine cretum, *a*
Cui ſe pulchra viro dignetur jungere Dido: *f*
Nunc hyemem inter ſe luxu, quam longa, (a) favore *m*
Regnorum immemores, turpique cupidine captos. *h*
Hæc paſſim Dea fœda virûm diffundit in ora. 195 *e*
Protinus ad regem curſus detorquet Iarbam: *m*
(a) Incenditque animum dictis, atque aggerat iras. *f*
Hic Ammone ſatus, raptâ Garamantide nymphâ, *h*
Templa Jovi centum, latis immania regnis, 199 *m*
Centum aras poſuit: vigilemque ſacraverat ignem, *d*
Excubias Divûm æternas, pecudumque cruore *n*
Pingue ſolum, et variis florentia limina ſertis. *q*
Iſque amens animi et rumore accenſus amaro, *f*
Dicitur ante aras, media inter numina Divûm, *p*
Multa Jovem manibus ſupplex oraſſe ſupinis. 205 *l*
Juppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis *l*
Gens epulata toris Lenæum libat honorem, *l*
Aſpicis hæc? an te, genitor, cum fulmina torques, *p*
Nequicquam horremus? cæcique in nubibus ignes *a*
Terrificant animos, et inania murmura miſcent? *i*
Fœmina, quæ noſtris errans in finibus urbem 211 *m*

ORDO.

et páriter canébat facta atque infécta: *ait*, Ænéam, cretum à Trojáno ſánguine, veniſſe, cui viro pulchra Dido dignetur júngere ſe: nunc *eos* immémores regnórum fovére hyemem, quæ *eſt* longa, inter ſe luxu, captóſque turpi cupídine. Fœda Dea *Fama* diffúndit hæc paſſim in ora virórum. Prótinus detórquet curſus ad regem Iárbam: incénditque *ejus* ánimum dictis, atque ággerat iras. Hic *Iárbas*, ſatus *Jove* Ammóne, *et* Garamántide nymphâ raptâ, póſuit centum immánia templa Jovi latis regnis, *et* centum aras: ſacraverátque vígilem ignem, ætérnas excúbias Divórum, ſolúmque pingue cruóre pécudum, et límina floréntia váriis ſertis. Iſque *Iárbas*, amens ánimi, et accénſus amáro rumóre, dícitur ante aras, inter média númina Divórum, ſupplex mánibus ſupínis, oravíſſe Jovem multa. *Inquit*, omnípotens Júpiter, cui nunc Maurúſia gens, epuláta pictis toris, libat Lenæum honórem, áſpicis hæc? an nequícquam horrémus te, génitor, cùm torques fúlmina? cæcíque ignes in núbibus terrificant ánimos, et miſcent inánia múrmura? Fœmina, quæ, errans in noſtris finibus, póſuit exíguam urbem prétio;

(a) *Metaphora.*

Exiguam pretio poſuit; cui littus arandum, *k*
Cuique loci leges dedimus; connubia noſtra *p*
Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit. *l*
Et nunc ille (a) Paris cum ſemiviro comitatu, *h*
Mæoniâ mentum mitrâ crinemque madentem *m*
(b) Subnexus, rapto potitur: nos munera templis *g*
Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem. *q*
Talibus orantem dictis, araſque tenentem *m*
Audiit omnipotens: oculoſque ad mœnia torſit *k*
Regia, et oblitos famæ melioris amantes. *n*
Tunc ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat: *e*
Vade age, nate, voca Zephyros, et labere pennis: *k*
Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc *k*
Exſpectat, fatiſque datas non reſpicit urbes, *g*
Alloquere: et celeres defer mea dicta per auras. *q*
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem *g*
Promiſit, Graiûmque ideo bis vindicat armis: *e*
Sed fore qui gravidam imperiis, belloque frementem *k*
Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri *k*
Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem. *m*
Si nulla accendit tantarum gloria rerum, *a*
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem: *l*

ORDO.

cui *dédimus* littus arándum, cuique dédimus leges loci, réppulit noſtra connúbia, ac recépit Ænéan dóminum in regna. Et nunc ille Paris, cum ſemíviro comitátu, ſubnéxus *circa* mentum madentémque crinem Mæóniâ mitrâ, potitur rapto, quippe nos férimus múnera tuis templis, fovemúſque inánem famam. Omnípotens *Júpiter* audívit *Iárbam* oránrem tálibus dictis, tenentémque aras: torſítque óculos ad régia mœnia, et amántes, *Ænéam et Didónem*, oblítos melióris famæ. Tum ſic alloquitur Mercúrium, ac mandat tália: nate, age vade, voca Zéphyros et lábere pennis: alloqueréque Dardánium ducem, qui nunc exſpéctat Tyriâ Carthágine, nonque réſpicit urbes datas fatis: et defer *hæc* mea dicta per céleres auras. *Venus* pulchérrima génitrix non promíſit nobis illum *fore* talem, ideòque bis víndicat *eum* armis Graiórum: ſed fore *talem*, qui régeret Itáliam grávidam impériis, freméntémque bello, próderet genus ab alto ſanguine Teucri, ac mítteret totum orbem ſub leges. Si nulla glória tantárum rerum accéndit *eum*, nec ipſe molítur labórem ſuper ſuâ laude:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Helleniſmus.*

Aſcanio-ne

Aſcanio-ne pater Romanas invidet arces? *l*
Quid (a) ſtruit? aut quâ ſpe inimica in gente moratur? *m*
Nec prolem Auſoniam et Lavinia reſpicit arva? *h*
Naviget: Hæc ſumma eſt, hic noſtri nuntius eſto. *m*
Dixerat. Ille patris magni parere parabat *l*
Imperio: et primum pedibus talaria nectit *p*
Aurea: quæ ſublimem alis, ſive æquora ſupra, *m*
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant. *e*
Tum virgam capit: hâc animas ille evocat Orco *c*
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit, *h*
Dat ſomnos adimitque, et lumina morte reſignat. *h*
Illâ fretus agit ventos, et turbida (a) tranat *f*
Nubila. Jamque volans apicem et latera ardua cernit *i*
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit: *a*
Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris *g*
Piniferum caput et vento pulſatur et imbri: *l*
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento *p*
Præcipitant ſenis, et glacie riget horrida barba. *i*
Hic primum paribus nitens (b) Cyllenius alis *f*
Conſtitit; hinc toto præceps ſe corpore ad undas *m*
Miſit: avi ſimilis, quæ circum littora, circum *l*
Piſcoſos ſcopulos, humilis volat æquora juxta. *d*

ORDO.

patérne ínvidet Aſcánio Románas arces? quid ſtruit? aut quâ ſpe morátur in inimícâ gente? nec réſpicit Auſóniam prolem et Lavínia arva? náviget: hæc eſt ſumma, hic eſto núntius noſtri. *Júpiter* díxerat. Ille *Mercúrius* parábat parére império magni patris: et primùm nectit aúrea talária pédibus; quæ portant *eum* ſublímem alis, ſive ſupra æquora, ſeu *ſupra* terram, páriter cum rápido flámine. Tum capit virgam: hâc ille évocat palléntes ánimas orco, mittit álias ſub tríſtia Tártara, dat adimítque ſomnos, et reſígnat lúmina morte. Fretus illâ agit ventos, et tranat túrbida núbila. Jamque volans cernit ápicem et árdua látera duri Atlántis, qui fulcit cœlum vértice: Atlántis, cui piníferum caput, cinctum aſſídue atris núbibus, pulſátur et vento et imbri: nix infúſa tegit húmeros: tum flúmina præcípitant mento ſenis, et hórrida barba riget glácie. Hìc primùm Cyllénius *Mercúrius*, nitens páribus ális, cónſtitit; hinc præceps miſit ſe toto córpore ad undas: ſímilis avi, quæ circum líttora, circum piſcóſos ſcópulos, volat húmilis juxta æquora.

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.*

Haud

Haud aliter terras inter cœlumque volabat, *m*
Littus arenoſum Libyæ ventoſque ſecabat, *p*
Materno veniens ab avo Cyllenia proles. *e*
Ut primum alatis tetigit magalia (a) plantis; *g*
Æneam fundantem arces, ac tecta novantem *a*
Conſpicit: atque illi ſtellatus jaſpide fulvâ *m*
Enſis erat, Tyrioque ardebat murice læna *l*
Demiſſa ex humeris: dives quæ munera Dido *f*
Fecerat, et tenui telas diſcreverat auro. *l*
Continuo invadit: Tu nunc Carthaginis altæ *m*
Fundamenta locas, pulcramque uxorius urbem *f*
Exſtruis, heu, regni rerumque oblite tuarum! *m*
Ipſe Deûm tibi me claro demittit Olympo *l*
Regnator, cœlum et terras qui numine torquet; *a*
Ipſe hæc ferre jubet celeres mandata per auras: *e*
Quid ſtruis? aut quâ ſpe Libycis teris otia (c) terris? *o*
Si te nulla movet tantarum gloria rerum, *f*
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem; *l*
Aſcanium ſurgentem, et ſpes hæredis Iüli *m*
Reſpice: cui regnum Italiæ, Romanaque tellus *p*
Debentur. Tali (b) Cyllenius (c) ore locutus, *b*
Mortales viſus medio ſermone reliquit, *g*
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. *k*

O R D O.

Haud áliter Cyllénia proles, véniens ab *Atlánte* matérno avo, volábat inter terras, cœlúmque, *et* ſecábat arenóſum littus Líbyæ ventóſque. Ut primùm tétigit magália alátis plantis, cónſpicit Ænéam fundántem arces, ac novántem tecta: atque erat illi enſis ſtellátus fulvâ jáſpide lænáque, demíſſa ex húmeris, ardébat Tyrio múrice: quæ múnera dives Dido fécerat, et diſcréverat telas ténui auro. Continuò invádit *eum:* tu nunc locas fundaménta altæ Cartháginis, uxoriúſque éxſtruis pulchram urbem, heu, oblíte regna tuarúmque rerum! Regnátor Deórum ipſe, qui torquet cœlum et terras númine, demíttit me claro Olympo tibi; ipſe jubet *me* ferre hæc mandáta per céleres auras: quid ſtruis? aut quâ ſpe teris ótia Líbycis terris? ſi nulla glória tantárum rerum movet te, nec ipſe moliris labórem ſuper tuâ laude; réſpice Aſcánium ſurgéntem, et ſpes hærédis Iüli: cui regnum Itáliæ, Romanáque tellus debéntur. Cyllénius, locútus tali ore, reliquit mortáles viſus médio ſermóne, et procul evánuit ex óculis in ténuem auram.

(a) *Synecdoche.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metonymia.*

At vero Æneas aſpectu obmutuit amens: *a*
Arrectæque horrore comæ, et vox faucibus hæſit. *g*
(a) Ardet abire fugâ, dulceſque relinquere terras, *q*
Attonitus tanto monitu imperioque Deorum. *o*
Heu! quid agat? quo nunc Reginam ambire furentem *m*
Audeat affatu? quæ prima exordia ſumat? *m*
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, *p*
In parteſque rapit varias, perque omnia verſat. *e*
Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt. *g*
Mneſthea, Sergeſtumque vocat, fortemque Cloanthum: *p*
Claſſem aptent taciti, ſocioſque ad littora cogant, *e*
Arma parent; et quæ ſit rebus cauſa novandis *m*
Diſſimulent: ſeſe interea, quando optima Dido *p*
Neſciat, et tantos rumpi non ſperet amores, *m*
Tentaturum aditus, et quæ (a) molliſſima fandi *f*
Tempora, quis rebus dexter modus. Ocius omnes *n*
Imperio læti parent, ac juſſa faceſſunt. *m*
At regina dolos (quis fallere poſſit amantem?) *h*
Præſenſit, motuſque excepit prima futuros, *a*
Omnia tuta timens: eadem impia Fama furenti *i*
Detulit armari claſſem, curſumque parari. *m*
Sævit inops animi, totamque incenſa per urbem *l*

ORDO.

At vero Ænéas, amens, obmútuit aſpéctu: comæque *ſunt* arréctæ horróre, et vox hæſit fáucibus. Ardet abíre fugâ, relinqueréque dulces terras, attónitus tanto mónitu imperioque Deórum. Heu! quid agat? quo affátu nunc áudeat ambíre furéntem reginam? quæ prima exórdia *ſermónis* ſumat? atque dívidit célerem ánimum nunc huc nunc illuc, rapítque in várias partes, verſátque per omnia. Hæc ſenténtia eſt viſa pótior *illi* alternánti: vocat Mneſthea, Sergeſtúmque, fortémque Cloánthum: *jubétque ut* táciti aptent claſſem, cogántque ſócios ad littora, parent arma: et diſſímulent, quæ ſit cauſa rebus novándis: intérea, quando óptima Dido néſciat, et non ſperet, *i. e. ſuſpicétur* tantos amóres rumpi, ſeſe tentatúrum áditus, et quæ témpora fandi *ſint* molliſſima, quis modus ſit dexter rebus. Ociùs omnes *Trojáni* læti parent império, ac facéſſunt juſſa *Ænéæ*. At regína præſénſit dolos (quis poſſet fállere amántem?) primáque excépit futúros motus, timens ómnia *étiam* tuta: éadem ímpia Fama détulit *Didóni* furénti, claſſem armári, curſúmque parári. *Illa* ſævit inops ánimi, incenſáque bacchátur per totam urbem:

(a) *Metaphora.*

Bacchatur:

Bacchatur: qualis commotis excita ſacris *a*
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho *o*
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron. *p*
Tandem his Æneam compellat vocibus ultro: *a*
Diſſimulare etiam ſperaſti, perfide tantum *l*
Poſſe nefas, tacituſque meâ decedere terrâ? *k*
Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam, *b*
Nec moritura tenet crudeli funere Dido? *l*
Quin etiam hyberno moliris (a) ſidere claſſem, *m*
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum, *i*
Crudelis! Quid? ſi non arva aliena domoſque *b*
Ignotas peteres, et Troja antiqua maneret; *f*
Troja per undoſum peteretur claſſibus æquor? *p*
Mene fugis? per ego has lacrymas dextramque tuam, te, *k*
(Quando aliud mihi jam miſeræ nihil ipſa reliqui) *i*
Per connubia noſtra, per inceptos Hymenæos; *e*
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam *o*
Dulce meum: miſerere domus labentis, et iſtam, *k*
Oro, ſi quis adhuc precibus locus, exue mentem. *d*
Te propter Libycæ gentes, Nomadumque tyranni *b*
Odere, infenſi Tyrii: te propter eundem *g*
(b) Exſtinctus pudor, et, quâ ſolâ ſidera adibam, *f*

ORDO.

qualis Thyas éxcita ſacris commótis, ubi trietérica Orgia ſtímulant *eam* Baccho audíto, nocturnúſque Cithæron vocat *eam* clamóre. Tandem *regína* ultro compéllat Ænéam his vócibus: pérfide, étiam ſperavíſti poſſe diſſimuláre tantum nefas, tacitúſque decédere meâ terrâ? Nec noſter amor *tenet* te, nec déxtera quondam data, nec Dido, moritúra crudéli fúnere, tenet te? Quin étiam moliris claſſem hybérno ſídere, et próperas ire per altum médiis Aquilónibus, crudélis! Quid? ſi non péteres aliéna arva, ignotáſque domos, et antíqua Troja manéret; *an* Troja peterétur cláſſibus per undóſum æquor? fugíſne me? ego *oro* te per has lácrymas, tuámque dextram, (quando jam ipſa relíqui nihil áliud mihi míſeræ) *oro te* per noſtra connúbia, per incéptos Hymenæos; ſi benè mérui quid de te, aut *ſi* quicquam meum fuit dulce tibi; miſerére *meæ* labéntis domûs, et, oro, éxue iſtam mentem *diſcedéndi*, ſi adhuc *eſt* quis locus précibus. Propter te, Líbycæ gentes, tyranníque Nómadum odére *me*, Tyrii *ſunt* infénſi: propter eúndem te, *meus* pudor *eſt* exſtínctus, et prior fama, quâ ſolâ adíbam ſídera:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Fama

Fama prior: cui me moribundam deſeris, hoſpes? *p*
Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat. *g*
Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater *k*
Deſtruat, aut captam ducat Getulus Iarbas? *m*
Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet *f*
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi parvulus aulâ *q*
Luderet Æneas, qui te tantum (a) ore referret; *m*
Non equidem omnino capta aut deſerta viderer. *m*
Dixerat. Ille Jovis monitis immota tenebat *k*
(b) Lumina, et obnixus curam ſub corde (c) premebat. *m*
Tandem pauca refert: Ego te, quæ plurima fando *e*
Enumerare vales, nunquam, regina, negabo *l*
Promeritam: nec me meminiſſe pigebit Eliſæ; *o*
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus. *q*
Pro re pauca loquar. Nec ego hanc abſcondere furto *e*
Speravi, ne finge, fugam; nec conjugis unquam *g*
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni. *a*
Me ſi fata meis paterentur (c) ducere vitam *e*
Auſpiciis, et ſponte meâ componere curas; *p*
Urbem Trojanam primum dulceſque meorum *a*
Relliquias colerem, Priami (b) tecta alta manerent, *k*
Et recidivâ manu poſuiſſem Pergama victis. *k*

ORDO.

cui déſeris me moribúndam, hoſpes? quóniam hoc nomen ſolum reſtat de cónjuge. Quid moror? an dum Pygmálion frater déſtruat mea mœnia, aut Getúlus Iárbas ducat *me* captam? ſaltem ſi qua ſóboles fuiſſet ſuſcépta mihi de te ante fugam, ſi quis párvulus Ænéas lúderet mihi aulâ, qui reférret te tantùm ore; équidem non vidérer omnino capta aut deſérta. *Illa* díxerat. Ille tenébat lúmina immóta mónitis, et obnixus premébat curam ſub corde. Tandem refert pauca: regina, ego nunquam negábo te *eſſe* proméritam *ea* quæ plúrima vales enumeráre fando; nec pigébit me meminiſſe Eliſæ; dum ipſe *ero* memor mei, dum ſpíritus reget hos *meos* artus. Loquar pauca pro re. Nec ego ſperávi abſcóndere hanc fugam furto, ne finge *hoc*; nec unquam præténdi tædas cónjugis, aut veni in hæc fœdera. Si fata paterèntur me dúcere vitam meis auſpíciis, et compónere curas meâ ſponte; primùm cólerem Trojánam urbem, dulcéſque relliquias meórum, *et* alta tecta Príami manérent, et *meâ* manu poſuíſſem recidíva Pérgama victis.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo, 345 *f*
Italiam Lyciæ juſſere capeſſere ſortes: *q*
Hic amor, hæc patria eſt. Si te Carthaginis arces *i*
Phœniſſam, Libycæque aſpectus detinet urbis; *f*
Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terrâ *f*
Invidia eſt? et nos fas extera quærere regna. 350 *n*
Me patris Anchiſæ, quoties humentibus umbris *p*
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt, *p*
Admonet in ſomnis et turbida terret imago: *n*
Me puer Aſcanius, capitiſque injuria cari, *k*
Quem regno Heſperiæ fraudo et fatalibus arvis. 355 *f*
Nunc etiam interpres Divûm, Jove miſſus ab ipſo, *n*
(Teſtor utrumque caput) celeres mandata per auras *k*
Detulit: ipſe Deum manifeſto in lumine vidi *k*
Intrantem muros, vocemque his auribus (a) hauſi. *a*
Deſine, meque tuis incendere, teque querelis: 360 *q*
Italiam non ſponte ſequor. *p*
Talia dicentem jamdudum averſa tuetur, *m*
Huc illuc volvens oculos: totumque pererrat *g*
(b) Luminibus tacitis, et ſic accenſa profatur: 364 *l*
Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, *k*
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens *p*

O R D O.

Sed nunc Grynæus Apóllo *jubet quærere* magnam Itáliam, Lyciæ ſortes juſſére *me* capéſſere Itáliam: hic *eſt* amor, hæc eſt pátria. Si arces Carthágínis, aſpectúſque Líbycæ urbis détinet te Phœníſſam; quæ eſt invídia tandem *nos* Teucros conſídere Auſóniâ terrâ? et *eſt* fas nos quærere éxtera regna. Túrbida imágo patris Anchíſæ admónet et terret me in ſomnis, quóties nox óperit terras huméntibus umbris, quóties ígnea aſtra ſurgunt: puer Aſcánius, injuriáque *tam* cari cápitis, quem fraudo regno Heſpériæ et fatálibus arvis, *ſolícitat* me. Nunc étiam *Mercúrius* intérpres Divórum, miſſus ab Jove ipſo (teſtor utrúmque caput) détulit mandáta per céleres auras: ipſe vidi Deum intrántem muros in manifésto lúmine, hauſíque vocem his áuribus. Défine incéndere meque, teque tuis querélis: ſequor Itáliam non ſponte. *Dido*, jamdúdum avérſa tuétur *eum* dicéntem tália, volvens óculos huc illuc: pererrátque totum tácitis luminibus, et accénſa profátur ſic: pérfide, nec Diva *eſt* parens tibi, nec Dárdanus *eſt* auctor géneris, ſed horrens Cáucaſus génuit te duris cáutibus,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Caucaſus,

Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres. *m*
Nam quid diſſimulo? aut quæ me ad majora reſervo? *f*
Num fletu ingemuit noſtro? num (a) lumina flexit? *f*
Num lacrymas victus dedit? aut miſeratus amantem eſt? *o*
Quæ quibus anteferam? jam jam nec maxima Juno, *l*
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. *d*
Nuſquam tuta fides. Ejectum littore, egentem *f*
Excepi, et regni demens in parte locavi: *a*
Amiſſam claſſem, ſocios à morte reduxi. 375 *g*
Heu! furiis incenſa feror! (b) Nunc augur Apollo, *p*
Nunc Lyciæ ſortes, nunc et Jove miſſus ab ipſo *n*
Interpres Divûm fert horrida juſſa per auras. *b*
Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos *i*
Sollicitat. Neque te teneo, neque dicta refello. 380 *i*
I, ſequere Italiam ventis, pete per regna undas. *q*
Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt, *q*
Supplicia (c) hauſurum ſcopulis, et nomine Dido *p*
Sæpe vocaturum. Sequar atris ignibus abſens: *p*
Et, cum (a) frigida mors anima ſeduxerit artus, 385 *e*
Omnibus umbra locis adero: dabis, improbe, pœnas: *i*
Audiam, et hæc Manes veniet mihi fama ſub imos. *o*
His Medium dictis ſermonem abrumpit, et (a) auras *m*

ORDO.

Hyrcanæque tigres admovérunt úbera. Nam quid diſſimulo? aut ad quæ majóra reſérvo *me?* Num ingémuit noſtro fletu? num flexit lúmina? num victus dedit lácrymas? aut eſt miſerátus *me* amántem? quæ quibus antéferam? jam jam nec máxima Juno, ne *Júpiter* pater Satúrnius, *i. e. fílius Satúrni* áſpicit hæc æquis óculis. Fides *eſt* tuta nuſquam. Excépi *Ænéam* ejéctam littore, egentem, et demens locávi in parte regni: redúxi amíſſam claſſem, *et* ſócios à morte. Heu! feror incénſa fúriis! nunc augur Apóllo, nunc Lyciæ ſortes, et nunc *Mercúrius*, intérpres Divórum, miſſus ab Jove ipſo, fert hórrida juſſa per auras. Scílicet is eſt labor ſúperis, ea cura ſollícitat *eos* quiétos. Neque téneo te, neque reféllo *tua* dicta. I, ſéquere Itáliam ventis, pete regna per undas. Equidem, ſi pia númina poſſunt *fácere* quid, ſpero *te* hauſúrum ſupplícia médiis ſcópulis, et ſæpe vocatúrum Dido nómine. *Ego* abſens ſequar *te* atris ígnibus: et, cùm frígida mors ſedúxerit *meos* artus ánimâ, ádero umbra ómnibus locis: ímprobe, dabis pœnas: áudiam, et hæc fama véniet mihi ſub imos Manes. His dictis, *illa* abrúmpit médium ſermónem, et ægra fugit auras:

(a) *Metonymia.* (b) *Ironia.* (c) *Metaphora.*

Ægra fugit: ſeque ex oculis avertit et aufert, *p*
Linquens multa metu cunctantem et multa parantem *f*
Dicere. Suſcipiunt famulæ, collapſaque membra *k*
Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſque reponunt. *k*
At pius Æneas, quamquam lenire dolentem *m*
Solando cupit, et dictis avertere curas; *f*
Multa gemens, magnoque animum (a) labefactus amore: *o*
Juſſa tamen Divûm exſequitur, claſſemque reviſit. *p*
Tum vero Teucri incumbunt, et littore celſas *a*
Deducunt toto naves: natat uncta (b) carina; *b*
Frondenteſque ferunt remos, et robora ſylvis *f*
Infabricata, fugæ ſtudio. *i*
Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes. *a*
Ac veluti ingentem formicæ farris acervum *m*
Cum (c) populant, hyemis memores, tectoque reponunt; *k*
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas *a*
Convectant calle anguſto: pars grandia trudunt *a*
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt, *g*
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita (c) fervet. *e*
Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia ſenſus? *m*
Quoſve dabas gemitus? cum littora (c) fervere late *q*
Proſpiceres arce ex ſumma, totumque videres *m*

ORDO.

averſítque et aufert ſe ex óculis, *i. e. aſpéctu*, linquens *Ænéam* cunctántem *dícere* multa *ex* metu, et parántem dícere multa. Fámulæ ſuſcipiunt *reginam*, referúntque *ejus* collápſa membra marmóreo thálamo, reponúntque *ea* ſtratis. At pius Ænéas, quamquam cupit lenire *eam* dolentem ſolándo, et avértere curas dictis; gemens multa, *i. e. multum*, labefactúſque *quoad* ánimum magno amóre: tamen exſéquitur juſſa Divórum, reviſítque claſſem. Tum verò Teucri incúmbunt *óperi*, et dedúcunt celſas naves toto littore: uncta carina natat; ferúntque remos, et infabricáta róbora ſylvis, ſtúdio fugæ. Cernas *Trojános* migrántes, ruentéſque ex totâ urbe. Ac véluti formícæ, cùm pópulant ingéntem acérvum farris, memoréſque hyemis, repónunt *eum* tecto *loco*: nigrum agmen it campis, convectántque prædam per herbas angúſto calle: pars obnixæ trudunt grándia fruménta húmeris: pars cogunt ágmina, caſtigántque moras *eórum*: omnis ſémita fervet ópere. Dido, tunc quis ſenſus *eſt* tibi cernénti tália? quoſve gémitus dabas? cùm proſpíceres littora férvere latè ex ſummâ arce, videréſque totum

(a) *Hellenifmus.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metaphora.*

Miſceri

Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor? *f*
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis? *n*
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando *k*
Cogitur, et ſupplex animos ſubmittere amori: *p*
Ne quid inexpertum, fruſtra moritura, relinquat. *n*
Anna, vides toto properari littore circum: *p*
Undique convenere: vocat jam Carbaſus auras: *p*
(a) Puppibus et læti nautæ impoſuere coronas. *n*
Hunc ego ſi potui tantum (b) ſperare dolorem; *l*
Et preferre, ſoror, potero. Miſeræ hoc tamen unum *d*
Exſequere, Anna, mihi: ſolam nam perfidus ille *l*
Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus; *o*
Sola viri molles aditus et tempora nôras. *p*
I, ſoror, atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum: *m*
Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem *l*
Aulide juravi, claſſemve ad Pergama miſi: *m*
Nec patris Anchiſæ cineres Maneſve revelli. *p*
Cur mea dicta negat duras demittere in aures? *l*
Quo ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti: *p*
Exſpectet facilemque fugam, ventoſque ferentes. *e*
Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro: *f*
Nec pulchro ut Latio careat, regnumque relinquat. *r*

ORDO.

æquor miſcéri tantis clamóribus ante óculos? Improbe amor, quid non cogis mortália péctora *fácere? Illa* cógitur ire íterum in lácrymas, íterum tentáre Ænéam precándo, et ſupplex ſubmíttere ánimos amóri: ne relínquat quid inexpértum, *ántequam ſit* moritúra fruſtra. Anna, vides properári toto líttore circùm: convenére úndique: jam Cárbaſus vocat auras: et læti nautæ impoſuére corónas púppibus. Si ego pótui ſperáre hunc tantum labórem; et pótero ſufférre *eum*, ſoror. Tamen, Anna, exſéquere hoc unum mihi míſeræ: nam ille pérfidus *ſolébat* cólere te ſolam, étiam crédere arcános ſenſus tibi; *tu* ſola nóveras molles áditus viri et *aptíſſima* témpora *affándi*. I, ſoror, atque ſupplex affáre ſupérbum hoſtem: ego non jurávi Aúlide cum Dánais exſcíndere Trojánam gentem, miſíve claſſem ad Pérgama: nec revélli cíneres Manéſve patris Anchíſæ. Cur negat demittere mea dicta in duras aures? quò ruit? det hoc extrémum munus míſeræ amánti: exſpéctet facilémque fugam, ventóſque feréntes *eum*. Jam non oro antíquum conjúgium, quod pródidit: nec *ut* cáreat pulchro Látio, relinquátque regnum.

(a) *Synecdoche.* (b) *Catachreſis.*

Tempus

Tempus inane peto, requiem ſpatiumque furori, *i*
Dum mea me victam doceat fortuna dolere. *p*
Extremam hanc oro veniam: miſerere ſororis: *c*
Quam mihi cum dederit, cumulatum morte remittam. *k*
Talibus orabat, taleſque miſerrima fletu *n*
Fertque refertque ſoror: ſed nullis ille movetur *l*
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit. *m*
Fata obſtant: placiduſque viri Deus obſtruit aures. *d*
Ac veluti annoſo validam cum robore quercum *p*
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc *f*
Eruere inter ſe certant; it ſtridor, et alte *m*
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes: *a*
Ipſa hæret ſcopulis: et quantum vertice ad auras *f*
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit. *m*
Haud ſecus aſſiduis hinc atque hinc vocibus heros *l*
Tunditur, et magno perſentit pectore curas: *m*
Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes. *e*
Tum vero infelix fatis exterrita Dido *m*
Mortem orat: tædet cœli convexa tueri. *a*
Quo magis inceptum peragat lucemque relinquat: *p*
Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris, *f*
Horrendum dictu! latices nigreſcere ſacros; *g*
Fuſſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem. *n*

ORDO.

Peto inane tempus, requiem ſpatiumque furori, dum mea fortuna doceat me victam dolere. Oro hanc extremam veniam: *Anna*, miſerere ſororis: quam *veniam* cùm dederit mihi, remittam *eum* cumulatam *meâ* morte. Orabat talibus *verbis*, miſerrimáque ſoror fertque refértque tales fletus: ſed ille movétur nullis flétibus, aut tractábilis audit ullas voces. Fata obſtant: Deúſque obſtruit placidas aures viri. Ac véluti cùm Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc illinc, certant inter ſe flatibus erúere válidam quercum cum annóſo róbore: ſtridor it, et frondes conſternunt terram ſtipite concúſſo altè: *quercus* ipſa hæret ſcópulis: et quantum *tendit* vértice ad æthéreas auras, tantum tendit radice in Tartara. Haud ſecus heros túnditur aſſiduis vócibus hinc atque hinc, et perſéntit curas magno péctore: *tamen* mens manet immóta, inánes lácrymæ volvúntur. Tum verò infélix Dido, extérrita fatis, orat mortem: tædet *eam* tuéri convéxa cœli. Quò magis péragat incéptum, relinquátque lucem: cùm impóneret dona thuricremis aris, vidit horréndum dictu! ſacros látices nigréſcere: fuſáque vina vértere ſe in obſcœnum cruórem.

Hoc

Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori. *a*
Præterea, fuit in tectis de marmore templum *l*
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat, *n*
Velleribus niveis et feſta fronde revinctum. *l*
Hinc exaudiri voces et verba vocantis *a*
Viſa viri, nox cum terras obſcura teneret: *m*
Solaque culminibus ferali carmine bubo *l*
Sæpe queri, et longas in fletum (a) ducere voces. *m*
Multaque præterea vatum prædicta priorum *l*
Terribili monitu horrificant. Agit ipſe furentem *i*
In ſomnis ferus Æneas: ſemperque relinqui *f*
Sola ſibi, ſemper longam incomitata videtur. *n*
Ire viam, et Tyrios deſertâ quærere terrâ. *l*
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, *q*
Et Solem geminum, et duplices ſe oſtendere Thebas: *e*
Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes, *q*
Armatam facibus matrem et ſerpentibus atris *f*
Cum fugit, ultriceſque ſedent in limine Diræ. *p*
Ergo ubi concepit Furias evicta dolore, *p*
Decrevitque mori: tempus ſecum ipſa modumque *f*
Exigit, et, mœſtam dictis aggreſſa ſororem, *m*
Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte (a) ſerenat: *p*

ORDO.

Dido eſt effáta hoc viſum nulli, non ſorórí ipſi. Prætérea, in tectis fuit templum antíqui cónjugis de mármore, quod colébat miro honóre, revínctum níveis velléribus, et feſtâ fronde. Hinc voces, et verba viri *Sichæi* vocántis *eam ſunt* viſa exaudíri, cùm obſcúra nox teneret terras: bubóque ſola *eſt viſa* ſæpe queri feráli cármine culmínibus, et dúcere longas voces in fletum. Multáque prædícta priórum vatum prætérea horrificant *eam* terríbili mónitu. Ferus Ænéas ipſe agit *eam* furéntem in ſomnis: ſempérque vidétur relínqui ſibi ſola, ſemper incomitáta ire longam viam, et quærere Tyrios deſértâ terrâ. Véluti Demens Péntheus videt ágmina Euménidum, et géminum ſolem, et dúplices Thebas oſténdere ſe: aut Agamemnónius Oréſtes agitátus ſcenis, cùm fugit matrem armátam fácibus et atris ſerpéntibus; ultricéſque Diræ ſedent in límine. Ergo ubi *Dido* evícta dolóre concépit fúrias, decrevítque mori: ipſa éxigit tempus modúmque *mortis* ſecum, et, aggréſſa mœſtam ſorórem dictis, tegit conſílium vultu, ac ſeréna t ſpem fronte:

(a) *Metaphora.*

Inveni,

Inveni, germana, viam, gratare ſorori, *g*
Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſolvat amantem. *k*
Oceani finem juxta, Solemque cadentem, *m*
Ultimus Æthiopum locus eſt, ubi maximus Atlas *i*
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. *m*
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos, *m*
Heſperidum templi cuſtos, epulaſque draconi *n*
Quæ dabat, et ſacros ſervabat in arbore ramos, *n*
Spargens humida mella ſoporiferumque papaver. *d*
Hæc ſe carminibus promittit ſolvere mentes *f*
Quas velit; aſt aliis duras immittere curas, *l*
Siſtere aquam fluviis, et vertere ſidera retro: *q*
Nocturnoſque ciet manes. Mugire videbis *f*
Sub pedibus terram, et deſcendere montibus ornos. *n*
Teſtor, cara, Deos, et te, germana, tuumque *f*
Dulce caput, magicas invitam accingier artes. *l*
Tu ſecreta pyram (a) tecto interiore ſub auras *h*
Erige: et arma viri, thalamo quæ fixa reliquit *k*
Impius, exuviaſque omnes, lectumque jugalem, *l*
Quo perii, ſuperimponas. Abolere nefandi *q*
Cuncta viri monumenta jubet monſtratque ſacerdos. *k*
Hæc effata ſilet: pallor ſimul occupat (a) ora. *h*

ORDO.

inquit, Germána, gratáre *mihi* ſorórí, invéni viam, quæ reddat eum mihi, vel ſolvat me amántem eo. Juxta finem Océani, cadentémque ſolem, eſt últimus locus Æthíopum, ubi máximus Atlas torquet axem aptum ardéntibus ſtellis húmero. Hinc ſacérdos Maſſylæ gentis *eſt* monſtráta mihi, cuſtos templi Heſpéridum, quæ dabátque épulas drá-coni, et ſervábat ſacros ramos in árbore, ſpargens húmida mella, ſopo-riferúmque papáver. Hæc *ſaga* promíttit ſe ſólvere quas mentes velit carmínibus; aſt immíttere duras curas áliis, ſíſtere aquam flúviis, et vértere ſídera retrò: ciétque noctúrnos manes. Vidébis terram mu-gire ſub *ejus* pédibus, et ornos deſcéndere móntibus. Teſtor Deos, et te, cara germána, tuúmque dulce caput, *me* invítam accíngier *ad* má-gicas artes. Tu ſecréta érige pyram ſub auras interióre tecto: et ſu-perimpónas arma viri, quæ ímpius relíquit fixa thálamo, omnéſque exúvias, jugalémque lectum, quo perívi. Sacérdos jubet *me*, mon-ſtrátque abolére cuncta monuménta nefándi viri. Effáta hæc ſilet: ſimul pallor óccupat ora.

(a) *Synecdoche.*

Non

Non tamen Anna novis prætexere funera ſacris q
Germanam credit: nec tantos mente furores a
Concipit; aut graviora timet, quam morte Sichæi. k
Ergo juſſa parat. d
At Regina pyrâ, penetrali in ſede, ſub auras e
Erectâ ingenti, tædis atque ilice ſecta, a
Intenditque locum ſertis, et (a) fronde coronat f
Funereâ: ſuper exuvias, enſemque relictum, k
Effigiemque toro locat, haud ignara futuri. k
Stant aræ circum: et crines (b) effuſa ſacerdos a
Tercentum tonat ore Deos, Erebumque, Chaoſque, d
Tregeminamque Hecaten tria virginis ora Dianæ. i
Sparſerat et latices ſimulatos fontis Averni. k
Falcibus et meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis m
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni. a
Quæritur et naſcentis equi de fronte revulſus p
Et matri præreptus amor. c
Ipſa molâ manibuſque piis, altaria juxta, k
Unum (b) exuta pedem vinclis, in veſte recincta, f
Teſtatur moritura Deos, et conſcia fati e
Sidera: tum, ſi quod non æquo fœdere amantes m
Curæ numen habet, juſtumque memorque, precatur. h

ORDO.

Tamen Anna non credit germánam prætéxere fúnera novis ſacris: nec cóncipit tantos furóres mente; aut timet graviora, quàm morte Sichæi. Ergo parat *quæ fúerant* juſſa *à ſoróre*. At regína, ingénti pyrâ eréctâ ſub auras, tædis atque ſectâ ílice, in penetráli ſede, intenditque locum ſertis, et corónat *eum* funéreâ fronde: ſuper, locat exúvias, enſémque *Æné*æ relictum, ejúſque effigiem toro, haud ignára futúri. Aræ ſtant circùm: et ſacérdos, effúſa crines, tonat tercéntum Deos ore, Erebúmque, Chaóſque, tergeminámque Hécaten, tria ora virginis Diánæ. Et ſpárſerat ſimulátos látices fontis Avérni. Et pubéntes herbæ meſſæ aliénis fálcibus ad lunam quærúntur, cum lacte nigri venéni. Et *Hippomenes*, amor revúlſus de fronte naſcéntis equi, et præréptus matri, quæritur. *Dido* ipſa moritúra exúta unum pedem vinculis, *et* in recínctâ veſte, *ſtans* juxta altária, teſtátur Deos, et ſídera cónſcia fati molâ piiſque mánibus: tum, ſi quod numen habet *ſibi* curæ amántes non æquo fœdere, precátur *illud numen* juſtúmque memórque *ſui*.

(a) *Enallage.* (b) *Helleniſmus.*

Nox erat, et placidum carpebant feſſa ſoporem *l*
Corpora per terras, ſylvæque et ſæva quierant *m*
Æquora: cùm medio volvuntur ſidera lapſu: *l*
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres, *k*
Quæque lacus late liquidos, quæque aſpera dumis *p*
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti *p*
Lenibant curas, et corda oblita laborum. *a*
At non infelix animi Phœniſſa; neque unquam *g*
(a) Solvitur in ſomnos, oculiſve aut pectore (b) noctem *p*
Accipit: ingeminant curæ, rurſuſque reſurgens *l*
Sævit amor, (c) magnoque irarum fluctuat æſtu. *m*
Sic adeo inſiſtit, ſecumque ita corde volutat: *n*
En quid ago? rurſuſne procos irriſa priores *p*
Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex, *k*
Quos ego ſum toties jam dedignata maritos? *l*
Iliacas igitur claſſes atque ultima Teucrûm *l*
Juſſa ſequar? quiane auxilio juvat ante levatos, *i*
Et bene apud memores veteris (a) ſtat gratia facti? *k*
Quis me autem, fac velle, ſinet? ratibuſque ſuperbis *c*
Irriſam accipiet? neſcis heu, perdita, necdum *f*
Laomedonteæ ſentis perjuria gentis? *m*
Quid tum? ſola fugâ nautas comitabor ovantes? *h*

ORDO.

Erat nox, et feſſa córpora carpébant plácidum ſopórem per terras, ſylvæque et ſæva æquora quiéverant: cùm ſídera volvúntur médio lapſu: cùm omnis ager tacet, pecudes, pictæque volucres, quæque *tenent* líquidos lacus late, quæque tenent rura áſpera dumis, poſitæ ſub ſilenti nocte lenibant curas ſomno, et corda oblíta labórum. At Phœníſſa *regína* infélix ánimi non *lenibat ſuas curas*; neque unquam ſólvitur in ſomnos, accipitve noctem óculis aut péctore: curæ ingéminant, amórque reſúrgens ſævit rurſus, fluctuátque magno æſtu irárum. Sic ádeò inſiſtit, volutátque ſecum corde ita: en quid ago? rurſúſne *ego* irríſa expériar prióres procos? ſuppléxque petam connúbia Nómadum, quos máritos ego jam tóties ſum dedignáta? ígitur ſequar Ilíacas claſſes, atque última juſſa Teucrórum? quiáne juvat, *i. e. prodeſt, eos fuíſſe* levátos *meo* auxílio, et grátia *mei* véteris facti ſtat apud *eos* benè mémores? Autem, fac *me* velle *ſequi eos*, quis *eórum* ſinet *me?* accipiétque *me* irríſam ſupérbis rátibus? pérdita, heu neſcis, necdum ſentis perjúria Laomedontéæ gentis? quid tum, *ſi hoc áccidat? an* ſola comitábor ovántes nautas fugâ?

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Allegoria.*

An

An Tyriis, omnique manu ſtipata meorum *f*
Inſequar? et quos Sidoniâ vix urbe revelli, *p*
Rurſus agam pelago, et ventis dare vela jubebo? *q*
Quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem. *l*
Tu lacrymis evicta meis, tu prima furentem *p*
His, germana, malis oneras, atque objicis hoſti. *e*
Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam *q*
Degere more feræ, tales nec tangere curas? *l*
Non ſervata fides cineri promiſſa Sichæo. *e*
Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus. *f*
Æneas celſa in puppi, jam certus eundi, *a*
(a) Carpebat ſomnos, rebus jam rite paratis. *a*
Huic ſe forma Dei vultu redeuntis eodem *h*
Obtulit in ſomnis, rurſuſque ita viſa monere eſt; *n*
Omnia Mercurio ſimilis, vocemque, coloremque, *k*
Et crines flavos, et membra decora juventæ: *b*
Nate dea, potes hoc ſub caſu (a) ducere ſomnos? *l*
Nec, quæ circumſtent te deinde pericula, cernis? *b*
Demens! nec Zephyros audis ſpirare ſecundos? *f*
Illa dolos dirumque nefas in pectore verſat, *p*
Certa mori, (b) varioque irarum fluctuat æſtu. *l*
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas? *n*

ORDO.

an inſequar *eos* ſtipáta Tyriis, omníque manu meórum? et rurſus agam *eos* pélago, et jubébo *eos* dare vela ventis, quos vix revélli Sidóniâ urbe? quin mórere, ut es mérita, avertéque dolórem ferro. Tu, germána, evicta meis lácrymis, tu prima óneras *me* furéntem his malis, atque objícis *me* hoſti. *An* non licuit *me* expértem thálami dúcere vitam ſine crímine more feræ, nec tángere tales curas? fides promíſſa Sichæo cíneri non *eſt* ſervàta. Illa *Dido* rumpébat quæſtus ſuo péctore. Ænéas, jam certus eúndi, carpébat ſomnos in celsâ puppi, rebus jam parátis ritè. Forma Dei, *Mercúrii*, redeúntis eódem vultu, óbtulit ſe huic, rurſúſque eſt viſa monére *eum* ita; ſímilis Mercúrio *quoad* ómnia, vocémque, colorémque, et flavos crines, et decóra membra juvéntæ: *inquit*, nate Deâ, *an* potes dúcere ſomnos ſub hoc caſu? nec cérnis, quæ perícula circúmſtent te deínde? Demens! nec audis ſecúndos Zéphyros ſpiráre? illa *Dido* verſat dolos dirúmque nefas in péctore, certa mori, fluctuátque vário æſtu irárum. Non fugis hinc præceps, dum *eſt tibi* potéſtas præcipitáre?

(a) *Metaphora.* (b) *Allegoria.*

Jam mare turbari (a) trabibus, ſævaſque videbis *p*
Collucere faces: jam ſervere littora flammis: *b*
Si te his attigerit terris Aurora morantem. *f*
Eia age, (b) rumpe moras: varium et mutabile ſemper *k*
Fœmina. Sic fatus nocti ſe immiſcuit atræ. *m*
Tum vero Æneas, ſubitis exterritus umbris, *g*
(b) Corripit è ſomno corpus, ſocioſque (b) fatigat: *n*
Præcipites vigilate viri, et conſidite tranſtris: *k*
Solvite vela citi: Deus æthere miſſus ab alto, *i*
Feſtinare fugam tortoſque incidere funes *f*
Ecce iterum ſtimulat. Sequimur te, ſancte, Deorum *k*
Quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes. *k*
Adſis ô, placiduſque juves, et ſidera cœlo *e*
Dextra feras. Dixit: vaginâque eripit enſem *m*
(b) Fulmineum, ſtrictoque ferit retinacula (a) ferro. *o*
Idem omnes ſimul ardor habet: rapiuntque ruuntque: *d*
Littora deſeruere: latet ſub claſſibus æquor: *k*
Adnixi torquent ſpumas, et cærula verrunt. *a*
Et jam prima novo ſpargebat lumine terras *f*
Tithoni croceum linquens Aurora cubile: *f*
Regina è ſpeculis ut primum albeſcere lucem *f*
Vidit, et æquatis claſſem procedere velis, *m*

ORDO.

Jam vidébis mare turbári trábibus, ſaváſque faces collucére: jam *vidébis* littora férvere flammis: ſi Aurora attigerit te morántem his terris. Eia age, rumpe moras: fœmina ſemper *eſt* várium et mutábile. *Mercúrius* fatus ſic, immíſcuit ſe atri noctiæ. Tum verò Ænéas, extérritus ſúbitis umbris, corripit corpus è ſomno, fatigátque ſócios: *inquit*, viri præcípites vigiláte, et conſídite tranſtris: citi ſolvite vela: ecce Deus, miſſus ab alto æthere, iterum ſtimulat *nos* feſtináre fugam, incideréque tortos funes. Séquimur te, ſancte *Deus*, quiſquis Deórum es, iterúmque ovántes parémus império. O adſis, placidúſque juves *nos*, et feras ſidera cœlo dextra, *i. e. propítia nobis*. *Ænéas* dixit: eripítque fulmíneum enſem vaginâ, ferítque retinácula ſtricto ferro. Simul idem ardor habet omnes: rapiúntque ruúntque: deſeruére líttora: æquor latet ſub cláſſibus: adníxi torquent ſpumas, et verrunt cærula *æquora*. Et jam prima Auróra, linquens cróceum cubile Tithóni, ſpargébat terras novo lúmine. Ut primùm regina vidit è ſpéculis lucem albéſcere, et claſſem procédere æquátis velis,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Littoraque

Littoraque et vacuos ſenſit ſine remige portus: q
Terque quaterque manu pectus (a) percuſſa decorum, l
Flaventeſque (a) abſciſſa comas: Proh Jupiter! ibit g
Hic, ait, et noſtris illuſerit advena regnis? n
Non arma expedient, totaque ex urbe ſequentur, f
Diripientque rates alii navalibus? ite: k
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. p
Quid loquor? aut ubi ſum? quæ mentem inſania mutat? l
Infelix Dido! nunc te fata impia tangunt. a
Tum decuit, cum ſceptra dabas. En dextra fideſque! p
Quem ſecum patrios aiunt portare Penates, e
Quem ſubiiſſe humeris confectum ætate parentem. l
Non potui abreptum divellere corpus, et undis n
Spargere? non ſocios, non ipſum abſumere (b) ferro l
Aſcanium, patriiſque epulandum apponere menſis? k
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna! fuiſſet. g
Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſſem: k
Impleſſemque foros flammis, natumque patremque f
Cum genere exſtinxem: memet ſuper ipſa dediſſem. n
Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras: b
Tuque harum interpres curarum, et conſcia Juno: a
Nocturniſque Hecate triviis ululata per urbes: d

ORDO.

ſenſítque líttora, et portus vácuos ſine rémige: terque quatérque percúſſa decórum pectus manu, abſciſſáque flavéntes comas: ait, proh Júpiter! hic ádvena ibit, et illúſerit noſtris regnis? *an* non *mei cives* expédient arma, ſequentúrque ex totâ urbe, aliíque dirípient rates naválibus? ite: citi ferte flammas, date vela, impéllite remos. Quid *ego* loquor? aut ubi ſum? quæ inſánia mutat mentem? Infélix Dido! nunc ímpia fata tangunt te. Tum décuit *te fácere hæc*, cùm dabas ſceptra. En dextra, fidéſque *viri!* quem aiunt portáre pátrios penátes ſecum, quem *aiunt* ſubivíſſe paréntem confectum ætáte húmeris. *An* non pótui divéllere *ejus* corpus abréptum, et ſpárgere *illud* undis? *an* non *pótui occídere* ſócios, *an* non abſúmere Aſcánium ipſum ferro, apponeréque *eum* epulándum pátriis menſis? verùm fortúna pugnæ fúerat anceps! fuíſſet. Quem *ego* moritúra métui? tulíſſem faces in caſtra: impleviſſémque foros *návium* flammis, exſtinxíſſem natúmque patrémque cum génere: ipſa dediſſem memet ſuper *illos*. Sol, qui luſtras ómnia ópera terrárum flammis: tuque Juno intérpres, et cónſcia harum curárum: Hecatéque ululáta noctúrnis tríviis per urbes:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.*

Et

Et Diræ ultrices, et Dî morientis Eliſæ: *b*
Accipite hæc, meritumque malis advertite numen, *k*
Et noſtras audite preces. Si tangere portus *g*
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt; *f*
Et ſic fata Jovis poſcunt, hic terminus hæret: *f*
At bello audacis populi vexatus et armis, *g*
Finibus extorris, complexu avulſus Iüli *m*
Auxilium imploret, videatque indigna ſuorum *p*
Funera: nec, cum ſe ſub leges pacis iniquæ *m*
Tradiderit, regno aut optatâ luce fruatur; *m*
Sed cadat ante diem, mediâque inhumatus arenâ. *i*
Hæc precor; hanc vocem extremam cum ſanguine (a) fundo. *m*
Tum vos, ô Tyrii, ſtirpem et genus omne futurum *b*
Exercete odiis; cinerique hæc mittite noſtro *e*
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto. *k*
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor, *l*
Qui face Dardanios (b) ferroque ſequare colonos. *q*
Nunc, olim, quocumque dabunt ſe tempore vires, *g*
Littora littoribus contraria, fluctibus undas *q*
Imprecor, arma armis: pugnent ipſique nepotes. *m*
Hæc ait: et partes animum verſabat in omnes, *p*

ORDO.

et Diræ ultrices, et Dii moriéntis Elíſæ: accípite hæc, advertitéque méritum numen malis *puniéndis*, et audite noſtras preces. Si eſt neceſſe infándum caput tángere portus, ac adnáre terris: et fata Jovis poſcunt ſic, *et* hic términus hæret: at vexátus bello et armis audácis pópuli, extórris fínibus, avúlſus compléxu Iüli, implóret auxílium, videátque indígna fúnera ſuórum: nec, cùm tradíderit ſe ſub leges iníquæ pacis, fruátur regno aut optátâ luce; ſed cadat ante diem, inhumatúſque *jáceat* médiâ aréna. Precor hæc; fundo hanc extrémam vocem cum ſánguine. Tum vos, O Tyrii, exércete ſtirpem et omne genus futúrum ódiis; mittitéque hæc múnera noſtro cíneri: nullus amor, nec fœdera ſunto *iſtis* pópulis *vobíſcum*. Aliquis ultor exoriáre ex noſtris óſſibus, qui ſequáre Dardánios colónos face ferróque. Nunc, *et* olim, quocúmque témpore vires dabunt ſe, imprecor líttora contrária littóribus, undas *contrárias* flúctibus, arma *contrária* armis: nepoteſque ipſi pugnent. Ait hæc: et verſábat ánimum in omnes partes,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Inviſam,

Inviſam quærens quamprimum abrumpere lucem. *a*
Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi, *m*
Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat: *q*
Annam, cara, mihi, nutrix, huc ſiſte ſororem: *f*
Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha, *e*
Et pecudes ſecum et monſtrata piacula ducat. *n*
Sic veniat; tuque ipſa piâ tege tempora vittâ. *o*
Sacra Jovi Stygio, quæ rite incepta paravi, *l*
Perficere eſt animus: finemque imponere curis: *l*
Dardaniique rogum capitis permittere flammæ. *k*
Sic ait. Illa gradum ſtudio celerabat anili. *i*
At trepida et cœptis immanibus effera Dido, *n*
Sanguineam volvens aciem, maculiſque trementes *o*
(a) Interfuſa genas, et pallidâ morte futurâ, *h*
Interiora domûs irrumpit (b) limina et altos *l*
Conſcendit fribunda rogos, enſemque recludit *e*
Dardanium, non hos quæſitum munus in uſus. *m*
Hic, poſtquam Iliacas veſtes notumque cubile *f*
Conſpexit, paullum lacrymis et mente morata, *g*
Incubuitque toro, dixitque noviſſima verba: *q*
Dulces exuviæ, dum fata Deuſque ſinebant, *h*
Accipite hanc animam, meque his exſolvite curis. *l*

ORDO.

quærens quamprimum abrúmpere invíſam lucem. Tum bréviter *eſt* affáta Barcen nutrícem Sichæi, namque ater cinis habébat ſuam *nutrícem* antiquâ pátriâ: cara nutrix, ſiſte Annam ſorórem huc mihi: dic *illi*, *ut* próperet ſpárgere corpus fluviáli lymphâ, et ducat pécudes et monſtráta piácula ſecum. Sic véniat, tuque ipſa, *nutrix*, tege *tua* témpora piâ vittâ. Eſt *mihi* ánimus perficere ſacra Stygio Jovi, quæ parávi ritè incépta: imponeréque finem curis: permitteréque rogum Dardánii cápitis flammæ. Sic ait. Illa *nutrix* celerábat gradum ánili ſtúdio. At Dido trépida, et éffera immánibus cœptis, volvens ſanguíneam áciem *oculórum*, interfuſáque *per* treméntes genas máculis, et pállida futúrâ morte, irrúmpit interióra límina domûs, et furibúnda conſcéndit altos rogos, recludítque Dardánium enſem, munus non quæſítum in hos uſus. Hìc, poſtquam conſpéxit Iliácas veſtes notúmque cubíle, moráta paullùm lácrymis et mente, incubuítque toro, dixítque *hæc* noviſſima verba. dulces exúviæ, dum fata Deúſque ſinébant, accípite hanc ánimam, exſolvitéque me his curis.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Synecdoche.*

Vixi,

Vixi, et, quem dederat curſum fortuna, peregi: *f*
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. *f*
Urbem præclaram ſtatui: mea mœnia vidi: *c*
Ulta virum, pœnas inimico à fratre recepi: *p*
Felix, heu nimium felix! ſi littora tantum *f*
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra (a) carinæ. *e*
Dixit, et os impreſſa toro, moriemur inultæ? *o*
Sed moriamur, ait: ſic, ſic juvat ire ſub umbras. *q*
(b) Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto *l*
Dardanus, et noſtræ ſecum ferat omina mortis. *n*
Dixerat: atque illam media inter talia ferro *p*
Collapſam aſpiciunt comites, enſemque cruore *c*
Spumantem, ſparſaſque manus. It clamor ad alta *g*
Atria, (b) concuſſam bacchatur fama per urbem, *m*
Lamentis gemituque et fœmineo ululatu *h*
(a) Tecta fremunt, reſonat magnis plangoribus æther. *l*
Non aliter quam ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis *n*
Carthago, aut antiqua Tyros; flammæque furentes *g*
(a) Culmina perque hominum volvantur perque Deorum. *l*
Audiit exanimis, trepidoque exterrita curſu, *k*
Unguibus (a) ora ſoror fœdans et pectora pugnis, *l*
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat: *k*

O R D O.

Vixi, et perégi curſum, quem fortúna déderat: et nunc magna imágo mei ibit ſub terras. Státui præcláram urbem: vidi mea mœnia: ulta virum *Sichæum*, recépi pœnas à *Pigmalióne* inimico fratre: felix, heu nimiùm felix! ſi tantùm Dardániæ carínæ nunquam tetigíſſent *noſtra* littora. Dixit *hæc*, et impréſſa os toro, *ait*, *an* moriémur inúltæ? ſed moriémur, ait: ſic, ſic juvat *me* ire ſub umbras. Crudélis Dárdanus *Ænéas* háuriat hunc ignem óculis ab alto, et ferat ómina noſtræ mortis ſecum. Díxerat: atque inter média tália *verba* cómites aſpíciunt illam collápſam, enſémque ſpumántem cruóre, manúſque ſparſas *étiam cruóre*. Clamor it ad alta átria, fama bacchátur per concúſſam urbem, tecta fremunt laméntis, gemitúque et fœmíneo ululátu, *et* æther réſonat magnis plangóribus. Non áliter quàm ſi omnis Carthágo, aut antíqua Tyros ruat hóſtibus immíſſis; furentéſque flammæ volvántur perque cúlmina hóminum, perque *cúlmina* Deórum. Soror exánimis audívit *hoc*, exterritáque trépido curſu, fœdans ora únguibus, et péctora pugnis, ruit per médios, ac clamat *Germánam* moriéntem nómine:

(a) *Synæd. he.* (b) *Metaphora.*

Hoc

Hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas? *g*
Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes araeque parabant? *l*
Quid primum deſerta querar? comitemne ſororem *c*
Spreviſti moriens? eadem me ad fata vocaſſes, *e*
Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tuliſſet. *c*
His etiam ſtruxi manibus, patrioſque vocavi *o*
Voce Deos; ſic te ut poſita crudelis abeſſem? *p*
Exſtinxi me teque, ſoror, populumque, patreſque *c*
Sidonios, urbemque tuam. Date, vulnera lymphis *o*
Abluam; et extremus ſi quis ſuper halitus (a) errat, *n*
Ore legam. Sic fata, gradus evaſerat altos, *p*
Semanimemque ſinu germanam amplexa fovebat *l*
Cum gemitu, atque atros ſiccabat veſte cruores. *m*
Illa graves oculos conata attollere, rurſus *l*
Deficit: infixum ſtridet ſub pectore vulnus. *m*
Ter ſeſe attollens cubitoque innixa levavit, *g*
Ter revoluta toro eſt: oculiſque errantibus, alto *k*
Quæſivit cœlo lucem, ingemuitque repertâ. *b*
Tum Juno omnipotens, longum miſerata dolorem, *h*
Difficileſque obitus, Irim demiſit Olympo, *l*
Quæ luctantem animam nexoſque reſolveret artus. *h*
Nam, quia nec fato, meritâ nec morte peribat; *p*
Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore: *k*

ORDO.

hoc fuit illud, germána? petébas me fraude? iſte rogus *parábat* hoc mihi, ignes aræque parábant hoc *mihi?* quid primum *ego* delérta querar? moriénſne ſpreviſti ſorórem cómitem? *ſi* vocaviſſes me ad éadem fata, idem dolor, atque éadem hora tuliſſet *nos* ambas ferro. *Ego* étiam ſtruxi *pyram* his mánibus, vocavíque pátrios Deos voce; ut *ego* crudélis abéſſem te ſic póſitâ? ſoror, exſtinxíſti me, teque, populúmque, Sidonióſque patres, tuámque urbem. *Vos* date *aquam*, ábluam *ejus* vúlnera lymphis; et, ſi quis extrémus hálitus errat, *ut* legam *eum* ore. Sic *Anna* fata, eváſerat altos gradus *pyræ*, amplexáque ſemiánimem germánam ſinu, fovébat *eam* cum gémitu, atque ſiccábat atros cruóres veſte. Illa *Dido* conáta attóllere graves óculos, rurſus déficit: vulnus infixum ſub péctore ſtridet. Ter attóllens innixáque cúbito levávit ſeſe, ter eſt revolúta toro: quæſivítque lucem alto cœlo errántibus óculis, ingemuítque *luce* repértâ. Tum omnipotens Juno, miſeráta longum dolórem, difficiléſque óbitus, demíſit Irim Olympo, quæ reſólveret luctántem ánimam, nexóſque artus. Nam quia *regina* períbat nec fato, nec méritâ morte; ſed míſera ante diem, accenſáque ſúbito furóre:

(a) *Metaphora.*

Nondum illi flavum Proſerpina (a) vertice crinem *b*
Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat Orco. *k*
Ergo Iris croceis per cœlum roſcida pennis, *f*
Mille trahens varios adverſo Sole colores, *l*
Devolat, et ſupra caput aſtitit: Hunc ego Diti *o*
Sacrum juſſa fero, teque iſto corpore ſolvo. *f*
Sic ait, et dextrâ crinem ſecat: omnis et unà *n*
Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit. *f*

ORDO.

Proſérpina nondum abſtúlerat flavum crinem illi *à* vértice, damnaverátque caput Stygio Orco. Ergo róſcida Iris dévolat cróceis pennis per cœ um, trahens mille vários colóres ſole advérſo, et áſtitit ſupra *ejus* caput: ego juſſa fero hunc ſacrum *crinem* Diti, ſolvóque te iſto córpore. Sic *Iris* ait, et ſecat crinem dextrâ: et unà omnis calor *Didónis* eſt elápſus, atque vita recéſſit in ventos.

(a) *Synecdoche.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER V.

INTEREA medium Æneas jam classe tenebat *l*
Certus iter, fluctusque atros Aquilone secabat: *n*
(a) Mœnia respiciens, quæ jam infelicis Elisæ *l*
Collucent flammis: quæ tantum accenderit ignem, *a*
Causa latet; (b) duri magno sed amore dolores *n*
(b) Polluto, notumque, furens quid fœmina possit, *g*
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt. *i*
Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla *k*
Occurrit tellus, cœlum undique et undique pontus: *b*
Olli cœruleus supra caput astitit imber, *h*
(a) Noctem hyememque ferens; et inhorruit unda tenebris. *i*
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta: *n*
Heu! quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? *m*

ORDO.

Intérea Ænéas, certus *eúndi*, jam tenébat médium iter classe, secabátque atros fluctus Aquilóne: respíciens mœnia quæ jam collúcent flammis infelícis Elísæ: causa, quæ accénderit tantum ignem, latet; sed duri dolóres, magno amóre pollúto, quidque furens fœmina possit *fácere* notum *Trojánis*, ducunt péctora Teucrórum per tristte augúrium. Ut rates tenuére pélagus, nec jam ulla tellus ámpliùs occúrrit *óculis*, *sed* cœlum úndique et pontus úndique: cœrúleus imber ástitit olli *Ænéæ* supra caput, ferens noctem hyemémque; et unda inhórruit ténebris. Palinúrus gubernátor ipse *exclámat* ab altâ puppi: heu! quianam tanti nimbi cinxérunt æthera?

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Quidve pater Neptune paras? Sic deinde locutus, *p*
Colligere arma jubet, validiſque incumbere remis; *k*
Obliquatquè ſinus in ventum, ac talia fatur: *f*
Magnanime Ænea, non, ſi mihi Jupiter auctor *n*
Spondeat, hoc ſperem. Italiam contingere (a) cœlo. *p*
Mutati (b) tranſverſa fremunt, et veſpere ab atro *g*
Conſurgunt venti; atque in nubem cogitur aër. *a*
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum *a*
Sufficimus: ſuperat quoniam fortuna, ſequamur; *k*
Quoque vocat, vertamus iter. Nec littora longe *p*
Fida reor fraterna Erycis portuſque Sicanos: *p*
Si modo rite memor (c) ſervata remetior aſtra. *q*
Tum pius Æneas; equidem ſic poſcere ventos *p*
Jamdudum, et fruſtra cerno te tendere contra. *a*
Flecte viam velis. An ſit mihi gratior ulla, *n*
Quoque magis feſſas optem dimittere naves; *m*
Quam quæ Dardanium tellus mihi ſervat Aceſten, *h*
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa? *p*
Hæc ubi dicta, petunt portus, et vela ſecundi *l*
Intendunt Zepyhri: fertur cita gurgite claſſis: *h*
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ. *a*
At procul excelſo miratus vertice montis *m*

O R D O.

quidve paras *nobis*, pater Neptúne? Deinde locútus ſic, jubet *eos* colligere *nautica* arma, *i. e. vela*, incumberéque válidis remis; obliquátque ſinus *velorum* in ventum, ac fatur tália: magnánime Ænéa, ſi Júpiter auctor ſpóndeat mihi, non ſperem contingere Itáliam hoc cœlo. Venti mutáti tranſvérſa fremunt, et conſúrgunt ab atro véſpere; atque aër cógitur in nubem. Nos ſufficimus nec obniti contrà, nec téndere tantum: quóniam fortúna ſúperat, ſequámur *eam*; vertamúſque iter, quò vocat *nos*. Nec reor fida fratérna littora Erycis, Sicanóſque portus *eſſe* longè: ſi modò memor ritè remétior aſtra ſervàta, *i. e. jam obſervàta*. Tum pius Ænéas *ait*; équidem jamdúdum cerno ventos póſcere ſic, et te fruſtra téndere contra *eos*. Flecte viam velis. An ulla tellus ſit grátior mihi, quòque magis optem dimíttere feſſas naves; quàm quæ ſervat Dardánium Acéſten mihi, et compléctitur oſſa *mei* patris Anchíſæ *ſuo* grémio? Ubi hæc *ſunt* dicta, petunt portus, et ſecúndi Zéphyri inténdunt vela: cita claſſis fertur gúrgite: et tandem *Trojáni* læti advertúntur notæ arénæ. At Acéſtes, procùl *ab* excélſo vertice montis, mirátus advéntum *eórum*,

(a) *Metonymia.* (b) *Antimeria.* (c) *Aphæreſis.*

Adventum,

Adventum, ſociaſque rates, occurrit Aceſtes, *e*
Horridus in jaculis et pelle Libyſtidis urſæ: *q*
Troïa Crimiſo conceptum flumine mater *m*
Quem genuit. Veterum non immemor ille parentum, *q*
Gratatur reduces, et gaza lætus agreſti *f*
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis. *p*
Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat *n*
Clara dies; ſocios in cœtum littore ab omni *l*
Advocat Æneas, tumulique ex aggere fatur: *p*
Dardanidæ magni, genus alto à ſanguine Divûm: *p*
Annuus exactis completur menſibus orbis; *m*
Ex quo reliquias divinique oſſa parentis *f*
Condidimus terrâ, mœſtaſque ſacravimus aras. *n*
Jamque dies, ni fallor, adeſt; quem ſemper (a) acerbum, *p*
Semper honoratum, ſic Dî voluiſtis, habebo. *n*
Hunc ego Gætulis agerem ſi Syrtibus exul, *p*
Argolicove mari deprenſus, et urbe Mycenæ: *q*
Annua vota tamen, ſolemneſque ordine pompas *l*
Exſequerer; ſtrueremque ſuis altaria donis. *k*
Nunc ultro ad cineres ipſius et oſſa parentis, *h*
Haud equidem ſine mente, reor, ſine numine (b) Divum, *i*
Adſumus: et portus delati intramus amicos. *m*

ORDO.

ſociáſque rates, occúrrit *iis*, hórridus in jáculis, et pelle Libyſtidis urſæ: quem *Acéſten* Tróia mater génuit concéptum flúmine Crimíſo. Ille, non ímmemor véterum paréntum, gratátur *eos* réduces, et lætus éxcipit *eos* agréſti gazâ, ac ſolátur feſſos amícis ópibus. Cùm póſtera dies, clara, fugáverat ſtellas primo oriénte; Ænéas ádvocat ſócios ab omni líttore in cœtum, fatúrque ex ággere túmuli: magni Dardánidæ, genus ab alto ſánguine Divórum: ánnuus orbis *ſolis* complétur, ménſibus exáctis; ex quo *témpore* condídimus relíquias oſſáque divíni paréntis *Anchíſæ* terrâ, ſacravimúſque mœſtas aras; jamque dies adeſt, ni fallor; quem habébo ſemper acérbum, ſemper honorátum, ſi Dii voluíſtis. Si ego exul ágerem hunc *diem* Gætúlis Syrtibus, deprenſúſve Argólico mari, et urbe Mycénæ *(pro) Mycenárum:* tamen exſéquerer ánnua vota, ſolemnéſque pompas órdine; ſtruerémque altária ſuis donis. Nunc ádſumus ultro ad cíneres et oſſa paréntis ipſíus, équidem reor, haud ſine mente, *haud* ſine númine Divórum: et deláti *vento* intrámus amícos portus.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.*

Ergo

Ergo agite, et lætum cuncti celebremus honorem: *n*
Poſcamus ventos, atque hæc me ſacra quotannis *a*
Urbe velit poſitâ templis ſibi ferre dicatis. *q*
Bina boum vobis (a) Trojâ generatus Aceſtes *n*
Dat numero capita in naves: adhibete Penates *q*
Et patrios epulis, et quos colit hoſpes Aceſtes. *q*
Præterea, ſi nona diem mortalibus almum *p*
Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem: *d*
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis. *m*
Quique pedum curſu valet, et qui viribus audax, *p*
Aut jaculo incedit melior, levibuſque ſagittis; *o*
Seu crudo fidit pugnam committere ceſtu; *a*
Cuncti adſint, meritæque exſpectent præmia palmæ. *f*
Ore favete omnes, et cingite tempora ramis. *n*
Sic fatus, velat maternâ tempora myrto: *a*
Hoc Elymus facit, hoc ævi maturus Aceſtes, *l*
Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cætera (a) pubes. *k*
Ille è concilio multis cum millibus ibat *f*
Ad tumulum, magnâ medius comitante catervâ. *o*
Hic duo rite mero libans carcheſia (a) Baccho *l*
Fundit humi, duo lacte novo, duo ſanguine ſacro: *i*
Purpureoſque jacit flores, ac talia fatur: *l*

ORDO.

Ergo ágite, et cuncti celebrémus lætum honórem: poſcámus *eum* ventos, atque *ut* velit, me, urbe póſitâ, ſerre hæc ſacra quotánnis templis dicátis ſibi. Acéſtes, generátus Trojâ, dat vobis bina cápita boum número in *ſingulas* naves: adhibéte et pátrios Penátes épulis, et *eos* quos hoſpes Acéſtes colit. Prætérea ſi nona Auróra extúlerit almum diem mortálibus, retexeritque orbem radiis *ſolis:* ponam prima certámina citæ claſſis Teucris. Quique valet curſu pedum, et qui *eſt* audax víribus, aut incédit mélior jáculo, levibúſque ſagíttis; ſeu fidit committere pugnam crudo ceſtu; cuncti adſint, exſpecténtque præmia méritæ palmæ. Omnes favéte ore, et cíngite témpora ramis. *Ænéas* fatus ſic, velat *ſua* témpora matérnâ myrto: Elymus facit hoc, Acéſtes matúrus ævi *facit* hoc, puer Aſcánius *facit* hoc: quos cætera pubes ſéquitur. Ille *Ænéas* ibat è concílio cum multis míllibus ad túmulum, médius *in* magnâ catérvâ comitánte *eum*. Hìc ritè libans fundit humi duo carchéſia mero Baccho, *i. e. vino*, duo novo lacte, duo ſacro ſánguine: jacítque purpúreos flores, ac fatur tália:

(a) *Metonymia*,

Salve,

Salve, ſancte parens: Iterum ſalvete, recepti
Nequicquam cineres, animæque umbræque paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaque arva,
Nec tecum Auſonium, quicumque eſt, quærere Tybrim.
Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit;
Amplexus placide tumulum, lapſuſque per aras:
Cœruleæ cui terga notæ, maculoſus et auro
Squamam (a) incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios adverſo Sole colores.
Obſtupuit viſu Æneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras et levia pocula ſerpens,
Libavitque dapes, rurſuſque innoxius imo
Succeſſit tumulo, et depaſta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores:
Incertus, geniumne loci, famulumne parentis
Eſſe putet: cædit quinas de more bidentes,
Totque ſues, totidem nigrantes (b) terga juvencos:
Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat
Anchiſæ magni, maneſque Acheronte remiſſos.
Necnon et ſocii, quæ cuique eſt copia, læti
Dona ferunt: onerantque aras, mactantque juvencos.

ORDO.

ſalve, ſancte parens, iterum ſalvéte, cineres nequícquam recépti, paternæque ánimæ, umbræque. Non licuit *mihi* quærere Itálos fines, fataliáque arva, nec Auſónium Tybrim tecum, quicúmque *flúvius* eſt. Dixerat hæc, cùm lúbricus ſerpens, ingens, traxit ſeptem gyros, ſepténa volúmina ab imis ádytis *ſepúlcbri*; ampléxus túmulum plácidè, lapſúſque per aras: cui cœrúleæ notæ *illuſtrábant* terga, et fulgor maculóſus auro incendébat ſquamam: ceu arcus *in* núbibus trahit mille vários colóres advérſo Sole. Ænéas obſtúpuit viſu: ille *anguis* tandem ſerpens longo ágmine inter páteras, et lévia pócula, libavítque dapes, innoxiúſque rurſus ſuccéſſit imo túmulo, et liquit depáſta altária. Hoc magis *Ænéas* inſtáurat incéptos honóres genitóri: incértus, putet eſſe geniúmne loci, famulúmne paréntis: cædit quinas bidéntes de more, totque ſues, *et* tótidem juvéncos nigrántes *quoad* terga: fundebátque vina páteris, vocabátque ánimam magni Anchíſæ, manéſque remíſſos Acherónte. Nec non et ſócii, læti, ferunt dona, quæ eſt cuique cópia: onerántque aras, mactántque juvéncos.

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Ordine

Ordine ahena locant alii: (a) fuſique per herbam *k*
Subjiciunt verubus prunas, et viſcera torrent. *l*
Exſpectata dies aderat, nonamque ſerenâ *e*
Auroram Phaëtonis equi jam luce vehebant: *e*
Famaque finitimos et clari nomen Aceſtæ *l*
Excierat: læto complerant littora cœtu, *m*
(b) Viſuri Æneadas, pars et certare (b) parati. *f*
Munera principio ante oculos, circoque locantur *k*
In medio: ſacri tripodes, virideſque coronæ, *o*
Et palmæ, pretium victoribus; armaque, et oſtro *b*
Perfuſæ veſtes, argenti aurique talenta: *a*
Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. *o*
Prima pares ineunt gravibus certamina remis *k*
Quatuor ex omni delectæ claſſe (c) carinæ. *m*
Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtin, *g*
Mox Italus Mneſtheus, genus à quo nomine Memmî: *p*
Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram, *f*
Urbis opus: triplici (d) pube quam Dardana verſu *l*
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi. *a*
Sergeſtuſque, domus tenet à quo Sergia nomen, *e*
Centauro invehitur magnâ: Scyllâque Cloanthus *f*
Cœruleâ, genus unde tibi, Romane Cluenti. *k*

ORDO.

Alii locant aḥéna *vaſa* órdine: fuſíque per herbam, ſubjiciunt prunas vérubus, et torrent víſcera *juvencórum*. Exſpectáta dies áderat, equíque Phaëthóntis jam vehébant nonam Auróram ſeréná luce: famáque et nomen clari Acéſtæ excíerat finítimos: compléverant líttora læto cœtu, *pars* viſúri Ænéadas, et pars paráti certáre. Princípio múnera locántur ante óculos, inque médio circo: ſacri trípodes, viridéſque corónæ, et palmæ, prétium victóribus; armáque, et veſtes perfúſæ oſtro, *et* talénta argénti aurique: et tuba canit commíſſos ludos médio ággere. Quátuor carínæ deléctæ ex omni claſſe, pares grávibus remis, ineunt prima certámina. Mneſtheus agit velócem *navem vocátam* Priſtin acri rémige, Mneſtheus, *inquam*, mox Italus, à quo nómine genus Mémmii *dúcitur*: Gyáſque *agit* ingéntem Chimæram ingénti mole, opus *inſtar* urbis: quam *navem* Dárdana pubes impéllunt tríplici verſu, *et cui* remi conſúrgunt terno órdine. Sergeſtúſque, à quo Sérgia domus tenet nomen, invéhitur magnâ *navi* Centáuro: Cloanthúſque, unde *eſt* genus tibi, Románe Cluénti, *invéhitur* cœrúleâ Scyllâ.

(a) *Metaphora.* (b) *Synthe ſis.* (c) *Synecdoche.* (d) *Metonymia.*

Eſt

Eſt procul in pelago ſaxum, ſpumantia contra *l*
Littora; quod tumidis ſubmerſum tunditur olim *l*
Fluctibus, hyberni condunt ubi ſidera Cori: *n*
Tranquillo ſilet, immotâque attollitur undâ *ſ*
Campus, et apricis ſtatio gratiſſima mergis. *p*
Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam *m*
Conſtituit, ſignum nautis, pater: unde reverti *n*
Scirent, et longos ubi circumflectere curſus. *g*
Tum loca ſorte legunt, ipſique in puppibus auro *l*
Ductores longe effulgent oſtróque decori: *a*
Cætera populeâ velatur fronde juventus, *l*
Nudatoſque humeros oleo perfuſa niteſcit: *e*
Conſidunt tranſtris, intentaque brachia remis *b*
Intenti exſpectant ſignum: exultantiaque (a) haurit *a*
Corda pavor pulſans, laudumque arrecta cupido. *m*
Inde ubi clara dedit ſonitum tuba; finibus omnes, *i*
Haud mora, proſiluere ſuis: ferit æthera clamor *i*
Nauticus, adductis ſpumant freta verſa lacertis. *n*
Infindunt pariter ſulcos: totumque dehiſcit *ſ*
Convulſum remis roſtriſque tridentibus æquor. *b*
Non tam præcipites bijugo certamine campum *e*
Corripuere, ruuntque (a) effuſi carcere currus. *l*

ORDO.

Eſt ſaxum procul in pélago, contra ſpumántia líttora; quod olim ſubmérſum túnditur túmidis flúctibus, ubi hybérni Cori condunt ſídera: tranquillo *témpore* ſilet, campúſque attóllitur immótâ undâ, et ſtátio gratiſſima apricis mergis. Hìc pater Ænéas conſtituit víridem metam ex frondénti ílice, ſignum nautis: unde ſcirent revérti, et ubi circumfléctere longos curſus. Tum *nautæ* legunt loca ſorte, ductoréſque ipſi effúlgent longè in púppibus, decóri auro oſtróque: cætera juvéntus velátur popúleâ fronde, perfuſáque óleo *per* nudátos húmeros, nitéſcit: conſídunt tranſtris, intentíque, *habéntes* bráchia inténta remis, exſpéctant ſignum: pulſánſque pavor, arrectáque cupído laudum, haurit exultántia corda. Inde, ubi clara turba dedit ſónitum; haud *eſt* mora, omnes proſiluére ſuis fínibus: náuticus clamor ferit æthera, *et* freta verſa addúctis lacértis ſpumant. Páriter infíndunt ſulcos *in aquis*: totúmque æquor dehíſcit convúlſum remis tridentibúſque roſtris. Currus non tam præcípites corripuére campum bíjugo certámine, ruúntque effúſi cárcere.

(a) *Metaphorâ.*

Nec ſic immiſſis aurigæ (a) undantia lora *a*
Concuſſere jugis, pronique in verbera pendent. *f*
Tum plauſu fremituque virûm ſtudiiſque faventum *d*
Conſonat omne nemus, vocemque incluſa (a) volutant *l*
Littora, pulſati colles clamore reſultant. *m*
Effugit ante alios, primuſque elabitur undis *l*
Turbam inter fremitumque Gyas: quem deinde Cloanthus *e*
Conſequitur, melior remis; ſed pondere (b) pinus *l*
Tarda tenet. Poſt hos æquo diſcrimine Priſtis *m*
Centauruſque locum tendunt ſuperare priorem. *b*
Et nunc Priſtis abit; nunc victam præterit ingens *f*
Centaurus; nunc una ambæ junctiſque feruntur *a*
Frontibus, et longâ (a) ſulcant vada ſalſa carinâ. *n*
Jamque propinquabant ſcopulo, metamque tenebant; *p*
Cum princeps medioque Gyas in gurgite victor *e*
Rectorem navis compellat voce Menœten; *a*
Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum. *e*
Littus ama, et lævas ſtringat ſine palmula cautes: *n*
Altum alii teneant. Dixit: ſed (a) cæca Menœtes *l*
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas: *p*
Quo diverſus abis? iterum, Pete ſaxa, Menœte, *d*

ORDO.

nec ſic aurígæ concuſſére undántia lora jugis immíſſis, proníque pendent in vérbera. Tum omne nemus cónſonat plauſu, fremitúque virórum, ſtudiíſque faventium, incluſáque líttora volútant vocem, *et* colles, pulſáti clamóre, reſúltant. Gyas éffugit ante álios, primúſque elábitur undis inter turbam fremitúmque: quem deínde Cloánthus conſéquitur, mélior remis; ſed pinus tarda póndere tenet *eum*. Poſt hos, æquo diſcrímine, Priſtis Centauríſque tendunt ſuperáre priórem locum. Et nunc Priſtis abit; nunc ingens Centáurus præterit *eam* victam; nunc ambæ ferúntur unà junctis fróntibus, et ſulcant ſalſa vada longâ carínâ. Jamque propinquábant ſcópulo, tenebántque metam; cùm Gyas princeps, *i. e. primus*, victórque, in médio gúrgite, compéllit Menœten rectórem navis *tali* voce; quò abis tantum dexter mihi? dírige curſum huc. Ama littus, et ſine *ut* pálmula, *i. e. remus* ſtringat lævas cautes: álii téneant altum. Dixit: ſed Menœtes, timens cæca ſaxa, detórquet proram ad undas pélagi: íterum Gyas revocábat cum clamóre, quò abis divérſus? Menœte, Pete ſaxa:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Cum

Cum clamore Gyas revocabat: et ecce Cloanthum *d*
Reſpicit inſtantem tergo, et propiora tenentem. *n*
Ille inter navemque Gyæ ſcopuloſque ſonantes *c*
(a) Radit iter lævum interior, ſubituſque priorem *o*
Præterit, et metis tenet æquora tuta relictis. *o*
Tum vero (a) exarſit juveni dolor oſſibus ingens, *c*
Nec lacrymis caruere genæ: ſegnemque Menœten, *k*
Oblitus decoriſque ſui ſociûmque ſalutis, *d*
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. *l*
Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter: *n*
Hortaturque viros, clavumque ad littora torquet. *f*
At gravis ut fundo vix tandem redditus imo eſt *m*
Jam ſenior, madidaque fluens in veſte Menœtes; *k*
Summa petit ſcopuli, ſiccaque in rupe reſedit. *l*
Illum et labentem Teucri, et riſere natantem: *a*
Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus. *g*
Hic læta extremis ſpes eſt (a) accenſa duobus, *a*
Sergeſto Mneſtheoque Gyam ſuperare morantem. *c*
Sergeſtus capit ante locum, ſcopuloque propinquat: *d*
Nec totâ tamen ille prior præeunte carinâ: *d*
Parte prior, partem roſtro premit æmula Priſtis. *n*
At media ſocios incedens nave per ipſos *l*

ORDO.

et ecce réſpicit Cloánthum inſtántem tergo, et tenéntem propióra *ſpátia*. Ille, intérior, radit lævum iter, inter navémque Gyæ ſonantéſque ſcópulos, ſubitúſque præterit priórem *navem*, et tenet tuta æquora, metis relictis. Tum verò ingens dolor exárſit júveni óſſibus, nec genæ caruére lácrymis: oblitúſque ſuíque décoris, ſalutíſque ſociórum, detúrbat ſegnem Menœten præcípitem in mare ab altâ puppi. Ipſe ſubit gubernáculo rector, ipſe magiſter *navis*: hortatúrque viros, torquétque clavum ad littora. At ut Menœtes, gravis, vix tandem eſt rédditus imo fundo, jam ſénior, fluénſque in mádidâ veſte; petit ſumma *faſtígia* ſcópuli, reſeditque in ſiccâ rupe. Teucri riſére illum, et labéntem et natántem; et rident *illum* revoméntem ſalſos fluctus péctore. Hìc læta ſpes eſt accénſa duóbus extrémis, Sergéſto Mneſtheóque, *poſſe* ſuperáre morántem Gyam. Sergéſtus capit locum antè, propinquátque ſcópulo; nec tamen *eſt* ille prior totâ carínâ præeúnte: *eſt* prior parte, *et* æmula Priſtis premit partem roſtro. At Mnéſtheus, incédens médiâ nave per ſócios ipſos, hortátur *eos*, *dicens*:

(a) *Metaphora*.

Hortatur Mneſtheus: Nunc, nunc inſurgite remis *a*
Hectorei ſocii, Trojæ quos ſorte ſuprema *l*
Delegi comites: nunc illas promite vires, *f*
Nunc animos; quibus in Gætulis ſyrtibus uſi, *l*
Ionioque mari, Maleæque ſequacibus undis. *i*
Non jam prima peto Mneſtheus, neque vincere certo. *h*
Quanquam ô! ſed ſuperent, quibus hoc Neptune dediſti. *e*
Extremos pudeat rediiſſe: hoc vincite, cives, *o*
Et prohibete nefas. Olli certamine ſummo *l*
Procumbunt: vaſtis tremit ictibus ærea (a) puppis, *c*
Subtrahiturque (b) ſolum: tum creber anhelitus artus *q*
Aridaque ora quatit: ſudor fluit undique (c) rivis. *q*
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem. *l*
Namque furens animi dum prorâ ad ſaxa ſuburget *l*
Interior, ſpatioque ſubit Sergeſtus (b) iniquo; *k*
Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit. *a*
Concuſſæ cautes, et acuto in (a) murice remi *g*
Obnixi crepuere, illiſaque prora pependit. *h*
Conſurgunt nautæ, et magno clamore morantur: *a*
Ferrataſque ſudes et acuta cuſpide contos *e*
Expediunt, fractoſque legunt in gurgite remos. *p*
At lætus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo, *a*

O R D O.

Hectórei ſocii, quos delégi comites ſuprémâ ſorte Trojæ, nunc, nunc inſúrgite remis: nunc promite illas vires, nunc *prómite* ánimos, quibus *fuiſtis* uſi in Gætúlis ſyrtibus, Ionióque mari, ſequacibúſque undis Maleæ. *Ego* Mnéſtheus non jam peto prima *loca*, neque certo víncere. Quanquam ô *útinam poſſem!* ſed *illi* ſúperent, quibus *tu*, Neptúne, dediſti. Púdeat *nos* rediviſſe extrémos: cives, víncite hoc, et prohibéte nefas, *i. e. dédecus*. Olli procúmbunt ſummo certámine: ærea puppis tremit vaſtis ictibus, ſolúmque, *i. e. æquor* ſubtráhitur: tum creber anhélitus quatit artus aridáque ora *rémigum:* ſudor fluit úndique rivis. Caſus ipſe áttulit optátum honórem viris. Namque dum Sergéſtus, furens ánimi, intérior ſubúrget prorâ ad ſaxa, ſubítque iníquo ſpátio; infélix hæſit in procurréntibus ſaxis. Cautes *ſunt* concúſſæ, et remi, obníxi in acúto múrice, crepuére, proráque illíſa pepéndit *in ſcópulis*. Nautæ conſúrgunt, et moránturque magno clamóre: expediúntque ferrátas ſudes et contos acútâ cúſpide, legúntque fractos remos in gúrgite. At Mnéſtheus lætus, acriórque ſuccéſſu ipſo,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Hyperbole.*

(a) Agmine

(a) Agmine remorum celeri, ventiſque vocatis, p
Prona petit maria, et pelago decurrit aperto. k
Qualis ſpeluncâ ſubito commota columba, g
Cui domus et dulces latebroſo in pumice nidi, p
Fertur in arva volans, plauſumque exterrita pennis l
Dat tecto ingentem: mox aëre lapſa quieto, b
(a) Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas: i
Sic Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat ultima Priſtis c
Æquora; ſic illam fert impetus ipſe (a) volantem. n
Et primum in ſcopulo luctantem deſerit alto f
Sergeſtum, brevibuſque vadis; fruſtraque vocantem e
Auxilia, et fractis diſcentem (a) currere remis. m
Inde Gyan, ipſamque ingenti mole Chimæram m
Conſequitur; cedit, quoniam ſpoliata magiſtro eſt. o
Solus jamque ipſo ſupereſt in fine Cloanthus: g
Quem petit, et ſummis adnixus viribus urget. m
Tum vero ingeminat clamor, cunctique ſequentem f
Inſtigant ſtudiis: reſonatque fragoribus æther. d
Hi proprium decus et partum indignantur honorem l
Ni teneant, vitamque volunt pro laude paciſci. p
Hos ſucceſſus alit: poſſunt, quia poſſe videntur. h
Et (b) fors æquatis cepiſſent præmia roſtris: a

ORDO.

céleri ágmine remórum, ventíſque vocátis, petit prona mária, et decúrrit apérto pélago. Qualis colúmba, cui domus, et dulces nidi *ſunt* in latebróſo púmice, commóta ſúbitò ſpelúncâ, fertur in arva volans, exterritáque dat ingéntem plauſum tecto pennis: mox lapſa quiéto áëre, radit líquidum iter, neque cómmovet céleres alas: ſic Mnéſtheus, ſic Priſtis ipſa ſecat última æquora fugâ; ſic impetus ipſe fert illam volántem. Et primùm déſerit Sergéſtum luctántem in alto ſcópulo, brevibúſque vadis; fruſtráque vocántem auxília, et diſcéntem cúrrere fractis remis. Inde conſéquitur Gyan, Chimærámque ipſam ingénti mole; *illa* cedit, quóniam eſt ſpoliáta magiſtro. Jamque Cloánthus ſolus ſúpereſt in fine ipſo: quem *Mnéſtheus* petit, et urget adnixus ſummis víribus. Tum verò clamor ingéminat, cunctique inſtígant *eum* ſequéntem ſtúdiis: æthérque réſonat fragóribus. Hi indignántur, ni téneant próprium decúſque et partum honórem, volúntque paciſci vitam pro laude. Succéſſus alit hos: poſſunt *vincere*, quia vidéntur *ſibi* poſſe. Et fors cepíſſent *pária* præmia æquátis roſtris:

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.*

Ni palmas ponto tendens utraſque Cloanthus
(a) Fudiſſetque preces, Divoſque in vota vocaſſet:
Dî, quibus imperium eſt pelagi, quorum æquora (a) curro;
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus, extaque ſalſos
Porriciam in fluctus, et vina liquentia fundam.
Dixit: eumque imis ſub fluctibus audiit omnis
Nereidum Phorcique chorus, Panopeaque virgo;
Et pater ipſe manu magna Portunus euntem
Impulit: (b) illa Noto citius volucrique ſagitta
Ad terram fugit, et portu ſe condidit alto.
Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro:
Muneraque in naves, ternos optare juvencos,
Vinaque, et argenti magnum dat ferre talentum.
Ipſis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.
Intextuſque puer frondoſâ regius Idâ
Veloces jaculo cervos curſuque fatigat,
Acer, anhelanti ſimilis; quem præpes ab Ida

a f k
236 f
n n n
240 o l i f m
245 a f m m h f
251 o f f p

ORDO.

Sic Cloánthus, tendens utráſque palmas ponto, fudiſſétque preces, vocaviſſetque Divos in vota, *dicens:* Dii, quibus eſt impérium pélagi, quorum æquora curro; ego lætus, reus voti, conſtituam, ante aras, candentem taurum vobis in hoc littore, porriciámque exta in ſalſos fluctus, et fundam liquéntia vina. Dixit: omníſque chorus Neréidum, Phorcíque, Panopeáque virgo audívit eum ſub imis flúctibus: et pater Portúnus ipſe ímpulit *eum* eúntem magnâ manu: illa *navis* fugit ad terram cítiùs Noto, volucríque ſagittâ, et cóndidit ſe alto portu. Tum *Ænéas* ſatus Anchíſâ, cunctis vocátis ex more, declárat Cloánthum victórem magnâ voce præcónis, advelátque *ejus* témpora víridi lauro: datque *ipſi* optáre ternos juvéncos, ferréque vina, et magnum taléntum argénti, múnera in naves. Addit præcípuos honóres ductóribus ipſis. *Dat* aurátam chlámydem *Cloánthо* victóri, circum quam plúrima Melibœa púrpura cucúrrit dúplici Mæándro. Regiúſque puer *Ganymedes* intéxtus, acer, ſímilis anheláti, fatígat velóces cervos frondóſâ Idâ jáculo curſúque:

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbole.*

Sublimem

Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis. d
Longævi palmas nequicquam ad ſidera tendunt a
Cuſtodes, ſævitque canum latratus in auras. g
At, qui deinde locum tenuit virtute ſecundum, e
Levibus huic hamis conſertam auroque trilicem m
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipſe g
Victor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto, i
Donat habere viro, decus et tutamen in armis. k
(a) Vix illam famuli Phegeus Sagariſque ferebant d
Multiplicem, connixi humeris; indutus at olim p
Demoleus, curſu palantes Troas agebat. m
Tertia dona facit geminos ex ære lebetas, k
Cymbiaque argento perfecta atque aſpera ſignis. m
Jamque adeo donati omnes, opibuſque ſuperbi, n
Puniceis ibant (b) evincti tempora tæniis: m
Cum ſævo è ſcopulo multa vix arte revulſus, f
Amiſſis remis, atque ordine debilis uno, b
Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat. e
Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens, h
Ærea quem obliquum rota tranſiit, aut gravis ictu o
Seminecem liquit ſaxo lacerumque viator: n
Nequicquam longos fugiens dat corpora tortus, g

ORDO.

quem *púerum* præpes *Aquila*, ármiger Jovis, rápuit ſublímem ab Idâ uncis pédibus. Longævi cuſtódes nequícquam tendunt palmas ad ſídera, latratúſque canum ſævit in auras. At *Æneas* donat huic viro *Mnéſtheo*, qui deínde ténuit ſecúndum locum virtúte, habére lorícam, conſértam lévibus hamis, trilicémque auro, quam ipſe victor detráxerat Demóleo ad rápidum *flúvium* Simoénta ſub alto Ilio, decus et tutámen in armis. Vix *duo* fámuli Phégeus Sagaríſque, connixi húmeris, ferébant illam multíplicem *lorícam*; at olim Demóleus indútus *illâ* agébat palántes Troas curſu. Facit tértia dona géminos lebétas ex ære, cymbiáque perfécta argénto atque áſpera ſignis. Jamque ádeò omnes donáti, ſuperbíque ópibus, ibant evíncti *quoad* témpora puníceis tæniis: cùm Sergéſtus, vix revúlſus è ſævo ſcópulo multâ arte, remis amíſſis, atque débilis uno órdine, agébat ratem irríſam ſine honóre. Qualis ſæpe ſerpens deprénſus in ággere viæ, quem ærea rota tranſit oblíquum, aut gravis viátor liquit ſemínecem ictu, lacerúmque ſaxo: nequícquam fúgiens dat longos tortus córpore,

(a) *Hyperbole.* (b) *Helleniſmus.*

Parte

Parte ferox, ardenſque oculis, et ſibila colla *p*
Arduus attollens; pars vulnere clauda retentat *n*
Nexantem nodos, ſeque in ſua membra plicantem. *b*
Tali remigio navis ſe tarda movebat: *f*
Vela facit tamen, et plenis ſubit oſtia velis. *q*
Sergeſtum Æneas promiſſo munere donat, *a*
Servatam ob navem lætus ſocioſque reductos. *b*
(a) Olli ſerva datur, operum haud ignara Minervæ, *e*
Creſſa genus, Pholoe, geminique ſub ubere nati *i*
Hoc pius Æneas miſſo certamine, tendit *m*
Gramineum in campum, quem collibus undique curvis *n*
Cingebant ſylvæ: mediaque in valle theatri *g*
Circus erat, quo ſe multis cum millibus heros *m*
Conſeſſu medium tulit, exſtructoque reſedit. *e*
Hic qui forte velint rapido contendere curſu, *e*
Invitat pretiis animos, et præmia ponit. *e*
Undique conveniunt Teucri, miſtique Sicani: *l*
Niſus et Euryalus, primi. *l*
Euryalus formâ inſignis, (b) viridique juventa; *n*
Niſus, amore pio pueri: quos deinde ſecutus *k*
Regius egregia Priami de (b) ſtirpe Diores. *k*
Hunc Salius, ſimul et Patron: quorum alter Acarnan; *l*

ORDO.

ferox parte, ardénſque óculis, et árduus attóllens ſíbila colla: pars, clauda vúlnere, reténtat *eum* nexantém nodos, plicantémque ſe in ſua membra. Tarda navis movébat ſe tali remígio: tamen facit vela, et ſubit óſtia plenis velis. Ænéas donat Sergéſtum promiſſo múnere, lætus ob ſervátam navem, reductóſque ſócios. Phóloe, ſerva datur olli, haud ignára óperum Minérvæ, Creſſa *quoad* genus, geminique nati ſub úbere. Hoc certámine miſſo, pius Ænéas tendit in gramíneum campum, quem ſylvæ cingébant curvis cóllibus úndique: inque médiâ valle erat circus theátri, quo heros tulit ſe médium cum multis míllibus, reſedítque exſtrúcto conſéſſu. Hìc invítat ánimos *eórum* prétiis, qui fortè velint conténdere rápido cúrſu, et ponit præmia *iis*. Teucri, Sicaniíque miſti convéniunt úndique: Niſus et Euryalus, primi *convéniunt*. Euryalus inſignis formâ, viridíque juvéntâ; Niſus *inſignis* pio amóre púeri: quos deinde régius Dióres ſecútus, *ortus* de egrégiâ ſtirpe Príami. Sálius *eſt ſecútus* hunc, et ſimul Patron: quorum alter *erat* Acárnan;

(a) *Antithesis.* (b) *Metaphora.*

Alter

Alter ab Arcadia, Tegeææ ſanguine gentis. *k*
Tum duo Trinacrii juvenes, Elymus Panopeſque, *i*
Aſſueti ſylvis, comites ſenioris Aceſtæ. *c*
Multi præterea, quos fama obſcura recondit. *f*
Æneas quibus in mediis ſic deinde loquutus: *e*
Accipite hæc animis, lætaſque advertite mentes: *l*
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. *e*
Gnoſſia bina dabo lævato lucida ferro *l*
Spicula, cælatamque argento ferre bipennem: *m*
Omnibus hic erit unus honos. Tres præmia primi *k*
Accipient, flavâque (a) caput nectentur olivâ. *p*
Primus equum phaleris inſignem victor habeto. *l*
Alter Amazoniam pharetram, plenamque ſagittis *k*
Threïciis; lato quam circum amplectitur auro *m*
Balteus, et tereti ſubnectit fibula gemmâ. *l*
Tertius Argolicâ hac galeâ contentus abito. *k*
Hæc ubi dicta: locum capiunt, ſignoque repente *k*
Corripiunt ſpatia audito, limenque relinquunt *l*
(b) Effuſi, nimbo ſimiles: ſimul ultima ſignant. *c*
Primus abit, longeque ante omnia corpora Niſus *n*
Emicat, et (c) ventis et fulminis ocior alis. *n*
Proximus huic, longo ſed proximus intervallo, * *n*

ORDO.

alter ab Arcádiâ, *à* ſánguine Tegeææ gentis. Tum duo Trinácrii júvenes, Elymus Panopéſque, aſſuéti ſylvis, cómites ſenióris Acéſtæ. Multi prætérea, quos obſcúra fama recóndit. In médiis quibus deínde Ænéas *eſt* loquútus ſic: accípite hæc ánimis, advertitéque lætas mentes: nemo ex hoc número abíbit non donátus mihi. Dabo *cuique* ferre bina Gnóſſia ſpícula, cælatámque bipénnem argénto: hic erit unus honos omnibus. Tres primi *victóres* accípient præmia, nectentúrque *quoad* caput flavâ olívâ. Primus victor habéto equum inſignem pháleris. Alter *habéto* Amazóniam pharétram, plenámque Threíciis ſagíttis: quam bálteus circum ampléctitur lato auro, et fíbula ſubnéctit téreti gemmâ. Tértius *victor* abito conténtus hâc Argólicâ gáleâ. Ubi hæc *ſunt* dicta, cápiunt locum, ſignóque audíto, repénte corrípiunt ſpátia, relinquúntque limen effúſi, ſímiles nimbo: ſimul ſignant última *ſpátia*. Niſus primus abit, emicátque longè ante ómnia córpora, ócior et ventis et alis fúlminis. Sálius, próximus huic, ſed próximus longo intervállo, inſéquitur.

(a) *Hellenjſmus.* (b) *Metaphora.* (c) *Hyperbole.*

Inſequitur Salius. Spatio poſt deinde relicto *k*
Tertius Euryalus. *i*
Euryalumque Elymus ſequitur. Quo deinde ſub ipſo *k*
Ecce (a) volat, calcemque terit jam calce Diores, *p*
Incumbens humero: ſpatia et ſi plura ſuperſint, *e*
Tranſeat elapſus prior, ambiguumve relinquat. *o*
Jamque fere ſpatio extremo feſſique ſub ipſum *l*
Finem adventabant: levi cum ſanguine Niſus *a*
Labitur infelix; cæſis ut forte juvencis, *m*
Fuſus humum virideſque ſuper madefecerat herbas. *i*
Hic juvenis, jam victor ovans, veſtigio preſſo *p*
Haud tenuit titubata ſolo: ſed pronus in ipſo *k*
Concidit immundoque ſimo ſacroque cruore. *p*
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum: *l*
Nam ſeſe oppoſuit Salio, per lubrica ſurgens; *e*
Ille autem ſpiſsâ jacuit revolutus arenâ. *c*
Emicat Euryalus, et munere victor amici *q*
Prima tenet, plauſuque (a) volat fremituque ſecundo. *o*
Poſt Elymus ſubit, et nunc tertia palma Diores. *q*
Hic totum caveæ conſeſſum ingentis, et ora *f*
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet; *p*
Ereptumque dolo reddi ſibi poſcit honorem. *b*

O R D O.

Deinde, ſpátio relícto poſt *Sálium*, Euryalus *inſequitur* tértius. Elymúſque ſéquitur Euryalum. Sub quo ipſo deínde ecce Dióres volat, jamque terit calcem calce, incúmbens húmero: et ſi plura ſpátia ſupérſint, eláplus prior tránſeat *eum*, relinquátve ambíguum. Jamque *póſiti* ferè extrémo ſpátio, feſſique, adventábant ſub ipſum finem *curſus:* cùm infélix Niſus lábitur levi ſánguine; ut fortè, juvéncis cæſis, *ſanguis* fuſus ſuper humum, madefécerat *eam*, viridéſque herbas. Hìc júvenis, jam victor, ovans, haud ténuit titubáta veſtígia preſſo ſolo. Sed cóncidit pronus in immundóque ſimo ipſo, ſacróque cruóre. Tamen ille non *eſt oblítus* Euryali, non oblítus amórum, *i. e. amicítiæ:* nam oppóſuit ſeſe Sálio, ſurgens per lúbrica *loca*; autem ille jácuit revolútus ſpiſſâ aréna. Euryalus émicat, et victor múnere amici tenet prima *loca*, volátque plauſu ſecundóque frémitu. Pòſt Elymus ſubit, et nunc Dióres tértia palma, *i. e. tértius victor.* Hìc Sálius implet totum conſéſſum ingéntis cáveæ, et prima ora patrum magnis clamóribus; poſcítque honórem eréptum dolo reddi ſibi.

(a) *Metaphora.*

Tutatur

Tutatur favor Euryalum, lacrymæque decoræ, d
Gratior et pulchro veniens in corpore virtus. p
Adjuvat, et magnâ proclamat voce Diores: m
Qui ſubiit palmæ; fruſtraque ad præmia venit m
Ultima, ſi primi Salio redduntur honores. p
Tum pater Æneas: Veſtra, inquit, munera vobis m
Certa manent, pueri, et palmam movet ordine nemo. q
Me liceat caſus miſereri inſontis amici. p
Sic fatus, tergum Getuli immane leonis a
Dat Salio, villis oneroſum atque unguibus aureis. p
Hic Niſus: Si tanta, inquit, ſunt præmia victis, a
Et te lapſorum miſeret; quæ munera Niſo g
Digna dabis, primam merui qui laude coronam; p
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tuliſſet? h
Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, et udo p
Turpia membra fimo. Riſit pater optimus (a) olli, q
Et clypeum efferri juſſit, Didymaonis artes, n
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum. g
Hoc juvenem egregium præſtanti munere donat. i
Poſt ubi confecti curſus, et dona peregit: m
Nunc, ſi cui virtus animuſque in pectore præſens, g
Adſit, et evinctis attollat brachia (b) palmis. m

ORDO.

Favor tutátur Euryalum, decoræque lácrymæ, et grátior virtus vénicns in pulchro córpore. Dióres ádjuvat *cum*, et proclámat magnâ voce: qui ſubívit *tértius* palmæ; fruſtráque venit ad última præmia, ſi primi honóres reddúntur Sálio. Tum pater Ænéas inquit: púeri, veſtra múnera manent certa vobis, et nemo movet palmam órdine. Líceat, me miſeréri caſûs inſóntis amíci. Fatus ſic, dat immáne tergum Getúli leónis Sálio, oneróſum villis, atque áureis únguibus. Hìc Niſus inquit: ſi ſunt tanta præmia victis, et míſeret te lapſórum; quæ digna múnera dabis *mihi* Niſo, qui mérui primam corónam laude; ni *illa* inimíca fortúna tuliſſet me, quæ *tuliſſet* Sálium? Et, his dictis, ſimul oſtentábat fáciem, et membra túrpia udo fimo. Optimus pater *Ænéas* riſit olli, et juſſit clypeum, artes Didymáonis, efférri, refixum *à* Dánais de ſacro poſte Neptúni. Donat egrégium júvenem hoc præſtánti múnere. Pòſt, ubi curſus *ſunt* confécti, et *Ænéas* perégit dona, *inquit:* nunc, ſi *eſt* cui virtus animúſque præſens in péctore, adſit *huc*, et attóllat bráchia palmis evínctis.

(a) *Antithesis.* (b) *Synecdoche.*

Sic ait, et geminum pugnæ proponit honorem: i
Victori velatum auro vittisque juvencum; a
Ensem, atque insignem galeam solatia victo. g
Nec mora: continuo vastis cum viribus effert l
(a) Ora Dares, magnoque virûm se murmure tollit: p
Solus qui Paridem solitus contendere contra: e
Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector, b
Victorem Buten immani corpore, qui se a
Bebryciâ veniens Amyci de gente ferebat, k
Perculit, et fulvâ moribundum extendit arenâ. p
Talis prima Dares caput altum in prœlia tollit, e
Ostenditque humeros latos, alternaque jactat f
Brachia protendens, et verberat ictibus auras. n
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto l
Audet adire virum, manibusque inducere cestus. k
Ergo alacris, cunctosque putans excedere palma, p
Æneæ stetit ante pedes: nec (b) plura moratus, e
Tum lævâ taurum cornu tenet, atque ita fatur: b
Nate Dea, si nemo audet se credere pugnæ, m
Quæ finis standi? (c) quo me decet (c) usque teneri? b
Ducere dona jube. Cuncti simul ore fremebant q
Dardanidæ, reddique viro promissa jubebant. p

ORDO.

Sic ait, et propónit géminum honórem pugnæ: juvéncum velátum auro vittísque victóri: ensem, atque insignem gáleam, solátia victo. Nec *est* mora: contínuò Dares effert ora cum vastis víribus, tollítque se magno múrmure virórum: qui solus *fúerat* sólitus conténdere contra Páridem: idémque, *qui*, ad túmulum, quo máximus Hector óccubat, pérculit victórem Buten immáni córpore, qui, véniens, ferébat se *esse ortum* de Bebrycià gente, et exténdit *eum* moribúndum fulvâ aréná. Dares talis tollit altum caput in prima prœlia, ostenditque latos húmeros; protendensque altérna brachia jactat *ea*, et vérberat auras ictibus. Alius quæritur huic: nec quisquam ex tanto ágmine audet adíre virum, induceréque cestus mánibus. Ergo *Dares* álacris, putánsque cunctos excédere palmâ, stetit ante pedes Ænéæ: nec morátus plura, *i. e. plùs*, tum lævâ *manu* tenet taurum cornu, atque ita fatur: nate Deâ, si nemo audet crédere se pugnæ, quæ *erit* finis standi? quoùsque decet me tenéri? jube *me* dúcere dona. Simul cuncti Dardánidæ fremébant ore, jubebántque *præmia* promíssa reddi viro.

(a) *Synecdoche.* (b) *Antimeria.* (c) *Tmesis.*

Hic

Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes, *m*
Proximus ut viridante toro conſederat (a) herbæ: *k*
Entelle, heroum quondam fortiſſime fruſtra, *a*
Tantane tam patiens nullo certamine tolli *l*
Dona ſines? ubi nunc nobis Deus ille, magiſter *q*
Nequicquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem *d*
Trinacriam, et ſpolia illa tuis pendentia (b) tectis? *k*
Ille ſub hæc: non laudis amor, nec gloria ceſſit *p*
Pulſa metu: ſed enim gelidus tardante ſenectâ *k*
Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires. *m*
Si mihi, quæ quondam fuerat, quâque improbus iſte *p*
Exultat fidens, ſi nunc foret illa juventa; *v*
Haud equidem pretio inductus pulchroque juvenco *l*
Veniſſem: nec dona moror. Sic deinde locutus, *g*
In medium geminos immani pondere ceſtus *l*
Projecit: quibus acer Eryx in prœlia ſuetus *e*
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo. *n*
Obſtupuere animi: tantorum ingentia ſeptem *l*
Terga boum plumbo inſuto ferroque rigebant. *m*
Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longeque recuſat: *e*
Magnanimuſque (c) Anchiſiades et pondus, et ipſa *f*
Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat. *b*

ORDO.

Hìc gravis Acéſtes caſtígat Entéllum dictis, ut conſéderat próximus *illi* viridánte toro herbæ: *ait:* Entélle, fruſtra fortíſſime heróum quondam, tantáne dona *tu* tam pátiens ſines tolli nullo certámine? Ubi nunc *eſt* ille Deus Eryx, nequícquam memorátus nobis tuus magiſter? ubi *eſt tua* fama *ſparſa* per omnem Trinácriam, et illa ſpólia pendéntia tuis tectis? Ille ſub hæc *ait:* non amor laudis, nec gloria pulſa metu ceſſit: ſed enim, gélidus ſanguis hebet ſenéctâ tardánte, effœtæque vires frigent in córpore. Si *nunc*, ſi nunc foret mihi illa juvénta, quæ fúerat quondam, quâque iſte ímprobus *Dares* fidens exúltat; veniſſem *ad pugnam*, haud équidem indúctus prétio, pulchróque juvénco: nec moror dona. Sic locútus, deínde projécit géminos ceſtus immáni pondere in médium: quibus acer Eryx *fúerat* ſuetus ferre manum in prœlia, intenderéque brachia duro tergo, *i. e. cório.* Animi *ſpectatórum* obſtupuére: ſeptem ingéntia terga, *i. e. cória* tantórum boum rigébant plumbo ferróque inſúto. Ante omnes Dares ipſe ſtupet, longéque recúſat *pugnáre:* magnanimúſque Anchiſíades verſat huc illuc et pondus, et imménſa volúmina vinculórum ipſa.

(a) *Enallage.* (b) *Metonymia.* (c) *Antonomaſia.*

Tum

Tum ſenior tales referebat pectore voces: *p*
Quid ſi quis ceſtus ipſius et Herculis arma *b*
Vidiſſet, triſtemque hoc ipſo in littore pugnam? *a*
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat. *h*
Sanguine cernis adhuc ſparſoque infecta cerebro. *l*
His magnum (a) Alciden contra ſtetit: his ego ſuetus, *b*
Dum melior vires ſanguis dabat, æmula necdum *n*
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. *l*
Sed ſi noſtra Dares hæc Troïus arma recuſat, *h*
Idque pio ſedet Æneæ, probat auctor Aceſtes; *q*
Æquemus pugnas. Erycis tibi terga remitto, *c*
(b) Solve metus: et tu Trojanos exue ceſtus. *m*
Hæc fatus, duplicem ex humeris dejecit amictum: *e*
Et magnos membrorum artus, magna oſſa lacertoſque *a*
Exuit: atque ingens mediâ conſiſtit arenâ. *p*
Tum ſatus Anchiſa ceſtus pater extulit æquos, *n*
Et paribus (c) palmas amborum innexuit armis. *m*
Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterque, *l*
Brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras. *q*
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu: *b*
Immiſcentque manus manibus, pugnamque laceſſunt. *e*
Ille, pedum melior motu, fretuſque juventâ: *l*

O R D O.

Tum ſénior *Entéllus* referébat tales voces péctore: quid ſi quis *veſtrûm* vidiſſet ceſtus et arma Hérculis ipſius, triſtémque pugnam in hoc littore ipſo? Tuus germánus Eryx quondam gerébat hæc arma. Cernis *ea* adhuc infecta ſánguine ſparſóque cerebro. His *armis* ſtetit contra magnum Alciden: ego *fui* ſuetus *pugnáre* his, dum mélior ſanguis dabat vires, necdum æmula ſenéctus ſparſa géminis tempóribus canébat. Sed ſi Troïus Dares recúſat hæc noſtra arma, idque ſedet pio *Ænéæ*, *et* Acéſtes auctor *hujus pugnæ* probat *id*; æquémus pugnas. Remítto terga, *i. e. coria* Erycis tibi, ſolve metus: et tu éxue Trojános ceſtus. *Entéllus* fatus hæc, dejécit dúplicem amíctum ex húmeris; et éxuit magnos artus membrórum, magna oſſa, lacertóſque: atque ingens conſiſtit médiâ aréná. Tum pater *Ænéas*, ſatus Anchiſâ, éxtulit æquos ceſtus, et innéxuit palmas ambórum páribus armis. Extémplo utérque conſtitit arréctus in dígitos *pedum*, interritúſque éxtulit bráchia ad ſúperas auras. Abduxére árdua cápita longè retrò ab ictu; immiſcéntque manus mánibus, laceſſúntque pugnam. Ille *Dares*, mélior motu pedum, fretúſque juvéntâ:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Hic,

Hic, membris et mole valens; ſed tarda trementi *g*
(a) Genua labant: vaſtos quatit æger anhelitus artus. *o*
Multa viri nequicquam inter ſe (b) vulnera jactant, *m*
Multa cavo lateri ingeminant, et pectore vaſtos *k*
Dant ſonitus, erratque aures et tempora circum *m*
Crebra manus: duro crepitant ſub vulnere malæ. *p*
Stat gravis Entellus, niſuque immotus eodem: *m*
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit. *i*
Ille, velut celſam oppugnat qui molibus urbem, *m*
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis; *f*
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat *g*
Arte locum, et variis aſſultibus irritus urget. *q*
Oſtendit dextram inſurgens Entellus, et alte *a*
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox *p*
Prævidit, celerique elapſus corpore ceſſit. *f*
Entellus vires in ventum (c) effudit, et ultro *a*
Ipſe gravis graviterque ad terram pondere vaſto *l*
Concidit: ut quondam cava concidit, aut Erymantho, *o*
Aut Ida in magna, radicibus eruta pinus. *b*
Conſurgunt ſtudiis Teucri et Trinacria pubes: *f*
It clamor cœlo: primuſque accurrit Aceſtes, *a*
Æquævumque ab humo miſerans attollit amicum. *e*

ORDO.

hic *Entéllus*, valens membris et mole; ſed tarda genua labant *illi* tremènti: æger anhélitus quatit vaſtos artus. Viri jactant multa vúlnera nequícquam inter ſe, ingéminant multa cavo láteri, et dant vaſtos ſónitus péctore, crebráque manus errat circum aures et témpora: malæ crépitant ſub duro vúlnere. Entéllus ſtat gravis, immotúſque eódem niſu: modò exit, *i. e. elúdit* tela córpore atque vigilántibus óculis. Ille *Dares*, velut qui oppúgnat celſam urbem mólibus, aut ſedet circum montána caſtella ſub armis, perérrat nunc hos, nunc illos áditus, omnémque locum arte, et írritus urget *eum* váriis aſſúltibus. Entéllus inſúrgens oſténdit dextram, et éxtulit *eam* altè: ille *Dares* velox prævídit ictum veniéntem à vértice, elapſúſque céleri córpore ceſſit. Entéllus effúdit vires in véntum, et ipſe gravis gravitérque cóncidit ultro ad terram vaſto póndere: ut quondam cava pinus, éruta radícibus, cóncidit, aut Erymántho, aut in magnâ Idâ. Teucri et Trinácria pubes conſúrgunt ſtúdiis: clamor it cœlo: primúſque Acéſtes accúrrit, miſeránſque attóllit æquævum amícum ab humo.

(a) *Synæreſis.* (b) *Catachreſis.* (c) *Metaphora.*

At

At non tardatus caſu, neque territus heros, *b*
Acrior ad pugnam redit, ac vim ſuſcitat ira: *p*
Tum pudor (a) incendit vires, et conſcia virtus: *m*
Præcipitemque Daren (a) ardens agit æquore toto; *q*
Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtrâ. *f*
Nec mora, nec requies: quam multa grandine nimbi *l*
(b) Culminibus crepitant; ſic denſis ictibus heros *l*
(c) Creber utrâque manu pulſat verſatque Dareta. *l*
Tum pater Æneas, procedere longius iras, *n*
Et ſævire animis Entellum haud paſſus acerbis: *f*
Sed finem impoſuit pugnæ; feſſumque Dareta *f*
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur: *m*
Infelix! quæ tanta animum dementia cepit? *g*
Non vires alias, converſaque numina ſentis? *b*
Cede Deo. Dixitque, et prœlia voce diremit. *n*
Aſt illum fidi æquales, genua ægra trahentem, *b*
Jactantemque utroque caput, craſſumque cruorem *g*
Ore rejectantem, mixtoſque in ſanguine dentes, *m*
Ducunt ad naves: galeamque enſemque vocati *g*
Accipiunt: palmam Entello taurumque relinquunt. *m*
Hic victor, ſuperans animis, tauroque ſuperbus, *e*
Nate Deâ, voſque hæc, inquit, cognoſcite Teucri: *m*

O R D O.

At heros, non tardátus caſu, neque térritus, redit ácrior ad pugnam, ac ira ſúſcitat vim: tum pudor, et cónſcia virtus incéndit vires: ardénſque agit Daren præcípitem toto æquore, *i. e. campo*; ille ingéminans ictus nunc dextrâ, nunc ſiniſtrâ *manu*. Nec mora, nec requies *datur*: quàm multâ grándine nimbi crépitant culmínibus; ſic, denſis ictibus, heros creber pulſat verſátque Daréta utrâque manu. Tum pater Ænéas haud *eſt* paſſus iras procédere lóngiùs, et Entéllum ſævíre acerbis ánimis: ſed impóſuit finem pugnæ; eripuítque Daréta ſeſſum, mulcens *eum* dictis, ac fatur tália: infélix! quæ tanta deméntia cepit *tuum* ánimum? non ſentis álias vires, conver.áque númina? cede Deo. Dixítque, et dirémit prœlia voce. Aſt fidi æquáles ducunt illum ad naves, trahéntem ægra génua, jactantémque caput utróque *húmero*, rejectantémque craſſum cruórem ore, dentéſque mixtos in ſánguine: vocatíque accípiunt gáleam, enſémque: relínquunt palmam taurúmque Entéllo. Hìc victor ſúperans ánimis, ſuperbúſque tauro, inquit, nate Deâ, voſque Teucri cognóſcite hæc:

(a) *Metathora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Antimeria.*

Et

Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires, k
Et quâ ſervetis revocatum à morte Dareta. g
Dixit, et adverſi contra ſtetit (a) ora juvenci, n
Qui donum aſtabat pugnæ: duroſque reductâ a
Libravit dextrâ media inter cornua ceſtus g
Arduus, effractoque illiſit in oſſa cerebro. n
Sternitur, exanimiſque tremens procumbit humi bos. k
Ille ſuper tales effudit pectore voces: m
Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis k
Perſolvo: hic victor ceſtus artemque repono. a
Protinus Æneas celeri certare ſagittâ p
Invitat, qui forte velint, et præmia ponit: g
Ingentique manu malum de nave Sereſti f
Erigit; et volucrem trajecto in fune columbam, l
Quò tendant (b) ferrum, malo ſuſpendit ab alto. a
Convenere viri, dejectamque ærea ſortem f
Accepit galea: et primus clamore ſecundo f
(c) Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis: n
Quem modo navali Mneſtheus certamine victor m
Conſequitur, viridi Mneſtheus evinctus olivâ. l
Tertius Eurytion, tuus, ô clariſſime, frater, k
Pandare: qui quondam, juſſus confundere fœdus, m

BIBLIOTHECA BODLEIANA

ORDO.

et quæ vires fúerint mihi in juvenili córpore, et à quâ morte revocátum ſervétis Daréta. *Entéllus* dixit, et ſtetit contra ora advérſi juvénci, qui aſtábat donum pugnæ: arduúſque, dextrâ redúctâ, librávit duros ceſtus inter média córnua, illiſítque *eos* in oſſa, cérebro effráćto. Bos ſtérnitur, exanimíſque tremens procúmbit humi. Ille effúdit tales voces péctore ſuper *bovem:* Eryx, perſólvo tibi hanc meliórem ánimam pro morte Darétis: victor repóno ceſtus artémque hìc. Prótinus Ænéas invítat *eos*, qui fortè velint, certáre céleri ſagíttâ, et ponit præmia *iis:* ingentíque manu érigit malum de nave Seréſti; et ab alto malo ſuſpéndit vólucrem colúmbam in trajécto ſune, quò tendant ferrum. Viri convenére, æreáque gálea accépit dejéctam ſortem: et ſecúndo clamóre, primus, ante omnes, exit locus Hippocoóntis Hyrtácidæ: quem Mneſtheus, modò victor naváli certámine, conſéquitur, Mneſtheus evínctus víridi olívâ. Tértius *eſt* Eurytion, tuus frater, ô clariſſime Pándare: qui quondam, juſſus confúndere fœdus,

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Antonomaſia.*

In medios telum torſiſti primus Achivos. *m*
Extremus galeâque imâ ſubſedit Aceſtes, *f*
Auſus et ipſe manu juvenum tentare laborem. *k*
Tum validis flexos incurvant viribus arcus *m*
Pro ſe quiſque viri, et depromunt tela pharetris: *f*
Primaque per cœlum nervo ſtridente ſagitta *m*
(a) Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras, *k*
Et venit, adverſique infigitur arbore mali. *n*
Intremuit malus, timuitque exterrita pennis *p*
Ales, et ingenti ſonuerunt omnia plauſu: *p*
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu *a*
Alta petens, pariterque oculos telumque tetendit: *k*
Aſt ipſam miſerandus avem contingere (b) ferro *e*
Non valuit; nodos et vincula linea rupit, *n*
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto. *f*
Illa Notos atque atra volans in nubila fugit. *p*
Tum rapidus jamdudum arcu contenta parato *m*
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit: *p*
Jam vacuo lætam cœlo ſpeculatus, et alis *n*
Plaudentem, nigra figit ſub nube columbam. *a*
Decidit exanimis, vitamque reliquit in aſtris *q*
Aëriis, fixamque refert delapſa ſagittam. *p*

ORDO.

primus torſiſti telum in médios Achívos. Aceſtéſque ſubſédit extrémus imâ gáleâ, ipſe et auſus tentáre labórem júvenum *ſuâ* manu. Tum viri, quiſque pro ſe, incúrvant flexos arcus válidis viribus, et depró-munt tela pharétris: ſagittáque júvenis Hyrtácidæ prima divérberat vólucres auras nervo ſtridénte per cœlum, et venit, infigitúrque árbore advérſi mali. Malus intrémuit, aléſque extérrita tímuit *tremèntibus* pennis, et ómnia *loca* ſonuérunt ingénti plauſu. Pòſt acer Mneſtheus cónſtitit addúcto arcu, paritérque teténdit óculos telúmque, petens alta: aſt *ille* miſerándus non váluit contíngere avem ipſam ferro; rupit nodos et línea víncula, queis *colúmba*, innéxa *quoad* pedem, pendébat ab alto malo. Illa fugit volans in Notos atque atra núbila. Tum rápidus Eurytion, jamdúdum tenens conténta tela paráto arcu, vocávit fratrem *Pándarum* in vota: ſpeculátus colúmbam jam lætam vácuo cœlo, et plaudéntem alis, figit *eam* ſub nigrâ nube. *Colúmba* décidit exánimis, reliquítque vitam in aëriis aſtris, delápſaque refert fixam ſagittam.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.*

Amiſsâ

Amiſsâ ſolus palmâ ſuperabat Aceſtes: *b*
Qui tamen æthereas telum contorſit in auras, *l*
Oſtentans artem pariter arcumque ſonantem. *g*
Hic oculis ſubito objicitur magnoque futurum *k*
Augurio monſtrum: docuit poſt exitus ingens, *p*
Seraque terrifici cecinerunt omina vates. *k*
Namque volans liquidis in nubibus arſit (a) arundo, *q*
Signavitque viam flammis, tenueſque receſſit *b*
Conſumpta in ventos: cœlo ceu ſæpe refixa *a*
Tranſcurrunt, (b) crinemque volantia ſidera ducunt. *c*
Attonitis hæſere animis, ſuperoſque precati *o*
Trinacrii Teucrique viri: nec maximus omen *p*
Abnuit Æneas: ſed lætum amplexus Aceſten *m*
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur: *l*
Sume, pater, nam te voluit rex magnus Olympi *p*
Talibus auſpiciis exortem ducere honorem. *l*
Ipſius Anchiſæ longævi hoc munus habebis: *m*
Cratera impreſſum ſignis, quem Thracius olim *a*
Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus *f*
Ferre ſui dederat monimentum et pignus amoris. *k*
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro, *g*
Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten. *a*

ORDO.

Acéſtes ſolus ſuperábat, palmâ amíſsâ: qui tamen contórſit telum in æthéreas auras, oſténtans páriter artem, ſonantémque arcum. Hìc ſúbitò monſtrum objicitur óculis, futurúmque magno augúrio: ingens éxitus dócuit *hoc* pòſt, terrificíque vates cecinérunt ſera ómina. Namque arúndo, volans in líquidis núbibus, arſit, ſignavítque viam flammis, conſumptáque recéſſit in ténues ventos: ceu ſæpe ſídera refíxa cœlo tranſcúrrunt, volantiáque ducunt crinem. Trinácrii Teucríque viri hæſére attónitis ánimis, precatíque ſúperos: nec máximus Ænéas ábnuit omen: ſed ampléxus lætum Acéſten, cúmulat *eum* magnis munéribus, ac fatur tália: pater, ſume, nam magnus rex Olympi vóluit te dúcere exórtem honórem tálibus auſpíciis. Habébis hoc munus longævi Anchíſæ ipſíus: cratéra impréſſum ſignis, quem olim Ciſſeus Thrácius *rex* déderat *meo* genitóri Anchíſæ in magno múnere, ferre *quaſi* moniméntum et pignus ſui amóris. Sic fatus, cingit *ejus* témpora viridánti lauro, et appéllat Acéſten primum victórem ante omnes.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Nec bonus Eurytion prælato invidit honori, *l*
Quamvis ſolus avem cœlo dejecit ab alto. *f*
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit: *l*
Extremus, volucri qui fixit (a) arundine malum. *h*
At pater Æneas, nondum certamine miſſo, *m*
Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iüli *g*
Epytiden vocat, et fidam ſic fatur ad aurem: *l*
Vade, age: et, Aſcanio, ſi jam puerile paratum *q*
Agmen habet ſecum, curſuſque inſtruxit equorum, *m*
Ducat avo turmas, et ſeſe oſtendat in armis, *m*
Dic, ait. Ipſe omnem longo decedere circo *m*
(b) Infuſum populum, et campos jubet eſſe patentes. *h*
Incedunt pueri, pariterque ante (c) ora parentum *e*
Frænatis lucent in equis: quos omnis euntes *g*
Trinacriæ mirata fremit Trojæque juventus. *p*
Omnibus in morem tonsâ coma preſſa coronâ: *n*
Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro, *l*
Pars leves humero pharetras: it pectore ſummo *e*
Flexilis obtorti per collum circulus auri. *m*
Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur *l*
Ductores: pueri biſſeni quemque ſecuti, *f*
Agmine partito fulgent, paribuſque magiſtris. *n*

O R D O.

Nec bonus Eurytion invídit *eum* prælato honóri, quamvis ſolus dejécit avem ab alto cœlo. *Mneſtheus* próximus ingréditur donis, qui rupit vincula: extrémus *eſt Hyrtácides*, qui fixit malum vólucri arúndine. At pater Ænéas, certámine nondum miſſo, vocat Epytiden cuſtódem comitémque impúbis Iüli ad ſeſe, et ſic fatur ad fidam aurem: age, vade, ait: et dic Aſcánio, ſi jam habet puerile agmen parátum ſecum, inſtruxítque curſus equórum, *ut* ducat turmas avo, et oſténdat ſeſe in armis. Ipſe jubet omnem infúſum pópulum decédere longo circo, et campos eſſe paténtes. Púeri incédunt, paritérque lucent in frænátis equis ante ora paréntum: quos *púeros* eúntes omnis juvéntus Trinácriæ Trojæque miráta fremit *plauſu*. *Eſt* ómnibus coma preſſa tonsâ corónâ in morem: ferunt bina córnea haſtília ferro præfíxo, *et* pars *fert* leves pharétras húmero: fléxilis círculus auri obtorti per collum it ſummo péctore. Turmæ équitum *ſunt* tres número, terníque ductóres vagántur: biſſeni púeri, ſecúti quemque *ductórem*, fulgent partíto ágmine, paribúſque magíſtris.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Una

Una acies juvenum, ducit quam parvus ovantem *l*
Nomen avi referens Priamus, tua clara, Polite, *i*
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis *p*
Portat equus bicolor maculis, (a) veſtigia primi *k*
Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam. *m*
Alter Atys, genus unde Atti duxere Latini: *l*
Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iülo. *k*
Extremus, formaque ante omnes pulcher Iülus *a*
Sidonio eſt invectus equo: quem candida Dido *p*
Eſſe ſui dederat monimentum et pignus amoris. *k*
Cætera Trinacriis pubes ſenioris Aceſtæ *q*
Fertur equis. *i*
Excipiunt plauſu pavidos, gaudentque tuentes *p*
Dardanidæ, veterumque agnoſcunt (b) ora parentum. *l*
Poſtquam omnem læti conſeſſum oculoſque ſuorum *b*
Luſtravere in equis: ſignum clamore paratis *f*
Epytides longe dedit, inſonuitque flagello. *o*
Olli diſcurrere pares, atque agmina terni *g*
Diductis ſolvere choris: rurſuſque vocati *g*
Convertere vias, infeſtaque tela tulere. *h*
Inde alios ineunt curſus, alioſque recurſus, *q*
Adverſis ſpatiis: alternoſque orbibus orbes *f*

ORDO.

Eſt una ácies júvenum, quam ovántem parvus *puer* ducit, *dictus* Priamus, réferens nomen avi, tua clara progénies, Polite, auctúra Italos: quem *Príamum* Thrácius equus portat, bícolor albis máculis, *et* árduus oſténtans alba veſtígia primi pedis, albámque frontem. Alter *dux eſt* Atys, unde Latíni Attii duxére genus: Atys *eſt* parvus, puérque diléctus púero Iülo. Iülus extrémus pulchérque formâ ante omnes, eſt invéctus Sidónio equo: quem cándida Dido déderat eſſe moniméntum et pignus ſui amóris. Cætera pubes fertur Trinácriis equis ſenióris Acéſtæ. Dardánidæ excípiunt *púeros* plauſu pávidos *et ſolícitos de glóriâ*, gaudéntque tuéntes *eos*, agnoſcúntque ora véterum paréntum. Poſtquam *púeri* læti *ſedéntes* in equis luſtravére omnem conſéſſum oculóſque ſuórum: Epytides longè dedit *iis* parátis ſignum clamóre, inſonuítque flagéllo. Olli diſcurrére pares, atque terni ſolvére ágmina didúctis choris; rurſúſque vocáti convertére vias, tuleréque inféſta tela. Inde íneunt álios curſus, alióſque recúrſus, advérſis ſpátiis: impediúntque altérnos orbes órbibus,

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.*

Impediunt,

Impediunt, pugnæque cient ſimulacra ſub armis. 585 *o*
Et nunc terga fugâ (a) nudant, nunc ſpicula vertunt *f*
Inſenſi, factâ pariter nunc pace feruntur. *g*
Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta *b*
Parietibus textum cæcis iter ancipitemque *n*
Mille viis habuiſſe dolum, quâ ſigna ſequendi 590 *k*
Falleret indeprenſus et irremeabilis error. *o*
Haud aliter Teucrûm nati veſtigia curſu *m*
Impediunt, texuntque fugas et prœlia ludo: *p*
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando *b*
Carpathium Libycumque (a) ſecant, luduntque per undas. 595 *k*
Hunc morem curſus, atque hæc certamina primus *a*
Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam, *m*
Rettulit, et priſcos docuit celebrare Latinos: *o*
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troïa pubes: *l*
Albani docuere ſuos, hinc maxima porro 600 *e*
Accepit Roma, et patrium ſervavit honorem; *g*
Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen. *l*
(b) Hac celebrata (b) tenus ſancto certamina patri. *l*
Hic primum fortuna fidem mutata novavit. *g*
Dum variis tumulo referunt ſolemnia ludis; 605 *k*

ORDO.

ciéntque ſimulácra pugnæ ſub armis. Et nunc nudant terga fugâ, nunc inſénſi vertunt ſpícula, nunc ferúntur páriter pace factâ. Ut quondam in altâ Cretâ Labyrínthus fertur habuiſſe iter textum cæcis parietibus, dolúmque ancipitem mille viis, quà indeprénſus et irremeábilis error fálleret ſigna ſequéndi. Haud áliter nati Teucrórum impédiunt veſtígia curſu, texúntque fugas et prœlia ludo: ſímiles Delphínum, qui, nando per húmida mária, ſecant Carpáthium Libycúmque *mare*, ludúntque per undas. Aſcánius, cùm cíngeret longam Albam muris, primus réttulit hunc morem curſûs, atque hæc certámina, et docuit priſcos Latínos celebráre *ea:* quo modo puer ipſe *Aſcánius*, quo *modo* Troïa pubes ſecum *docuit: eodem modo* Albáni docuére ſuos, porro hinc máxima Roma accépit, et ſervávit pátrium honórem; nuncque *illi* púeri dícitur Troja, et Trojánum agmen. Háctenus certámina *ſunt* celebráta ſancto patri *Anchiſæ*. Hinc primùm fortúna mutáta novávit fidem. Dum réferunt ſolémnia túmulo váriis ludis;

(a) *Metaphora.* (b) *Tmeſis.*

Irim

Irim de cœlo miſit Saturnia Juno *a*
Iliacam ad claſſem; ventoſque aſpirat eunti, *m*
Multa movens, necdum antiquum (a) ſaturata dolorem. *n*
Illa viam celerans per mille coloribus arcum, *q*
Nulli viſa cito decurrit tramite virgo. *f*
Conſpicit ingentem concurſum: et littora luſtrans, *m*
Deſertoſque videt portus, claſſemque relictam. *f*
At procul in ſola ſecretæ (b) Troades acta *m*
Amiſſum Anchiſen flebant, cunctæque profundum *a*
Pontum aſpectabant flentes: heu! tot vada feſſis *a*
Et tantum ſupereſſe maris, vox omnibus una. *e*
Urbem orant: tædet pelagi perferre laborem. *g*
Ergo inter medias ſeſe haud ignara nocendi *f*
Conjicit, et faciemque Deæ veſtemque reponit. *k*
Fit Beroë, Iſmarii conjux longæva Dorycli, *l*
Cui genus, et quondam nomen, natique fuiſſent. *m*
Ac ſic Dardanidum mediam ſe matribus infert: *e*
O miſeræ, quas non manus, inquit, Achaïca bello *o*
Traxerat ad letum, patriæ ſub mœnibus! ô gens *p*
Infelix! cui te exitio fortuna reſervat! *g*
Septima poſt Trojæ excidium jam (c) vertitur æſtas; *p*
Cum freta, cum terras omnes, tot inhoſpita ſaxa *n*

ORDO.

Satúrnia Juno miſit Irim de cœlo ad Iliacam claſſem; aſpirátque ventos eúnti, movens multa, necdum ſaturáta antíquum dolórem. Illa virgo, célerans viam per arcum mille colóribus, viſa nulli, decúrrit cito trámite. Cónſpicit ingéntem concúrſum *ad ludos:* et luſtrans littora, videt portúſque deſértos, claſſémque relíctam. At Tróades, ſecrétæ procùl in ſolâ actâ, flebant amíſſum Anchíſen, cunctæque flentes aſpectábant profúndum pontum: heu! tot vada et tantum maris ſuperéſſe *ſibi* feſſis, *erat* una vox ómnibus. Orant urbem: tædet *eas* perférre labórem pélagi. Ergo *Iris*, haud ignára nocéndi, conjicit ſeſe inter médias, et repónit faciémque veſtémque Deæ. Fit Béroë, longæva conjux Iſmárii Dorycli, cui quondam genus, et nomen, natíque fuíſſent. Ac ſic infert ſe médiam mátribus Dardánidum: inquit, ô miſeræ *Tróades*, quas Achaïca manus non tráxerit ad letum bello ſub mœnibus patriæ! ô infélix gens! cui exitio fortúna reſérvat te! jam ſéptima æſtas vértitur poſt excídium Trojæ; cùm *nos* férimur eménſæ freta, cùm *eménſæ* omnes terras tot inhóſpita ſaxa ſideráque:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.*

Sideraque

Sideraque emenſæ ferimur: dum per mare magnum *p*
Italiam ſequimur fugientem, et (a) volvimur undis. *k*
Hic Erycis fines fraterni, atque hoſpes Aceſtes: *m*
Quid prohibet muros (a) jacere, et dare civibus urbem? *o*
O patria, et rapti nequicquam ex hoſte Penates; *m*
Nullane jam Trojæ dicentur mœnia? nuſquam *m*
Hectoreos amnes, Xanthum et Simoënta videbo? *n*
Quin agite, et mecum infauſtas exurite (b) puppes. *m*
Nam mihi Caſſandræ per ſomnum vatis imago *m*
Ardentes dare viſa faces: hic quærite Trojam: *e*
Hic domus eſt, inquit, vobis: jam tempus agit res. *f*
Nec tantis mora prodigiis: en quatuor aræ *e*
Neptuno! Deus ipſe faces animumque miniſtrat. *d*
Hæc memorans, prima infenſum vi corripit ignem, *m*
Sublatâque procul dextrâ connixa coruſcat, *f*
Et jacit. (a) Arrectæ mentes ſtupefactaque corda *n*
Iliadum. Hic una è multis, quæ maxima natu, *m*
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix: *f*
Non Beroë vobis; non hæc Rhœteïa, matres, *m*
Eſt Dorycli conjux: divini ſigna decoris, *m*
(a) Ardenteſque notate oculos: qui ſpiritus illi, *e*
Qui vultus, vociſve ſonus, vel greſſus eunti. *g*
Ipſa egomet dudum Beroën digreſſa reliqui *p*

O R D O.

dum per magnum mare ſéquimur Itáliam fugiéntem, et vólvimur undis. Hìc *ſunt* fines fratérni Erycis, atque hoſpes Acéſtes: quid próhibet jácere muros, et dare urbem cívibus? O pátria, et penátes nequícquam rapti ex hoſte! jamne nulla mœnia dicéntur Trojæ? videbo nuſquam Hectóreos amnes, Xanthum et Simoënta? quin ágite, et mecum exúrite infaúſtas puppes: nam imágo vatis Caſſándræ *eſt* viſa dare ardéntes faces mihi per ſomnum: inquit hìc quærite Trojam: hìc eſt domus vobis: jam tempus agit res. Nec *eſt* mora tantis prodígiis: en quátuor aræ Neptúno! Deus ipſe miníſtrat faces animúmque. Mémorans hæc, prima córripit inféníum ignem vi, dextrâque ſublátâ procùl connixa corúſcat, et jacit *ignem*. Mentes Iliadum *ſunt* arréctæ, cordáque ſtupefácta. Hìc una è multis, quæ *erat* máxima natu, Pyrgo *nómine*, régia nutrix tot natórum Príami, *dixit*: non *eſt* Béroë, *quæ eſt locúta* vobis; matres, hæc non eſt Rhœtéïa conjux Dorycli: notáte ſigna divíni decóris, ardentéſque óculos: qui ſpíritus *ſunt* illi, qui vultus, ſonúſve vocis, vel greſſus *illi* eúnti. Egomet ipſa dudum digréſſa reliqui Béroën ægram,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Ægram,

Ægram, indignantem tali quod ſola careret a
Munere, nec meritos Anchiſæ inferret honores. l
Hæc effata. o
At matres primo ancipites, oculiſque malignis c
Ambiguæ, ſpectare rates, miſerum inter amorem o
Præſentis terræ fatiſque vocantia regna: b
Cum dea ſe paribus per cœlum ſuſtulit alis, l
Ingentemque fugâ ſecuit ſub nubibus arcum. e
Tum vero attonitæ monſtris, actæque furore, f
Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem: d
Pars ſpoliant aras, frondem ac virgulta faceſque m
Conjiciunt: furit immiſſis (a) Vulcanus habenis l
Tranſtra per, et remos, et pictas abiete puppes. n
Nuntius Anchiſæ ad tumulum cuneoſque theatri o
Incenſas perfert naves Eumelus: et ipſi a
Reſpiciunt atram in nimbo volitare favillam. n
Primus et Aſcanius, curſus ut lætus equeſtres l
Ducebat, ſic acer equo turbata petivit g
Caſtra: nec exanimes poſſunt retinere magiſtri. q
Quis furor iſte novus? quo nunc, quo tenditis, inquit, l
Heu miſeræ cives! non hoſtem inimicaque caſtra n
Argivûm; veſtras ſpes uritis. En ego veſter b

ORDO.

indignántem, quòd ſola caré et tali múnere, nec inférret méritos honóres Anchiſæ. *Eſt* effata hæc. At matres primò ancípites, ambiguæque inter míſerum amórem præſéntis terræ, regnáque vocántia *eas* fatis *cæpérunt* ſpectáre rates malígnis óculis: cùm Dea *Iris* ſúſtulit ſe per cœlum páribus alis, fugâque ſécuit ingentem arcum ſub núbibus. Tum verò *Tróades* attónitæ monſtris, actæque furóre, conclámant, rapiúntque ignem penetrálibus ſocis: pars ſpoliant aras, *et* conjíciunt frondem, ac virgúlta, facéſque: Vulcánus furit immíſſis habénis, per tranſtra, et remos, et pictas puppes *ſtructas ex* abiete. Eumélus núntius perfert ad túmulum Anchíſæ cuneóſque theátri, naves *eſſe* incénſas: et ipſi reſpíciunt atram favíllam volitáre in nimbo. Et Aſcánius primus, ut lætus ducébat equéſtres curſus, ſic acer petívit turbáta caſtra equo: nec *ejus* magiſtri, exánimes *metu*, poſſunt retinére *eum*. Inquit, quis novus furor *eſt* iſte? quò nunc, quò téndi:is, heu míſeræ cives! non *úritis* hoſtem, inimicáque caſtra Argivórum; úritis veſtras ſpes. En ego *ſum* veſter Aſcánius.

(a) *Metonymia.*

Aſcanius. Galeam ante pedes projecit inanem, *k*
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat. *b*
Accelerat ſimul Æneas, ſimul agmina Teucrûm. *q*
Aſt illæ diverſa metu per littora paſſim *g*
Diffugiunt; ſylvaſque, et ſicubi concava furtim *n*
Saxa petunt: piget incepti, lucisque: ſuoſque *l*
Mutatæ agnoſcunt: excuſſaque pectore Juno eſt. *f*
Sed non idcirco flammæ atque incendia vires *a*
Indomitas poſuere: udo ſub robore (a) vivit *l*
Stupa, (a) vomens tardum fumum: lentuſque (b) carinas *m*
Eſt vapor, et toto deſcendit corpore (a) peſtis: *m*
Nec vires heroum, infuſaque flumina proſunt. *b*
Tum pius Æneas humeris abſcindere veſtem, *p*
Auxilioque vocare Deos, et tendere (b) palmas: *k*
Jupiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum *l*
Trojanos, ſi quid pietas antiqua labores *g*
Reſpicit humanos; da flammam evadere claſſi *m*
Nunc, pater, et tenues Teucrûm res eripe leto: *l*
Vel tu quod ſupereſt, infeſto fulmine morti, *f*
Si mereor, demitte; tuâque hic obrue dextrâ. *p*
Vix hæc ediderat; cum effuſis imbribus atra *f*

O R D O.

Projécit inánem gáleam ante pedes, quâ *gáleâ* indútus ciébat ſimulácra belli ludo. Simul Ænéas accélerat, ſimul ágmina Teucrórum *accélerant*. Aſt illæ *Tróades* diffúgiunt paſſim per divérſa líttora *præ* metu; petúntque ſylvas et cóncava ſaxa furtim ſícubi *ſunt*: piget *eas* incépti lucíſque: muta æque agnóſcunt ſuos: Junóque eſt excúſſa péctore *eárum*. Sed non idcírco flammæ atque incéndia poſuére indómitas vires: ſtupa vivit ſub udo róbore, vomens tardum fumum: lentúque vapor eſt carínas, et peſtis deſcéndit toto córpore: nec vires heróum infuſáque flúmina proſunt. Tum pius *Æ*néas *cæpit* abſcindere veſtem húmeris, vocaréque Deos auxílio, et téndere palmas: *ait:* omnipotens Júpiter, ſi nondum *es* exóſus Trojános ad unum, ſi quid *tua* antíqua pietas réſpicit humános labóres; pater, nunc da claſſi evádere flammam, et éripe ténues res Teucrórum leto; vel tu demitte morti infeſto fúlmine, quod ſúpereſt, ſi méreor; obruéque hìc tuâ dextrâ. Vix ediderat hæc; cùm atra tempéſtas furit effúſis ímbribus ſine more:

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Tempeſtas

Tempeſtas ſine more furit: tonitruque tremiſcunt *d*
Ardua terrarum, et campi: ruit æthere toto *n*
Turbidus imber aquâ, denſiſque nigerrimus Auſtris: *q*
Implenturque ſuper (a) puppes, ſemuſta madeſcunt *f*
Robora: reſtinctus donec vapor omnis; et omnes, *n*
Quatuor amiſſis, ſervatæ à peſte (a) carinæ. *m*
At pater Æneas caſu concuſſus acerbo, *m*
Nunc huc ingentes nunc illuc pectore curas *a*
Mutabat: verſans, Siculiſne reſideret arvis *c*
Oblitus fatorum, Italaſne capeſſeret oras. *c*
Tum ſenior Nautes, unum Tritonia Pallas *m*
Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte, *m*
Hæc reſponſa dabat, vel quæ portenderet ira *f*
Magna Deûm, vel quæ fatorum poſceret ordo. *m*
Iſque his Æneam ſolatus vocibus infit: *a*
Nate Dea, quò fata trahunt retrahuntque ſequamur. *o*
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. *l*
Eſt tibi Dardanius divinæ ſtirpis Aceſtes: *l*
Hunc cape conſiliis ſocium, et conjunge volentem. *k*
Huic trade, amiſſis ſuperant qui navibus; et quos *g*
Pertæſum magni incepti rerumque tuarum eſt, *a*
Longævoſque ſenes ac feſſas æquore matres; *f*

ORDO.

arduáque *loca* terrárum et campi tremíſcunt tónitru: imber, túrbidus aquâ, nigerrimúſque denſis Auſtris, ruit toto æthere: puppéſque impléntur *de*-ſuper, ſemúſta róbora madeſcunt: donec omnis vapor *eſt* reſtinctus; et omnes carinæ *ſunt* ſervátæ à peſte, quátuor amíſſis. At pater Ænéas, concúſſus acérbo caſu, mutábat ingéntes curas nunc huc nunc illuc péctore: verſans *animo*, oblitúſne fatorum, reſideret Sículis arvis, capeſcerétne Italas oras. Tum ſénior Nautes, quem unum Tritónia Pallas dócuit, reddiditque inſignem multâ arte, dabat hæc reſpónſa, vel quæ magna ira Deórum porténderet, vel quæ ordo fatórum póſceret. Iſque ſolátus Ænéam infit his vócibus: nate Deâ, ſequámur, quò fata trahunt retrahúntque *nos:* quicquid erit, omnis fortúna eſt ſuperánda feréndo. Eſt tibi Dardánius Acéſtes divínæ ſtirpis: cape et conjúnge hunc voléntem ſócium conſíliis: trade *eos* huic, qui ſúperant amíſſis návibus; et délige *omnes*, quos eſt pertæſum magni incépti tuarúmque rerum, longævóſque ſenes, ac matres ſeſſas æquore,

(a) *Synecdoche.*

Et quicquid tecum invalidum, metuenſque (a) pericli eſt, *c*
Delige: et his habeant terris ſine mœnia feſſi. *q*
Urbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam. *a*
Talibus (b) incenſus dictis ſenioris amici: *n*
Tum vero in curas animus diducitur omnes. *g*
Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat: *f*
Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis *p*
Anchiſæ, ſubito tales effundere voces: *f*
Nate, mihi vitâ quondam, dum vita manebat, *m*
Chare magis; nate, Iliacis exercite fatis: *p*
Imperio Jovis huc venio, qui claſſibus ignem *k*
Depulit, et cœlo tandem miſeratus ab alto eſt. *n*
Conſiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes *m*
Dat ſenior: lectos juvenes, fortiſſima corda, *p*
Defer in Italiam: gens (b) dura, atque aſpera cultu, *l*
Debellanda tibi Latio eſt. Ditis tamen ante *e*
Infernas accede domos; et Averna per alta *c*
Congreſſus pete, nate, meos. Non me impia namque *e*
Tartara habent triſteſque umbræ: ſed amœna piorum *n*
Concilia, Elyſiumque colo. Huc caſta Sibylla *k*
Nigrantum multo pecudum te ſanguine ducet. *g*
Tum genus omne tuum, et, quæ dentur mœnia, diſces. *l*

720 725 730 735

O R D O.

et quicquid tecum eſt inválidum, metuénſque perículi: et ſine, *ut* feſſi hábeant mœnia his terris. Appellábunt urbem Acéſtam nómine permíſſo *ab Aceſte*. *Ænéas eſt* incénſus tálibus dictis ſenióris amici: tum verò *ejus* ánimus didúcitur in omnes curas. Et atra nox, ſubvécta bigis, tenébat polum: dehinc fácies paréntis Anchíſæ delápſa cœlo *eſt* vita ſúbitò effúndere tales voces: nate, magis chare mihi quondam vitâ, dum vita manébat: nate exércite Iliacis fatis: vénio huc império Jovis, qui dépulit ignem cláſſibus, et tandem eſt miſerátus *te* ab alto cœlo. Pare *iſtis* conſíliis, quæ pulchérrima ſénior Nautes nunc dat: defer lectos júvenes, fortíſſima corda in Itáliam: gens dura, et áſpera cultu eſt debellánda tibi *in* Látio. Tamen accéde inférnas domos Ditis antè; et, nate, pete meos congréſſus per alta Avérna. Namque non impia Tártara, triſtéſque umbræ habent me: ſed colo amœna concília piorum, Elyſiúmque. Caſta Sibylla ducet te huc multo ſanguine nigrántium pecudum. Tum diſces omne tuum genus, et quæ mœnia dentur *tibi*.

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.*

Jamque

Jamque vale: torquet medios mox humida curſus, p
Et me ſævus equis Oriens afflavit anhelis. e
Dixerat, et tenues fugit, ceu fumus, in auras. l
Æneas: quo deinde ruis? quo proripis? inquit. g
Quem fugis? aut quis te noſtris complexibus arcet? m
Hæc memorans, cinerem, et (a) ſopitos ſuſcitat ignes: l
Pergameúmque Larem, et canæ penetralia Veſtæ q
Farre pio et plenâ ſupplex veneratur acerrâ. n
Extemplo ſocios, primumque accerſit Aceſten: f
Et Jovis Imperium, et chari præcepta parentis l
Edocet; et quæ nunc animo ſententia conſtet. p
Haud mora conſiliis: nec juſſa recuſat Aceſtes. q
Tranſcribunt urbi matres, populumque volentem b
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes. f
Ipſi tranſtra novant, flammiſque ambeſa reponunt f
Robora navigiis: aptant remoſque rudenteſque: l
Exigui numero, ſed bello vivida virtus. l
Interea Æneas urbem deſignat aratro, m
Sortiturque domos: hoc Ilium; et hæc loca, Trojæ b
Eſſe jubet; gaudet regno Trojanus Aceſtes, m
Indicitque forum, et patribus dat jura vocatis. e
Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes g

ORDO.

Jamque vale: húmida nox torquet médios curſus, et ſævus óriens afflávit me anhélis equis. *Anchiſes* díxerat, et, ceu fumus, fugit in ténues auras. Ænéas inquit: quò deínde ruis? quò próripis *te?* quem fugis? aut quis arcet te noſtris compléxibus? Mémorans hæc, ſúſcitat cínerem et ſopítos ignes; ſuppléxque venerátur Pergámeum Larem et penetrália canæ Veſtæ pio farre et plenâ acérrâ. Extémplo accérſit ſócios, primùmque Acéſten: et édocet *eos* impérium Jovis, et præcépta chari paréntis; et quæ ſenténtia nunc conſtet *ſuo* ánimo. Haud *eſt* mora conſíliis: nec Acéſtes recúſat juſſa. Tranſcríbunt matres urbi, deponúntque voléntem pópulum, ánimos nil egéntes magnæ laudis. Ipſi novant tranſtra, reponúntque róbora ambéſa flammis *in* navigiis: aptant remóſque rudentéſque: *ſunt* exígui número, ſed vívida virtus *in* bello. Interea Ænéas deſígnat urbem arátro, ſortitúrque domos: jubet *hoc eſſe* Ilium; et hæc loca *eſſe loca* Trojæ; Trojánus Acéſtes gaudet regno, indicítque forum, et dat jura pátribus *con*-vocátis. Tum ſedes fundátur Idáliæ Véneri, vicína aſtris in Erycíno vértice:

(a) *Metaphora.*

Fundatur

Fundatur Veneri Idaliæ: tumuloque ſacerdos d
Et lucus late ſacer additur Anchiſæo. * c
Jamque dies epulata novem gens omnis et aris k
Factus honos; placidi ſtraverunt æquora venti: l
Creber et aſpirans rurſus vocat Auſter in altum. n
Exoritur procurva ingens per littora fletus: m
Complexi inter ſe noctemque diemque morantur. b
Ipſæ jam matres; ipſi, quibus aſpera quondam b
Viſa maris facies et non tolerabile numen, q
Ire volunt, omnemque fugæ perferre laborem. p
Quos bonus Æneas dictis ſolatur amicis, m
Et conſanguineo lacrymans commendat Aceſtæ. e
Tres Eryci vitulos, et tempeſtatibus agnam l
Cædere deinde jubet; ſolvique ex ordine funes. l
Ipſe caput tonſæ foliis (a) evinctus olivæ, p
Stans procul in prora, pateram tenet; extaque ſalſos o
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit. n
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes: m
Certatim ſocii feriunt mare, et æquora (b) verrunt. d
At Venus interea Neptunum exercita curis l
Alloquitur, taleſque (b) effundit pectore queſtus: m
Junonis gravis ira et inexſaturabile pectus d

ORDO.

ſacerdóſque et lucus latè ſacer ádditur Anchiſæo túmulo. Jamque omnis gens *eſt* epuláta novem dies, et honos *eſt* factus aris; plácidi venti ſtravérunt æquora, et creber auſter, aſpirans, vocat *eos* rurſus in altum. Ingens fletus exóritur perpro cúrva líttora: morántur noctémque diémque compléxi inter ſe. Jam matres ipſæ; *jam* ipſi, quibus fácies maris quondam *eſt* viſa áſpera, et *ejus* numen non tolerábile, volunt ire, perferréque omnem labórem fugæ. Quos bonus Ænéas ſolátur amícis dictis, et lácrymans commendat conſanguíneo Acéſtæ. Deínde jubet cædere tres vítulos Eryci, et agnam tempeſtátibus; funéſque ſolvi ex órdine. Ipſe, evínctus *circa* caput fóliis tonſæ olívæ, ſtans procùl in prorâ, tenet páteram, porricítque exta *cæſórum* in ſalſos fluctus, ac fundit liquéntia vina. Ventus, ſurgens à puppi, proſéquitur *eos* eúntes: ſócii fériunt mare certátim, et verrunt æquora. At Venus, intérea exércita curis, allóquitur Neptúnum, effunditque tales queſtus péctore: Neptúne, gravis ira,

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metaphora.*

Cogunt

Cogunt me, Neptune, preces deſcendere in omnes: g
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla; e
Nec Jovis imperio fatiſve infracta quieſcit. l
Non media de gente Phrygum exediſſe nefandis p
Urbem odiis ſatis eſt, pœnam traxiſſe per omnem l
Relliquias; Trojæ cineres atque oſſa peremptæ p
Inſequitur: cauſas tanti ſciat illa furoris. n
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in undis p
Quam molem ſubito excierit: maria omnia cœlo d
Miſcuit, Æoliis nequicquam freta procellis: l
In regnis hoc auſa tuis. c
Proh ſcelus! ecce etiam Trojanis matribus actis !
Exuſſit fœde (a) puppes, et claſſe ſubegit a
Amiſſa ſocios ignotæ linquere terræ. f
Quod ſupereſt, oro, liceat dare tuta per undas a
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim: l
Si conceſſa peto, ſi dant ea mœnia Parcæ. b
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti: d
Fas (b) omne eſt, Cytherea, meis te fidere regnis, e
Unde genus ducis; merui quoque: ſæpe furores o
Compreſſi, et rabiem tantam cœlique mariſque. f
Nec minor in terris, Xanthum Simoentaque teſtor, n

ORDO.

et inexſaturábile pectus Junónis cogunt me deſcéndere in omnes preces: quam *Junónem* nec longa dies, nec ulla pietas mitigat; nec, infrácta império Jovis fatíſve, quiéſcit. Non eſt ſatis *illi* exediſſe urbem de médiâ gente Phrygum neſándis ódiis, *et* traxiſſe *ejus* relliquias per omnem pœnam; inſequitur cineres atque oſſa peremptæ Trojæ: illa ſciat cauſas tanti furóris. Tu ipſe, *Neptúne*, nuper *eras* teſtis mihi, quam molem ſúbitò excíverit in Libycis undis: míſcuit ómnia mária cœlo, nequícquam freta Æóliis procéllis: *erat* auſa *fácere* hoc in tuis regnis. Proh ſcelus! ecce étiam *illa* fœde exúſſit puppes, Trojánis matribus actis, et, amíſsâ claſſe, ſubégit ſócios linquere *eas* ignótæ terræ. Quod ſúpereſt, oro, *ut* líceat tibi dare *illis* tuta vela per undas, líceat *illis* attíngere Laurentem Tybrim: ſi peto conceſſa, ſi Parcæ dant ea mœnia. Tum Satúrnius *Neptúnus*, dómitor alti maris, édidit hæc. Cytherea, eſt omne *i. e. omnino* fas, te fídere meis regnis, undé ducis genus: mérui *hoc* quoque: ſæpe compréſſi furóres, et tantam rábiem cœlíque maríſque. Nec *erat* mihi minor cura túi Æneæ in terris, *enim* teſtor Xanthum Simoëntáque.

(a) *Synecdoche.* (b) *Antimeria.*

Æneæ

Æneæ mihi cura tui. Cum Troïa Achilles
Exanimata ſequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentque repleti
Amnes, nec reperire viam atque evolvere poſſet
In mare ſe Xanthus; (a) Pelidæ tunc ego forti
Congreſſum Æneam, nec Dîs, nec viribus æquis,
Nube cava eripui; cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.
Nunc quoque mens eadem perſtat mihi, pelle timorem;
Tutus quos optas portus accedet Averni:
Unus erit tantum, amiſſum quem gurgite quæret;
Unum pro multis dabitur caput.
His ubi læta Deæ permulſit pectora dictis,
Jungit equos curru genitor, ſpumantiaque addit
Fræna feris, manibuſque omnes (b) effundit habenas.
Cœruleo per ſumma levis volat æquora curru:
Subſidunt undæ, tumidumque ſub (c) axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vaſto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies: immania cete,
Et ſenior Glauci chorus, Inoüſque Palæmon,
Tritoneſque citi, Phorcique exercitus omnis.
Læva tenent Thetis et Melite, Panopeaque virgo,

e q q e m a c l p l o c k k p f i

ORDO.

Cùm Achílles ſequens impíngeret Troïa ágmina exanimáta muris, *et* daret multa míllia leto, amnéſque repléti *cadavéribus* gémerent, nec Xanthus poſſet reperíre viam, atque evólvere ſe in mare; tunc ego erípui Ænéam congréſſum forti Pelídæ, nec *æquis* Diis, nec æquis víribus, cavâ nube; cùm cúperem vértere mœnia perjúræ Trojæ, ſtructa meis mánibus, ab imo *fundaménto*. Nunc quoque éadem mens perſtat mihi, pelle timórem; *Ænéas* tutus accedet portus Avérni, quos optas: erit unus tantùm, quem quæret amíſſum gúrgite; unum caput dábitur pro multis. Ubi *Neptúnus* génitor permúlſit læta péctora Deæ his dictis, jungit equos curru, additque ſpumántia fræna feris *equis*, effunditque omnes habénas mánibus. *Deus* levis volat per ſumma æquora cœrúleo curru: undæ ſubſídunt, tumidúmque æquor ſtérnitur aquis ſub tonánti axe: nimbi fúgiunt vaſto æthere. Tum váriæ fácies comitum *appárent:* immánia cete, et ſénior chorus Glauci, Inoüſque Palæmon, citíque Tritónes, omníſque exércitus Phorci. Thetis et Mélite, virgóque Panopéa,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Neſæe,

Neſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque. *c*
Hic patris Æneæ ſuſpenſam blanda viciſſim *m*
Gaudia pertentant mentem: jubet ocyus omnes *n*
Attolli malos, intendi (a) brachia velis. *a*
Una omnes fecere pedem: pariterque ſiniſtros, *c*
Nunc dextros ſolvere ſinus: una ardua torquent *g*
Cornua, detorquentque; ferunt ſua flamina claſſem. *o*
Princeps ante omnes denſum Palinurus agebat *b*
Agmen: ad hunc alii curſum contendere juſſi. *l*
Jamque fere mediam cœli nox humida metam *l*
Contigerat; placidâ laxarant membra quiete *l*
Sub remis (a) fuſi per dura ſedilia nautæ: *b*
Cum levis æthereis delapſus Somnus ab aſtris *l*
Aëra dimovit tenebroſum, et diſpulit umbras; *p*
Te, Palinure, petens, tibi triſtia ſomnia portans *i*
Inſonti: puppique Deus conſedit in alta, *g*
Phorbanti ſimilis, fuditque has ore loquelas: *f*
(b) Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem, *k*
Æquatæ ſpirant auræ, datur hora quieti. *b*
Pone caput, feſſoſque oculos furare labori. *p*
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. *n*
Cui vix attollens Palinurus (c) lumina fatur: *g*

ORDO.

Neſæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque tenent læva *ſpátia*. Hic blanda gaúdia viciſſim perténtant ſuſpénſam mentem patris Ænéæ: jubet omnes malos attólli ócyùs, *et* brachia inténdi velis. Omnes unà fecére pedem *veli*: paritérque ſolvére ſiniſtros, nunc dextros ſinus *veli*: unà torquent, detorquéntque árdua córnua *anténnæ*: ſua flámina ferunt claſſem. Palinúrus princeps, *i. e. primus* ante omnes agébat denſum agmen: álii *ſunt* juſſi conténdere ad hunc curſum. Jam húmida nox ferè contigerat médiam metam cœli; *et* nautæ, fuſi per dura ſedília ſub remis, laxáverant membra plácidâ quiéte: cùm levis *Deus* Somnus, delápſus ab æthéreis aſtris, dimóvit tenebróſum áëra, et díſpulit umbras; petens te, Palinúre, portans tríſtia ſómnia tibi inſónti: Deúſque conſédit in altâ puppi, ſímilis Phorábnti, fudítque has loquélas ore: Iáſide Palinúre, æquora ipſa ferunt claſſem, æquátæ auræ ſpirant, hora datur quiéti. Pone caput, furaréque feſſos óculos labóri. Ego ipſe pauliſper inibo tua múnera pro te. Cui Palinúrus, vix attóllens lúmina, fatur:

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metonymia.*

Mene (a) ſalis placidi vultum fluctuſque quietos *l*
Ignorare jubes? mene huic confidere monſtro? *f*
Æneam credam quid enim fallacibus Auſtris, *g*
Et cœli toties deceptus fraude ſereni? *f*
Talia dicta dabat: clavumque affixus et hærens *l*
Nuſquam amittebat, oculoſque ſub aſtra tenebat: *g*
Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem, *m*
Vique ſoporatum Stygiâ, ſuper utraque quaſſat *o*
Tempora; cunctantique (b) natantia (a) lumina ſolvit. *o*
Vix primos inopina quies laxaverat artus: *e*
Et ſuperincumbens, cum (c) puppis parte revulſa, *m*
Cumque gubernaclo, liquidas projecit in undas *k*
Præcipitem, ac ſocios nequicquam ſæpe vocantem. *l*
Ipſe volans tenues ſe ſuſtulit ales in auras. *q*
Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis, *n*
Promiſſiſque patris Neptuni interrita fertur. *f*
Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat, *l*
Difficiles quondam, multorumque oſſibus albos; *m*
Tum (b) rauca aſſiduo longe (a) ſale ſaxa ſonabant: *b*
Cum pater amiſſo fluitantem errare magiſtro *p*
Senſit, et ipſe ratem nocturnis rexit in undis, *l*

O R D O.

jubésne me ignoráre vultum, quietósque fluctus plácidi ſalis? mene confídere huic monſtro? enim quìd credam *Ænéam* fallácibus Auſtris, et tóties decéptus fraude ſeréni cœli? Dabat tália dicta: nuſquámque amittébat clavum, affixus et hærens *ei*, tenebátque óculos ſub aſtra: ecce Deus *Somnus* quaſſat ramum madéntem Lethæo rore, ſoporatúmque Stygiâ vi, ſuper utráque témpora *cápitis*; ſolvítque natántia lúmina *illi* cunctánti. Vix inopina quies laxáverat primos artus: et *ſtatim Deus* ſuperincúmbens, projécit *Palinúrum*, cum parte puppis revúlsâ, cumque gubernáculo, præcípitem in líquidas undas, ac ſæpe vocántem ſócios nequícquam. Ales *Somnus* ipſe volans ſúſtu'it ſe in ténues auras. Claſſis non ſéciùs currit tutum iter æquore, fertúrque intérrita promíſſis patris Neptúni. Jamque ádeò advécta ſubíbat ſcópulos Sirénum, quondam difficiles *ſcópulos*, albóſque óſſibus multórum: tum rauca ſaxa ſonábant longè aſſíduo ſale. Cùm pater *Ænéas* ſenſit *navem* erráre fluitántem, magiſtro *Palinúro* amiſſo, et ipſe rexit ratem in noctúrnis undis,

---

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Multa

(a) Multa gemens, caſuque animum (b) concuſſus amici : *p*
O nimium cœlo et pelago confiſe ſereno, 870 *p*
Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena. *o*

ORDO.

gemens multa, *i. e. multùm,* concúſſus *quoad* ánimum caſu amici: ô Palinúre, nímiùm confíſe cœlo et ſeréno pélago, jacébis nudus in ignótâ aréná.

(a) *Antimeria.* (b) *Hellenismus.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER VI.

SIC fatur lacrymans, classique immittit (a) habenas, *f*
Et tandem Euboïcis Cumarum allabitur oris. *f*
Obvertunt pelago proras: tum (a) dente tenaci *f*
Anchora (a) fundabat naves, et littora curvæ *m*
Prætexunt (b) puppes: juvenum manus emicat (a) ardens *c*
Littus in Hesperium: quærit pars (a) semina flammæ, *l*
Abstrusa in venis silicis; pars densa ferarum *g*
Tecta rapit (c) sylvas, inventaque (a) flumina monstrat. *n*
At pius Æneas arces quibus altus Apollo *n*
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ, *p*
Antrum immane, petit: magnam cui mentem animumque *f*
Delius inspirat vates, aperitque futura. *n*

ORDO.

Æneas sic fatur lácrymans, immittítque habénas classi, et tandem allábitur Euboïcis oris Cumárum. *Nautæ* obvértunt proras pélago: tum ánchora fundábat naves tenáci dente, et curvæ puppes prætéxunt littora: ardens manus júvenum émicat in Hespérium littus: pars quærit sémina flammæ, abstrúsa in venis sílicis; pars rapit sylvas, densa tecta ferárum, monstrátque invénta flúmina. At pius Ænéas petit arces, quibus altus Apóllo præsidet, procúlque secréta *penetrália* horréndæ Sibyllæ, immáne antrum: cui *Sibyllæ* Délius vates inspírat magnam mentem animúmque, aperítque futúra.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Jam

Jam ſubeunt (a) Triviæ lucos, atque aurea (b) tecta. *l*
Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoïa regna, *p*
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo, *m*
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos; *e*
Chalcidicamque levis tandem ſuperadſtitit arcem. *q*
Redditus his primum terris, tibi, Phœbe, ſacravit *n*
Remigium alarum; poſuitque immania templa. *p*
In foribus, letum Androgeo: tum pendere pœnas *p*
(a) Cecropidæ juſſi (miſerum!) ſeptena quotannis *p*
Corpora natorum: ſtat ductis ſortibus urna. *m*
Contra elata mari reſpondet Gnoſſia tellus. *f*
Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto *f*
Paſiphaë, miſtumque genus, proleſque biformis *p*
Minotaurus ineſt, (c) Veneris monimenta nefandæ. *d*
Hic labor ille domûs, et inextricabilis error. *k*
Magnum Reginæ ſed enim miſeratus amorem *c*
Dædalus, ipſe dolos (c) tecti ambageſque reſolvit, *l*
(d) Cæca regens filo veſtigia. Tu quoque magnam *n*
Partem opere in tanto, ſineret dolor, Icare, haberes. *o*
Bis conatus erat caſus effingere in auro; *f*
Bis patriæ cecidêre manus. Quin protinus omnia *k*
Perlegerent oculis: ni jam præmiſſus Achates *l*

ORDO.

Jam ſúbeunt lucos atque aúrea tecta Tríviæ. Dædalus, ut ſama eſt, fúgiens Minoïa regna, auſus créédere ſe cœlo præpétibus pennis, enávit per inſuétum iter ad gélidas Arctos; leviſque tandem ſuperádſtitit Chalcídicam arcem. Primùm rédditus his terris ſacrávit remígium alárum tibi, Phœbe; poſuítque immánia templa. In fóribus, letum Andrógeo *eſt ſculptum:* tum Cecrópidæ *ſunt* juſſi péndere pœnas, ſepténa córpora natórum quotánnis (miſerum!) urna ſtat ſórtibus ductis. Gnóſſia tellus, eláta mari, reſpóndet contrà, *i. e. è regióne.* Hìc *eſt* crudélis amor tauri, Paſiphaëque ſuppóſita furto, Minotaurúſque, miſtum genus, biformíſque proles, ineſt, moniménta nefándæ Véneris, *i. e. libidinis.* Hìc *eſt* ille labor, et inextricábilis error domûs, *ſc. labyrinthi.* Sed enim Dædalus, miſerátus magnum amórem Regínæ, ipſe reſólvit *Théſeo* dolos ambagéſque tecti, regens cæca veſtígia filo. Tu quoque, Icare, habéres magnam partem in tanto ópere, *ſi* dolor *patris* ſineret. Bis erat conátus effingere *tuos* caſus in auro; bis pátriæ manus cecidére. Quin prótinus *Trojáni* perlégerent ómnia óculis: ni jam Achátes, præmíſſus *ad Sibyllam,*

(a) *Antonomaſia.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.* (d) *Metaphora.*

Afforet;

Afforet; atque unà Phœbi (a) Triviæque ſacerdos, *n*
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia Regi: *m*
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit: *f*
Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos *m*
Præſtiterit, totidem lectas de more bidentes. *l*
Talibus affata Æneam, nec ſacra morantur *m*
Juſſa viri, Teucros vocat alta in templa ſacerdos. *p*
Exciſum Euboïcæ latus ingens rupis in antrum; *e*
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum; *g*
Unde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ. *l*
Ventum erat ad limen, cum virgo: Poſcere fata *m*
Tempus, ait: Deus, ecce, Deus. Cui talia fanti *k*
Ante fores, ſubito non vultus, non color unus, *l*
Non comptæ manſêre comæ: ſed pectus anhelum, *g*
Et rabie fera corda tument; majorque videri, *k*
Nec mortale ſonans: afflata eſt numine quando *f*
Jam propiore Dei. Ceſſas in vota preceſque, *l*
Tros, ait, Ænea? ceſſas? neque enim ante dehiſcent *n*
Attonitæ magna ora domus. Et talia fata *p*
Conticuit. (b) Gelidus Teucris per dura cucurrit *l*
Oſſa tremor; (c) fuditque preces Rex pectore ab imo: *p*
Phœbe, graves Trojæ ſemper miſerate labores, *n*

O R D O.

áfforet; atque unà *cum illo* Deíphobe, *fília* Glauci, ſacérdos Phœbi Triviæque, quæ fatur tália regi: hoc tempus non poſcit iſta ſpectácula ſibi: nunc præſtíterit mactáre ſeptem juvéncos de intácto grege, *et* tótidem lectas bidéntes de more. Sacérdos, affáta Ænéam tálibus, vocat Teucros in alta templa, nec viri morántur juſſa ſacra. Ingens latus Eubóïcæ rupis *eſt* exciſum in antrum; quò centum lati áditus, *et* centum oſtia ducunt; unde tótidem voces, reſpónſa Sibyllæ ruunt. Erat ventum ad limen *antri*, cùm virgo ait; *eſt* tempus póſcere fata: ecce Deus, Deus *adeſt*. Cui fanti tália ante fores, ſúbitò vultus non *manſit unus*, non color unus, non comptæ comæ manſére *ordinátæ*: ſed anhélum pectus, et ſera corda tument rábie: *cæpit* que vidéri major, nec ſonans mortále: quando eſt affláta númine Dei jam propióre. Ait, Tros Ænéa, ceſſas in vota precéſque? ceſſas? neque enim magna ora attónitæ domûs dehíſcent ante *quàm emíſeris preces*. Et fata tália conticuit. Gélidus tremor cucúrrit per dura oſſa Teucris; Rexque *Ænéas* fudit preces ab imo péctore. *O* Phœbe, ſemper miſeráte graves labóres Trojæ,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Dardana

Dardana qui Paridis direxti tela manuſque l
Corpus in (a) Æacidæ: magnas obeuntia terras q
Tot maria intravi, duce te, penituſque repoſtas o
Maſſylûm gentes, prætentaque Syrtibus arva: b
Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. e
(b) Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta. e
Vos quoque Pergameæ jam fas eſt parcere genti, l
Dîque Deæque omnes, quibus obſtitit Ilium, et ingens o
Gloria Dardaniæ. Tuque, ô ſanctiſſima vates, l
Præſcia venturi: da (non indebita poſco m
Regna meis fatis) Latio conſidere Teucros, p
Erranteſque Deos, agitataque numina Trojæ. d
Tum Phœbo et (a) Triviæ ſolido de marmore templa e
Inſtituam, feſtoſque dies de nomine Phœbi. p
Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris. q
Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata l
Dicta meæ genti ponam; lectoſque ſacrabo, m
Alma, viros: foliis tantum nec carmina manda; l
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis: e
Ipſa canas, oro. Finem dedit (c) ore loquendi. n
At Phœbi nondum patiens immanis in antro g
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit a

ORDO.

qui direxiſti Dárdana tela, manúſque Páridis in corpus Æácidæ *Achíllis: ego* intrávi tot mária obeúntia magnas terrás, te duce, gentéſque Maſſylórum pénitus repóſitas, arváque præténta Syrtibus. Jam tandem préndimus oras fugiéntis Itáliæ. Háctenus Trojána fortúna fúerit ſecúta *nos*. Jam eſt fas vos quoque párcere Pergámeæ genti, Dii, omnéſque Deæ, quibus Ilium, et ingens glória Dardániæ obſtitit. Tuque ô ſanctiſſima vates, præſcia ventúri, da, Teucros, errantéſque Deos, agitatáque númina Trojæ conſidere Látio (non poſco regna indébita meis fatis.) Tum inſtituam templa, *ſtructa* de ſólido mármore, Phœbo et Tríviæ, feſtóſque dies *dictos* de nómine Phœbi. Magna penetrália manent te quoque, *Sibylla*, *in* noſtris regnis. Namque ego ponam hìc tuas ſortes, arcanáque fata dicta meæ genti; ſacrabóque lectos viros *tibi*, alma *vates*: tantùm ne manda *tua* cármina fóliis; ne *illa* turbáta volent *facta* ludíbria rápidis ventis: oro, *ut tu* ipſa canas *ea*. *Ænéas* dedit finem loquéndi ore. At vates, nondum pátiens immánis Phœbi, bacchátur in antro, ſi poſſit excuſſiſſe magnum Deum péctore:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Tmeſis.* (c) *Pleonaſmus.*

Excuſſiſſe

Excuſſiſſe Deum: tanto magis ille fatigat *h*
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo. *k*
Oſtia jamque domus patuêre ingentia centum *k*
Sponte ſuâ, vatiſque ferunt reſponſa per auras: *p*
O tandem magnis pelagi defuncte periclis! *g*
Sed terrâ graviora manent. In regna Lavinî *e*
Dardanidæ venient, (a) mitte hanc de pectore curam: *l*
Sed non et veniſſe volent. Bella, horrida bella, *g*
Et Tybrim multo ſpumantem ſanguine cerno. *a*
Non Simoïs tibi, nec Xanthus, nec Dorica caſtra *l*
Defuerint: alius Latio jam partus Achilles, *k*
Natus et ipſe Deâ: Nec Teucris addita Juno *l*
Uſquam aberit. Quem tu ſupplex in rebus egenis, *m*
Quas gentes Italûm, aut quas non oraveris urbis? *f*
Cauſa mali tanti conjux iterum hoſpita Teucris; *n*
Externique iterum (b) Thalami. *d*
Tu ne cede malis; ſed contra audentior ito, *f*
Quàm tua te fortuna ſinet. Via prima ſalutis, *o*
Quod minime reris, Graia pandetur ab urbe. *p*
Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla *l*
Horrendas canit (a) ambages, antroque remugit, *f*
Obſcuris vera involvens: ea fræna furenti *b*

ORDO.

tanto magis ille fatígat rábidum os, domans fera corda, premendóque fingit *eam ad orácula proferénda*. Jamque centum ingéntia óſtia domûs patuére ſuâ ſponte, ferúntque *hæc* reſpónſa vatis per auras: ó *Ænéa* tandem defúncte magnis periculis pélagi! ſed gravióra *pericula* manent *te* terrâ. Dardánidæ vénient in regna Lavínii, mitte hanc curam de péctore: ſed et volent non veníſſe. Cerno bella, hórrida bella, et Tybrim ſpumántem multo ſánguine. Non Símoïs, nec Xanthus, nec Dórica caſtra defúerint tibi: jam álius Achílles *eſt* partus *tibi* Látio, et ipſe natus Deâ: nec *infeſta* Juno uſquam áberit áddita Teucris. Quem tu, ſupplex, in egénis rebus, quas gentes Italórum, aut quas urbes non oráveris? Conjux hóſpita Teucris *erit* íterum cauſa tanti mali; externique Thálami iterum *erunt cauſa belli*. Ne tu cede malis; ſed ito audéntior contra *ea*, quàm tua fortúna ſinet te. Prima via ſalútis, quod mínimè reris, pandétur ab Graïâ urbe. Cumæa Sibylla canit horréndas ambáges tálibus dictis ex ádyto, remugítque antro, involvens vera obſcúris: Apóllo cóncutit ea fræna *vati* furénti,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Concutit,

Concutit, et ſtimulos ſub pectore vertit Apollo. *q*
Ut primum ceſſit furor, et rabida ora quierunt; *c*
Incipit Æneas heros: non ulla laborum, *m*
O virgo, nova mî facies inopinave ſurgit: *d*
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi. *p*
Unum oro; quando hic inferni janua regis *a*
Dicitur, et tenebroſa palus Acheronte refuſo; *i*
Ire ad conſpectum cari genitoris, et (a) ora *b*
Contingat: doceas iter, et ſacra oſtia pandas. *e*
Illum ego per flammas et mille ſequentia tela *n*
Eripui his humeris, medioque ex hoſte recepi: *k*
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum, *i*
Atque omnes pelagique minas cœlique ferebat *e*
Invalidus, vires ultra ſortemque ſenectæ. *m*
Quin, ut te ſupplex peterem, et tua limina adirem, *c*
Idem orans mandata dabat. Natique patriſque, *g*
Alma, precor, miſerere: potes namque omnia; nec te *k*
Nequicquam lucis Hecate præfecit Avernis. *g*
Si potuit manes arceſſere conjugis Orpheus, *n*
Threïcia fretus citharâ fidibuſque canoris: *o*
Si fratrem Pollux alternâ morte redemit, *a*
Itque reditque viam toties: quid Theſea, magnum *k*

ORDO.

et vertit ſtimulos ſub *ejus* pectore. Ut primùm *ejus* furor ceſſit, et rabida ora quievérunt; Æneas heros incipit: ô virgo, non ulla nova inopináve facies labórum ſurgit mihi: præcépi, atque perégi ómnia mecum ánimo antè. Oro unum: quando jánua inférni regis dícitur *eſſe* hìc, et tenebróſa palus Acherónte refúſo; contingat *mihi* ire ad conſpéctum et ora cari genitóris: dóceas iter, et pandas ſacra óſtia. Ego eripui illum, his húmeris, per médias flammas, et mille tela ſequéntia, recepíque *illum* ex médio hoſte: ille eſt comitátus meum iter, *et* ómnia mária mecum, atque inválidus ferébat omnes minas pelagíque cœlíque, ultra vires ſortémque ſenéctæ. Quin idem *pater* orans dedit mandáta *mihi*, ut ſupplex péterem te, et adírem tua límina. Alma, precor, miſerére natíque patríſque: namque potes *fácere* ómnia; nec Hécate præfécit te nequícquam Avérnis lucis. Si Orpheus pótuit arcéſſere manes cónjugis, fretus Threïciâ cítharâ, canoríſque fídibus: ſi Pollux redémit fratrem altérnâ morte, itque redítque viam tóties: quìd *mémorem* Théſea,

(a) *Synecdoche.*

Quid memorem (a) Alciden? et mî genus ab Jove ſummo. *n*
Talibus orabat dictis, araſque tenebat. *m*
Tunc ſic orſa loqui vates: Sate ſanguine Divûm, *b*
Tros (a) Anchiſiade: facilis deſcenſus Averni: *e*
Noctes atque dies patet atri janua Ditis: *e*
Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras, *k*
Hoc opus, hic labor eſt. Pauci, quos æquus amavit *l*
Jupiter, aut (b) ardens evexit ad æthera virtus, *n*
Dîs geniti, potuere. Tenent media omnia ſylvæ, *i*
Cocytuſque ſinu labens circumfluit atro. *f*
Quod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt, *f*
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre *p*
Tartara; et inſano juvat indulgere labori: *p*
Accipe quæ peragenda prius. Latet arbore opaca *i*
Aureus et foliis et lento vimine ramus, *l*
Junoni infernæ dictus ſacer: hunc tegit omnis *b*
Lucus, et obſcuris claudunt convallibus umbræ. *m*
Sed non ante datur telluris operta ſubire, *b*
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus. *n*
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus *l*
Inſtituit. Primo avulſo non deficit alter *m*

ORDO.

quìd mémorem magnum Alcíden? et *eſt* mihi genus ab ſummo Jove. Orábat tálibus dictis, tenebátque aras. Tunc vates *eſt* orſa ſic loqui: *Ænéa* fate ſánguine Divórum, Tros Anchiſíade: deſcénſus Avérni *eſt* fácilis: jánua atri Ditis patet noctes atque dies: ſed revocáre gradum, evaderéque ad ſúperas auras, hoc *eſt* opus, hic eſt labor. Pauci, quos æquus Júpiter amávit, aut ardens virtus evéxit ad æthera, géniti Diis, potuére. Sylvæ tenent ómnia média *loca*, Cocytúſque, labens atro ſinu, circúmfluit. Quòd ſi tantus amor, tantáque cupído eſt *tuæ* menti, innáre Stygios lacus bis, vidére nigra Tártara bis; et juvat indulgére inſáno labóri: áccipe quæ *ſunt* peragénda priùs. Ramus, áureus et fóliis et lento vímine, latet opácâ árbore, dictus *eſſe* ſacer inférnæ Junóni: omnis lucus tegit hunc *ramum*, et umbræ claudunt *hunc* obſcúris convállibus. Sed non datur ſubíre opérta *loca* tellúris antè quàm quis decérpſerit aurícomos fœtus árbore. Pulchra Proſérpina inſtituit hoc ferri ſibi ſuum munus. Primo *ramo* avúlſo, alter áureus non déficit;

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.*

Aureus;

Aureus; et ſimili frondeſcit virga metallo. *l*
Ergo alte veſtiga oculis, et rite repertum *g*
Carpe manu; namque ipſe volens faciliſque ſequetur, *o*
Sic te fata vocant; aliter, non viribus ullis *e*
Vincere, nec duro poteris convellere (a) ferro. *p*
Præterea jacet exanimum tibi corpus amici, *i*
Heu neſcis! totamque inceſtat funere claſſem: *a*
Dum conſulta petis, noſtroque in limine (b) pendes. *f*
Sedibus hunc refer ante ſuis, et conde ſepulcro. *k*
Duc nigras pecudes: ea prima piacula ſunto. *d*
Sic demum lucos Stygios, regna invia vivis *g*
Aſpicies. Dixit, preſſoque obmutuit ore. *m*
Æneas mœſto defixus (a) lumina vultu *a*
Ingreditur, linquens antrum; cæcoſque (b) volutat *m*
Eventus animo ſecum: cui fidus Achates *f*
It comes, et paribus curis veſtigia figit. *l*
Multa inter ſeſe vario ſermone (b) ſerebant: *g*
Quem ſocium exanimem vates, quod corpus humandum *l*
Diceret; atque illi Miſenum in littore ſicco, *m*
Ut venêre, vident indigna morte peremptum; *f*
Miſenum (c) Æoliden, quo non præſtantior alter *f*
Ære ciere viros, (a) Martemque accendere cantu. *l*

ORDO.

et virga frondéſcit ſímili metállo. Ergo veſtíga *illum* óculis altè, et carpe *illum* repértum ritè manu; namque ipſe volens faciliſque ſequétur *manum*, ſi fata vocant te *ad ínferos*; áliter non póteris vincere *illum* ullis víribus, nec convéllere *illum* duro ferro. Prætérea exánimum corpus *cujúſdam* amíci tibi jacet *inſepúltum*; heu neſcis! inceſtátque totam claſſem fúnere: dum *tu* petis conſúlta, pendíſque in noſtro límine. Refer hunc ſuis ſédibus antè, et conde ſepulcro. Duc nigras pécudes: ea ſunto prima piácula. Sic demum aſpícies Stygios lucos, regna ínvia vivis. Dixit, obmutuítque ore preſſo. Ænéas, linquens antrum, ingréditur defíxus *quoad* lúmina mœſto vultu; volutátque cæcos evéntus ſecum ánimo: cui fidus Achátes it comes, et figit veſtígia páribus curis. Serébant multa inter ſeſe vário ſermóne: quem exánimem ſócium, quod corpus vates díceret *eſſe* humándum; atque illi, ut venére, vident Miſénum, *jacéntem* in ſicco líttore, perémptum indígnâ morte; Miſénum Æóliden, quo non *eſt* alter præſtántior ciére viros ære, accenderéque Martem cantu.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomaſia.*

Hectoris hic magni fuerat comes: Hectora circum o
Et lituo pugnas insignis obibat et hastâ. n
Postquam illum victor vitâ spoliavit Achilles, b
Dardanio Æneæ sese fortissimus heros m
Addiderat socium, non inferiora secutus. q
Sed tum forte cavâ dum personat æquora conchâ h
Demens, et cantu vocat in certamina Divos; g
Æmulus exceptum Triton, si credere dignum est, m
Inter saxa virum spumosâ immersérat undâ. f
Ergo omnes magno circum clamore fremebant: a
Præcipue pius Æneas. Tum jussa Sibyllæ, l
Haud mora, festinant flentes; aramque sepulcri m
Congerere arboribus, cœloque educere certant. l
Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum: n
Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex, d
Fraxineæque trabes: cuneis et fissile robur k
Scinditur: advolvunt ingentes montibus ornos. m
Necnon Æneas opera inter talia primus g
Hortatur socios, paribusque accingitur armis. e
Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat, f
Aspectans sylvam immensam, et sic (a) ore precatur: a
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus c

ORDO.

Hic *Misenus* súerat comes magni Héctoris: et circum Héctora, obíbat pugnas insignis lítuo et hastâ. Postquam victor Achílles spoliávit illum *Héctora* vitâ, *hic* fortíssimus heros *Misenus* addíderat sese sócium Dardánio Ænéæ, secútus non inferióra, *i. e. inferiórem ductórem.* Sed tum, dum fortè demens pérsonat æquora cavâ conchâ, et vocat Divos in certámina *secum* cantu; æmulus Triton immérserat virum, excéptum inter saxa, spumósâ undâ, si est dignum crédere. Ergo omnes fremébant circum *corpus* magno clamóre: præcípue pius Ænéas. Tum haud *est* mora, flentes féstinant *perfícere* jussa Sibyllæ; certántque congérere aram sepúlcri arbóribus, educeréque *eam* cœlo. Itur in antíquam sylvam, alta stábula ferárum: piceæ procúmbunt: ilex icta secúribus sonat, fraxineæque trabes: et físsile robur scínditur cúneis: advólvunt ingéntes ornos móntibus. Necnon Ænéas primus inter tália ópera hortátur sócios, accingitúrque páribus armis. Atque ipse volútat hæc cum suo tristi corde, aspéctans imménsam sylvam, et sic precátur ore: si nunc ille áureus ramus osténdat se nobis árbore in tanto némore:

(a) *Pleneſmus.*

Oſtendat

Oſtendat nemore in tanto: quando omnia vere f
Heu nimium de te vates, Miſene, locuta eſt. m
Vix ea fatus erat, geminæ cum ſorte columbæ k
Ipſa ſub (a) ora viri cœlo venêre volantes, l
Et viridi ſedêre ſolo: tum maximus heros p
Maternas agnoſcit aves, lætuſque precatur: g
Eſte duces ô, ſiqua via eſt: curſumque per auras p
Dirigite in lucos, ubi pinguem dives opacat p
Ramus humum: tuque ô dubiis ne defice rebus, p
Diva parens. Sic effatus, veſtigia preſſit, m
Obſervans quæ ſigna ferant, quo tendere pergant. g
Paſcentes illæ tantum prodire volando, a
Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentum. p
Inde ubi venêre ad fauces graveolentis Averni; n
Tollunt ſe celeres, liquidumque per aëra lapſæ, d
Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt, e
Diſcolor unde (b) auri per ramos aura refulſit. m
Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum m
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos, q
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos. p
Talis erat ſpecies (b) auri frondentis opacâ l
Ilice, ſic leni crepitabat bractea vento. p

ORDO.

quando vates eſt locúta ómnia vere, heu nímiùm *verè* de te, Miſéne. Vix erat fatus ea, cùm ſortè géminæ colúmbæ venére volántes cœlo ſub ora ipſa viri, et ſedére víridi ſolo: tum máximus heros agnóſcit matérnas aves lætúſque precátur: ô eſte duces, ſiqua via eſt: dirigitéque per auras *meum* curſum in lucos, ubi dives ramus opácat pinguem humum: tuque, ô Diva parens, ne défice dúbiis rebus. Sic effátus, preſſit veſtigia, obſérvans quæ ſigna *colúmbæ* ferant, quo pergant téndere. Illæ *colúmbæ* paſcéntes *cœpérunt* prodíre tantum volándo, *i. e. ſubſiliéndo* quantum óculi ſequéntium poſſent ſervâre, *i. e. obſervâre eos* ácie *lúminum*. Inde ubi venére ad fauces graveoléntis Avérni; *illæ* céleres tollunt ſe, lapſæque per líquidum áëra, ſidunt optátis ſédibus ſuper géminâ árbore, unde díſcolor aura auri refúlſit per ramos. Quale viſcum, quod ſua arbos non ſéminat, ſolet virére novâ fronde, *in* ſylvis brumáli témpore, et circúmdare téretes truncos cróceo fœtu. Talis erat ſpécies auri fronténtis opácâ îlice, ſic bráctea crepitábat leni vento.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.*

Corripit

Corripit extemplo Æneas, aviduſque refringit
Cunctantem, et vatis portat ſub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Miſenum in littore Teucri
Flebant, et cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principio pinguem tædis et robore ſecto
Ingentem ſtruxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, et ferales ante cupreſſos
Conſtituunt, decorantque ſuper fulgentibus armis.
Pars calidos latices et ahena (a) undantia flammis
Expediunt: corpuſque lavant frigentis et unguunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota,
Conjiciunt. Pars ingenti ſubiere feretro,
Triſte miniſterium; et ſubjectam more parentum
Averſi tenuere facem: congeſta cremantur
Thurea dona, (b) dapes, fuſo crateres olivo.
Poſtquam collapſi cineres, et flamma quievit,
Relliquias vino et bibulam lavêre favillam;
Oſſaque lecta cado texit Chorinæus aheno.
Idem ter ſocios purâ circumtulit undâ,
Spargens rore levi et ramo felicis olivæ:
Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.

ORDO.

Extémplò Ænéas córripit *ramum*, avidúſque refríngit *eum* cunctántem, et portat *eum* ſub tecta vatis Sibyllæ. Nec minùs intérea Teucri flebant Miſénum in littore, et ferébant ſupréma *officia* ingráto cíneri. Principio ſtruxére ingéntem pyram, pinguem tædis, et ſecto róbore: cui látera intéxunt atris frondibus, et conſtituunt feráles cupréſſos ante *eam*, decorántque *eam* fulgéntibus armis ſupèr. Pars expédiunt cálidos látices, et ahéna *vaſa* undántia flammis: lavantque et unguunt corpus *Miſeni* frigéntis. Gémitus fit: tum repónunt *ejus* membra defléta toro, ſupérque *ea* conjiciunt purpúreas veſtes, nota velámina. Pars ſubivére ingénti ferétro, *quod eſt* triſte miniſtérium; et avérſi tenuére facem ſubjéctam more paréntum: thúrea dona congéſta, dapes, *et* cratéres olivo fuſo cremántur. Poſtquam cíneres *fuérunt* collápſi, et flamma quiévit, lavére relliquias et bibulam favíllam vino; Chorinæúſque texit lecta oſſa ahéno cado. Idem *Chorinæus* circúmtulit ſócios ter purâ undâ, ſpargens *eos* levi rore et ramo felícis olívæ: luſtravítque viros, dixítque noviſſima verba: *nempe*, *vale*, *ílicet*.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

At

At pius Æneas ingenti mole ſepulcrum m
Imponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque, e
Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo l
Dicitur, æternumque tenet per ſecula nomen. p
His actis, propere exſequitur præcepta Sibyllæ. e
Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu, ſ
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris; q
Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes p
Tendere iter pennis; talis ſeſe halitus atris m
Faucibus effundens ſupera ad convexa ferebat; p
Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum. l
Quatuor hic primum (a) nigrantes terga juvencos m
Conſtituit, frontique invergit vina ſacerdos: m
Et, ſummas carpens media inter cornua ſetas, g
Ignibus imponit ſacris libamina prima, m
Voce vocans Hecaten, cœloque ereboque potentem. q
Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem h
Suſcipiunt pateris. Ipſe atri velleris agnam l
Æneas matri Eumenidum magnæque ſorori g
Enſe ferit; ſterilemque tibi, Proſerpina, vaccam. k
Tum Stygio regi nocturnas inchoat (b) aras, m
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis, m

ORDO.

At pius Æneas impónit ſepúlcrum ingénti mole, *fixit* ſuáque arma viro, remúmque, tubámque, ſub aërio monte, qui nunc dicitur Miſenus ab illo, tenétque ætérnum nomen per ſécula. His actis, próperè exſéquitur præcépta Sibyllæ. Fuit alta ſpelúnca, immaníſque vaſto hiátu, ſcrúpea, tuta nigro lacu, tenebríſque némorum; ſuper quam haud ullæ *aves* volántes póterant téndere iter pennis impúnè; talis hálitus, effúndens atris faúcibus, ferébat ſeſe ad ſúpera convéxa; unde Gráii dixérunt locum Avérnum nómine. Hìc primùm conſtítuit quátuor juvéncos nigrántes *quoad* terga, ſacerdóſque invérgit vina fronti *eórum:* et, carpens ſummas ſetas inter média córnua, impónit prima libámina ſacris ígnibus, vocans Hécaten voce, poténtem cœlóque erebóque. Alii ſuppónunt cultros, ſuſcipiúntque tépidum cruórem páteris. Æneas ipſe ferit agnam atri vélleris enſe matri Euménidum magnæque ſorori *ejus*; ſterilémque vaccam tibi, Proſerpina. Tum inchoat noctúrnas aras Stygio regi, et impónit ſólida víſcera taurórum flammis,

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.*

Pingue

Pingue ſuperque oleum fundens ardentibus extis. *l*
Ecce autem, primi ſub lumina Solis et ortus, *b*
Sub pedibus mugire ſolum, et juga cœpta moveri *o*
Sylvarum: viſæque canes ululare per umbram, *c*
Adventante Deâ. Procul ô, procul eſte, profani, *d*
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco. *a*
Tuque invade viam, vaginâque eripe ferrum: *f*
Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo. *l*
Tantum effata, furens antro ſe immiſit aperto: *f*
Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus æquat. *l*
Dî, quibus imperium eſt animarum, umbræque ſilentes; *k*
Et Chaos, et Phlegethon, loca nocte ſilentia late, *i*
Sit mihi fas audita loqui: ſit numine veſtro *p*
(a) Pandere res altâ terrâ et caligine (a) merſas. *m*
Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram, *a*
Perque domos Ditis vacuas, et inania regna. *o*
Quale per incertam Lunam ſub luce maligna *m*
Eſt iter in ſylvis: ubi cœlum condidit umbrâ *p*
Jupiter, et rebus nox abſtulit atra colorem. *n*
Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus Orci, *m*
Luctus et ultrices poſuêre cubilia Curæ: *o*

ORDO.

fundénſque pingue óleum ſuper ardéntibus extis. Autem ecce, ſub lúmina et ortus primi ſolis, ſolum *eſt cæptum* mugíre ſub pédibus, et juga ſylvárum cœpta movéri: canéſque *ſunt* viſæ ululáre per umbram, Deâ adventánte. Vates conclámat, ô profáni eſte procùl, procùl, abſiſtitéque toto luco. Tuque inváde viam, eripéque ferrum vagínâ: nunc eſt opus *tibi* ánimis, Ænéa, nunc *eſt opus* firmo péctore. *Sibyllæ* effáta *hoc* tantum, furens immíſit ſe apérto antro: ille *Ænéas* æquat *eam* ducem vadéntem, haud tímidis páſſibus. *Vos* Dii, quibus eſt impérium animárum, ſilentéſque umbræ; et Chaos, et Phlégethon, loca latè ſiléntia nocte, ſit fas mihi loqui audíta: ſit *lícitum* veſtro númine pándere res merſas altâ terrâ et calígine. Obſcúri ibant per umbram ſub ſolâ nocte, perque vácuas domos, et ináni regna Ditis. Quale iter eſt in ſylvis per incértam lunam ſub malígnâ luce; ubi Júpiter cóndidit cœlum umbrâ, et atra nox ábſtulit colórem rebus. Ante veſtíbulum ipſum, inque primis fáucibus Orci, luctus, et ultrîces Curæ poſuére cubília:

(a) *Metaphora.*

(a) Pallenteſque

(a) Pallenteſque habitant Morbi, (a) triſtiſque Senectus, *f*
Et Metus, et maleſuada Fames, et turpis Egeſtas, 276 *k*
Terribiles viſu formæ; Letumque, Laborque: *m*
Tum conſanguineus Leti Sopor, et mala mentis *h*
Gaudia, mortiferumque adverſo in limine Bellum, *l*
Ferreique Eumenidum thalami, et Diſcordia demens 280 *e*
Vipereum crinem vittis (b) innexa cruentis. *m*
In medio ramos annoſaque (c) brachia pandit *n*
Ulmus opaca, ingens: quam ſedem Somnia vulgo *m*
Vana tenere ferunt, foliiſque ſub omnibus hærent. *i*
Multaque præterea variarum monſtra ferarum, 285 *k*
Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæque biformes, *e*
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ *e*
(d) Horrendum ſtridens, flammiſque armata Chimæra: *a*
Gorgones, Harpyiæque et forma tricorporis umbræ. *q*
Corripit hic ſubita trepidus formidine (a) ferrum 290 *k*
Æneas, ſtrictamque aciem venientibus offert. *c*
Et, ni docta comes tenues ſine corpore (a) vitas *d*
Admoneat volitare cava ſub imagine formæ, *i*
Irruat, et fruſtra (a) ferro diverberet umbras. *m*
Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad undas. 295 *q*
Turbidus hinc cœno vaſtaque voragine gurges *n*

ORDO.

Pallentéſque morbi hábitant, triſtiſque ſenéctus, et metus, et maleſuáda fames, et turpis egéſtas, formæ terríbiles viſu; lerúmque, labó-que: tum ſopor conſanguíneus leti, et mala gaúdia mentis, mortiferúmque bellum in advérſo límine, ferreíque thálami Eumenidum, et demens diſcórdia, innéxa *circum* vipéreum crinem cruéntis vittis. In médio ingens opáca ulmus pandit ramos annoſáque bráchia quam ſedem vulgò ferunt vana ſómnia tenére, hæréntque ſub ómnibus fóliis. Prætereáque multa monſtra variárum ferárum, *ſc.* centáuri ſtábulant in fóribus, biforméſque Scyllæ, et centumgéminus Briáreus, ac béllua Lernæ, ſtridens horréndùm, Chimæráque armáta flammis: Górgones, Harpyiæque, et forma tricórporis umbræ. Hìc Æneas, trépidus ſúbitâ formídine, córripit ferrum, offértque ſtrictam áciem *enſis* veniéntibus *umbris*. Et, ni docta comes *Sibylla* admóneat *eum eas* ténues vitas volitáre ſine *vero* córpore ſub cavâ imágine formæ, írruat, et fruſtrà divérberet umbras ferro. Hinc via *íncipit*, quæ fert ad undas Tartárei Acheróntis. Hinc gurges, túrbidus cœno vaſtâque voráginе, æſtuat,

(a) *Metonymia.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Metaphora.* (d) *Antimeria.*

Æſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. *m*
Portitor has horrendus aquas et flumina ſervat *p*
Terribili ſqualore Charon: cui plurima mento *p*
Canities inculta jacet, ſtant (a) lumina flamma, *p*
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. *l*
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat, *p*
Et ferrugineâ ſubvectat (a) corpora cymbâ, *f*
Jam ſenior; ſed (b) cruda Deo (b) viridiſque ſenectus. *o*
Huc omnis turba ad ripas (b) effuſa ruebat; *a*
Matres, atque viri, defunctaque corpora vitâ *h*
Magnanimûm heroüm, pueri innuptæque puellæ, *p*
Impoſitique rogis juvenes ante (a) ora parentum: *k*
Quàm multa in ſylvis autumni frigore primo *a*
Lapſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto *l*
Quàm multæ (b) glomerantur aves, ubi (a) frigidus (c) annus *d*
Trans pontum fugat, et terris immittit apricis. *f*
Stabant orantes primi tranſmittere curſum, *a*
Tendebantque manus ripæ ulterioris amore. *h*
Navita ſed triſtis nunc hos, nunc accipit illos; *m*
Aſt alios longè ſummotos arcet arenâ. *m*
Æneas (miratus enim, motuſque tumultu) *g*

ORDO.

atque erúctat omnem arénam Cocyto. Pórtitor Charon, horréndus terribili ſqualóre, ſervat has aquas et flúmina: cui plúrima caníties jacet mento incúlta, lúmina ſtant flammâ, *et* ſórdidus amíctus depéndet nodo ex húmeris. Ipſe ſúbigit ratem conto, miniſtrátque velis, et ſubvéctat córpora *umbrárum* ferrugineâ cymbâ, jam ſénior; ſed ſenéctus *eſt* cruda viridíſque *illi utpote* Deo. Omnis turba ruébat huc effúſa ad ripas; matres atque viri, corporáque magnanimórum heróum defúncta vitâ, púeri, innúptæque puéllæ, juveníſque impóſiti rogis ante ora paréntum: quàm multa fólia, lapſa in ſylvis, cadunt primo frígore autúmni, aut quàm multæ aves glomeránter ad terram ab alto gúrgite, ubi frígidus annus fugat *eas* trans pontum, et immíttit *eas* aprícis terris. Primi ſtabant oránter tranſmíttere curſum, tendebántque manus amóre ulterióris ripæ. Sed triſtis návita *Charon* áccipit nunc hos, nunc illos; aſt arcet álios longè ſummótos aréná. Ænéas ait (enim *eſt* mirátus, motúſque tumúltu)

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Dic,

Dic, ait, ô virgo, quid vult concurſus ad amnem? *m*
Quidve petunt animæ? vel quo diſcrimine ripas *l*
Hæ linquunt, illæ remis vada livida (a) verrunt? *b*
Olli ſic breviter fata eſt longæva ſacerdos: *f*
Anchiſa generate, Deûm certiſſima proles, *e*
Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamque paludem, *c*
Dî cujus jurare timent et fallere numen. *g*
Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba eſt: *e*
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, ſepulti. *q*
Nec ripas datur horrendas, nec (a) rauca fluenta *f*
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt. *h*
Centum errant annos, (a) volitantque hæc littora circum. *g*
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reviſunt. *a*
Conſtitit Anchiſa ſatus, et veſtigia preſſit, *p*
Multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam. *o*
Cernit ibi mœſtos, et (b) mortis honore carentes, *n*
Leucaſpim, et Lyciæ ductorem claſſis Orontem: *f*
Quos ſimul à Troja ventoſa per æquora vectos *n*
Obruit Auſter, aqua (a) involvens navemque viroſque. *l*
Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat: *n*
Qui Libyco nuper curſu, dum ſidera (c) ſervat, *m*
Exciderat puppi, mediis (a) effuſus in undis. *p*

ORDO.

ô virgo, dic, quid *ſibi* vult *iſte* concúrſus ad amnem? quidve *hæ* ánimæ petunt? vel, quo diſcrimine, hæ linquunt ripas, *et* illæ verrunt lívida vada remis? Longæva ſacérdos eſt fata bréviter olli ſic; generáte Anchíſâ, certíſſima proles Deórum, vides alta ſtagna Cocyti, Stygiámque Palúdem, cujus numen Dii timent juráre et fállere. Omnis hæc turba, quam cernis, eſt inops inhumatáque: ille pórtitor *eſt* Charon: hi, quos unda vehit, *ſunt* ſepúlti. Nec datur tranſportáre *eos per* horréndas ripas nec rauca fluénta priùs, quàm oſſa quievérunt ſédibus. Errant centum annos, volitántque circum hæc líttora. Tum demum admíſſi reviſunt exoptáta ſtagna. *Ænéas*, ſatus Anchiſâ, cónſtitit, et preſſit veſtígia, putans multa, miſeratúſque iniquam ſortem *eórum* ánimo. Ibi cernit *ſócios* mœſtos, et caréntes honóre mortis, *i. e. ſepúlchri*, *ſcilicet* Leucáſpim, et Oróntem ductórem Lyciæ claſſis: quos, vectos ſimul à Trojâ per ventóſa æquora, Auſter óbruit, invólvens navémque viróſque aquâ. Ecce Palinúrus, gubernátor *ejus navis*, agébat ſeſe *ad eum: is*, qui nuper, Líbyco curſu, dum *ob*-ſervat ſídera, exciderat puppi, effúſus in médiis undis.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Aphæreſis.*

Hunc ubi vix multa mœſtum cognovit in umbra, *m*
Sic prior alloquitur: Quis te, Palinure, Deorum *q*
Eripuit nobis, medioque ſub æquore merſit? *o*
Dic, age: namque mihi fallax haud ante repertus, *l*
Hoc uno reſponſo animum deluſit Apollo; *g*
Qui fore te ponto incolumem, fineſque canebat *p*
Venturum Auſonios: en hæc promiſſa fides eſt? *f*
Ille autem: Neque te Phœbi cortina fefellit, *f*
Dux (a) Anchiſiade; nec me Deus æquore merſit. *h*
Namque gubernaclum multa vi forte revulſum, *m*
Cui datus hærebam cuſtos, curſuſque regebam, *m*
Præcipitans traxi mecum. Maria aſpera juro, *n*
Non ullum pro me tantum cepiſſe timorem; *a*
Quam tua ne, ſpoliata armis, excuſſa magiſtro, *l*
Deficeret tantis navis ſurgentibus undis. *m*
Tres Notus (b) hybernas immenſa per æquora noctes *n*
Vexit me violentus aquâ: vix (b) lumine quarto *e*
Proſpexi Italiam, ſumma ſublimis ab unda. *f*
Paulatim adnabam terræ, et jam tuta tenebam; *a*
Ni gens crudelis madida cum veſte gravatum, *g*
Prenſantemque uncis manibus capita aſpera montis, *c*
Ferro invaſiſſet, prædamque ignara putâſſet. *a*

ORDO.

Ubi *Æneas* vix cognóvit hunc mœſtum in multâ umbrâ, prior alló-quitur *hunc* ſic; Palinúre, quis Deórum eripuit te nobis, merſitque *te* ſub médio æquore? Age, dic: namque Apollo, haud antè repértus mihi *eſſe* fallax, delúſit *meum* ánimum hoc uno reſpónſo; qui cantabat te fore incólumem ponto, venturúmque *ad* Auſónios fines: en eſt hæc promiſſa fides? Autem ille *Palinúrus ait:* dux Anchiſiade, neque cortina Phœbi feféllit te; nec Deus merſit me æquore. Namque fortè præcípitans traxi mecum gubernáculum *navis*, revúlſum multâ vi, cui datus cuſtos hærébam, regebámque curſus *ejus*. Juro áſpera mária, *me* non cepíſſe ullum tantum timórem pro me *ipſo*, quàm ne tua navis, ſpoliáta armis *navigándi*, excúſſa magiſtro, deficeret tantis undis ſurgéntibus. Violéntus Notus vexit me aquâ tres hybérnas noctes per imménſa æquora: quarto lúmine vix proſpéxi Itáliam, ſublímis ab ſummâ undâ. Paulátim adnábam terræ, et jam tenébam tuta *loca*; ni crudélis gens invaſíſſet *me* ferro, gravátum cum mádidâ veſte, prenſantémque áſpera cápita montis uncis mánibus, ignaráque putaviſſet *me eſſe* prædam.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.*

Nunc

Nunc me fluctus habet, verſantque in littore venti. *f*
Quod te per cœli jucundum lumen et auras, *a*
Per genitorem oro, per ſpem (a) ſurgentis Iüli; *m*
Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram *p*
Injice, namque potes; portuſque require Velinos: *q*
Aut tu, ſi qua via eſt, ſi quam tibi Diva creatrix *h*
Oſtendit (neque enim, credo, ſine numine Divûm *b*
Flumina tanta paras Stygiamque innare paludem) *k*
Da dextram miſero, et tecum me tolle per undas, *f*
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. *p*
Talia fatus erat, cœpit cum talia vates: *l*
Unde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido? *e*
Tu Stygias inhumatus aquas amnemque ſeverum *k*
Eumenidum aſpicies? ripamve injuſſus abibis? *l*
Deſine fata Deûm (a) flecti ſperare precando. *l*
Sed cape dicta memor, duri ſolatia caſus. *l*
Nam tua finitimi, longe lateque per urbes *i*
Prodigiis acti cœleſtibus, oſſa piabunt, *n*
Et ſtatuent tumulum, et tumulo ſolemnia mittent: *k*
Æternumque locus Palinuri nomen habebit. *e*
His dictis curæ emotæ, pulſuſque parumper *a*
Corde dolor triſti: gaudet cognomine terra. *m*

ORDO.

Nunc fluctus habet me, ventíque verſant me in littore. *Propter* quod oro te per jucúndum lumen cœli, et *per* auras, per genitórem *Anchiſen*, per ſpem ſurgéntis Iüli; éripe me his malis, invícte: aut tu injice terram mihi, namque potes; requiréque Velínos portus: aut tu da dextram *mihi* míſero, et tolle me tecum per undas, ſi eſt qua via, ſi diva creátrix oſténdit quam *viam* tibi, (neque enim, credo, paras innáre tanta flúmina, Stygiámque palúdem ſine númine Divórum) ut ſaltem quiéſcam plácidis ſédibus in morte. *Palinúrus* erat fatus tália, cùm vates cœpit *loqui* tália: ô Palinúre, unde *eſt* tibi hæc tam dira cupído? *an* tu inhumátus aſpícies Stygias aquas ſeverúmque amnem Euménidum? injuſſúſve abíbis *in* ripam? déſine ſperáre fata Deórum *poſſe* flecti precándo. Sed *tu* memor cape dicta, ſolátia duri caſûs. Nam finítimi *pópuli Leucániæ*, acti cœléſtibus prodígiis longè latèque per urbes, piábunt *tua* oſſa, et ſtátuent túmulum *tíbi*, et mittent ſoléminia *tuo* túmulo: locúſque habébit ætérnum nomen Palinúri. Curæ *Palinúri ſunt* emótæ his dictis, dolórque parúmper pulſus triſti corde: gaudet terrâ *dictâ ſuo* cognómine.

(a) *Metaphora.*

Ergo

Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant. *o*
Navita quos jam inde ut Stygia proſpexit ab unda *p*
Per (a) tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ; *k*
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultro: *l*
Quiſquis es, armatus qui noſtra ad flumina tendis, *m*
Fare age, quid venias: jam iſtinc et comprime greſſum. *l*
Umbrarum hic locus eſt, Somni, Noctiſque ſoporæ: *f*
Corpora viva nefas Stygiâ vectare carinâ. *k*
Nec vero (b) Alciden me ſum lætatus euntem *a*
Accepiſſe lacu; nec Theſea, Pirithoümque, *b*
Dîs quanquam geniti, atque invicti viribus eſſent. *f*
Tartareum ille manu cuſtodem in (c) vincla petivit, *l*
Ipſius à ſolio Regis traxitque trementem: *l*
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. *p*
Quæ contra breviter fata eſt Amphryſia vates: *f*
Nullæ hic inſidiæ tales, abſiſte moveri; *f*
Nec vim tela ferunt: licet ingens janitor antro *e*
(d) Æternum latrans exſangues terreat umbras; *a*
Caſta licet patrui ſervet Proſerpina (e) limen. *l*
Troïus Æneas, pietate inſignis et armis, *p*
Ad genitorem, imas Erebi deſcendit ad umbras. *p*
Si te nulla movet tantæ pietatis imago, *b*

ORDO.

Ergo *Æneas et Sibylla* péragunt incéptum iter, propinquántque flúvio. Quos ut návita *Charon* jam inde proſpéxit ab Stygiâ undâ ire per tácitum nemus, adverteréque pedem ripæ; prior aggréditur *eos* dictis ſic, atque increpat *eos* ultro: quiſquis es, qui armátus tendis ad noſtra flúmina, age, fare, quid vénias: et jam iſtinc cómprime *tuum* greſſum. Hic eſt locus umbrárum, Somni, ſoporæque noctis: *eſt* nefas vectáre viva córpora Stygiâ carínâ. Nec verò ſum lætátus me accepíſſe Alciden lacu eúntem *huc*; nec Théſea, Pirithoümque, quanquam eſſent géniti Diis, atque invícti viribus. Ille *Alcides, i. e. Hércules* petívit Tartáreum cuſtódem *Cérberum* in víncula manu, traxítque *eum* treméntem à ſolio regis *Plutónis* ipſíus: hi *ſunt* adórti dedúcere *Proſérpinam* dóminam Ditis thálamo. Contra quæ Amphryſia vates eſt fata bréviter: *ſunt* nullæ tales inſídiæ hìc, abſíſte móvéri; nec tela *Æné*æ ferunt vim: *per nos* licet *ut* ingens jánitor, latrans ætérnùm antro, térreat exſángues umbras; licet *ut* caſta Proſérpina ſervet limen pátrui. Troïus Ænéas, inſignis pietáte et armis, deſcéndit ad genitórem, ad imas umbras Erebi. Si nulla imágo tantæ pietátis movet te,

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Syncope.* (d) *Antimeria.* (e) *Synecdoche.*

At

At ramum hunc (aperit ramum qui veſte latebat) *f*
Agnoſcas. (a) Tumida ex ira tum corda reſidunt. *f*
Nec plura his. Ille admirans venerabile donum *b*
Fatalis virgæ, longo poſt tempore viſum, *a*
Cœruleam advertit (b) puppim, ripæque propinquat. *m*
Inde alias animas, quæ per juga longa ſedebant, *q*
Deturbat, laxatque foros: ſimul accipit (c) alveo *c*
Ingentem Æneam. (d) Gemuit ſub pondere cymba *g*
Sutilis, et multam accepit rimoſa (e) paludem. *m*
Tandem trans fluvium incolumes vatemque virumque *e*
Informi limo glaucaque exponit in ulva. *a*
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci *m*
Perſonat, adverſo recubans immanis in antro. *p*
Cui vates, horrere videns jam colla colubris, *g*
Melle ſoporatam et medicatis frugibus offam *p*
Objicit: ille fame rabidâ tria guttura pandens, *i*
Corripit objectam, atque immania terga reſolvit *n*
Fuſus humi, totoque ingens extenditur antro. *m*
Occupat Æneas aditum, cuſtode ſepulto, *p*
Evaditque celer ripam irremeabilis undæ. *b*
Continuo auditæ voces, vagitus et ingens, *m*
Infantumque animæ flentes in limine primo: *f*

ORDO.

at agnóſcas hunc ramum, (áperit ramum, qui latébat veſte.) Tum corda *Charónis* réſidunt ex túmidâ irâ. Nec plura *ſunt dicta* his. Ille, admírans venerábile donum fatális virgæ, viſum longo témpore poſt, advértit cœrúleam puppim, propinquátque ripæ. Inde detúrbat alias ánimas, quæ ſedébant per longa juga, laxátque foros: ſimul áccipit ingéntem Ænéam álveo. Sútilis cymba gémuit ſub póndere, et rimóſa accépit multam palúdem. Tandem expónit vatémque virúmque incólumes trans flúvium in infórmi limo, glaucâque ulvâ. Ingens Cérberus pérſonat hæc regna trifaúci latratu, récubans immánis in advérſo antro. Cui vates, videns *ejus* colla jam horrére cólubris, óbjicit offam ſoporátam melle et medicátis frúgibus: ille, pandens tria gúttura rábidâ fame, córripit *eam* objéctam, atque fuſus humi, reſólvit immánia terga, extenditúrque ingens toto antro. Ænéas óccupat áditum, cuſtóde ſepúlto *ſomno*, celérque evádit ripam irremeábilis undæ. Contínuò voces *ſunt* auditæ, et ingens vagítus, animæque infántum flentes in primo límine:

(a) *Allegoria.* (b) *Synecdoche.* (c) *Synæreſis.* (d) *Metaphora.* (e) *Metonymia.*

Quos

Quos dulcis vitæ exſortes, et ab ubere raptos *b*
Abſtulit atra dies, et (a) funere (b) merſit acerbo: *q*
Hos juxta, falſo damnati crimine mortis. *a*
Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine judice ſedes. *d*
Quæſitor Minos urnam movet: ille ſilentum *b*
Conciliumque vocat, vitaſque et crimina diſcit. *l*
Proxima deinde tenent mœſti loca, qui ſibi letum *q*
Inſontes peperêre manu, lucemque peroſi *e*
(b) Projecêre animas. Quam vellent æthere in alto *f*
Nunc et pauperiem et (b) duros perferre labores! *f*
Fata obſtant, triſtique palus inamabilis unda *c*
Alligat, et novies Styx interfuſa coërcet. *l*
Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnem *m*
Lugentes campi: ſic illos nomine dicunt. *a*
Hic quos (b) durus amor crudeli tabe peredit, *f*
Secreti celant calles, et myrtea circum *a*
Sylva tegit; curæ non ipſa in morte relinquunt. *m*
His Phædram Procrinque locis, mœſtamque Eriphylen *g*
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit, *a*
Evadnenque, et Paſiphaën. His Laodamia *g*
It comes; et, juvenis quondam, nunc fœmina, Cæneus, *l*
Rurſus et in veterem fato (b) revoluta figuram. *q*

ORDO.

quos exſórtes dulcis vitæ, et raptos ab úbere, atra dies ábſtulit, et merſit acérbo fúnere: juxta hos *ſunt* damnáti mortis falſo crímine. Nec verò hæ ſedes *ſunt* datæ ſine ſorte, ſine júdice. Quæſítor Minos movet urnam: ille vocátque concílium ſiléntum, diſcítque vitas et crímina. Deínde mœſti, qui inſóntes peperére letum ſibi *ſuâ* manu, peroſíque lucem projecére ánimas, tenent próxima loca. Quàm vellent nunc perférre et paupériem et duros labóres in alto æthere! Fata obſtant, inamabilíſque palus álligat *eos* triſti undâ, et Styx nóvies interfúſa coércet *eos*. Nec procùl hinc monſtrántur fuſi in omnem partem lugéntes campi: ſic dicunt illos nómine. Hìc ſecréti calles celant, et mírtea ſylva tegit *eos* circùm, quos durus amor perédit crudéli tabe; curæ non relínquunt *tales* in morte ipsâ. *Ænéas* cernit Phædram Procrínque his locis, mœſtámque Eriphylen, monſtrántem vúlnera crudélis nati, Evadnénque, et Paſíphaën. Laodamía it comes his; et Cæneus, quondam júvenis, nunc fœmina, et rurſus revolúta fato in véterem figúram.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Inter

Inter quas Phœniſſa (a) recens à vulnere Dido *g*
Errabat ſylva in magna: quam Troïus heros *a*
Ut primum juxta ſtetit, agnovitque per umbram *g*
Obſcuram; qualem primo qui ſurgere menſe *a*
Aut videt aut vidiſſe putat per nubila lunam; *p*
(b) Demiſit lacrymas, dulcique affatus amore eſt: *f*
Infelix Dido! verus mihi nuncius ergo *b*
Venerat, exſtinctam (c) ferroque extrema ſecutam? *m*
(c) Funeris heu tibi cauſa fui! Per ſidera juro, *k*
Per ſuperos, et ſi qua fides tellure ſub ima eſt, *p*
Invitus, regina, tuo de littore ceſſi. *g*
Sed me juſſa Deûm, quæ nunc has ire per umbras, *f*
Per loca ſenta ſitu cogunt noctemque profundam, *l*
Imperiis egêre ſuis: nec credere quivi, *q*
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem. *f*
Siſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. *m*
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc eſt. *m*
Talibus Æneas (b) ardentem et (a) torva tuentem *m*
Lenibat dictis animum, lacrymaſque ciebat. *c*
Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat: *p*
Nec magis incepto (d) vultum ſermone movetur, *m*
Quàm ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes. *f*

ORDO.

Inter quas Phœníſſa Dido, recens à vúlnere, errábat in magnâ ſylvâ: juxta quam ut primùm Troïus heros ſtetit, agnovítque per obſcúram umbram; qualem qui aut videt aut putat vidíſſe lunam ſúrgere per núbila primo menſe; demíſit lácrymas, eſque affátus dulci amóre: infélix Dido! ergo verus núncius vénerat mihi, *te eſſe* exſtínctam ferro, ſecutámque extréma? Heu fui cauſa fúneris tibi! juro per ſídera, per ſúperos, et ſi eſt qua fides ſub imâ tellúre, invítus ceſſi de tuo líttore, *ô* regína. Sed juſſa Deórum, quæ nunc cogunt *me* ire per has umbras, per loca ſenta ſitu, profundámque noctem, egére me ſuis impériis: nec quivi crédere me ferre hunc tantum dolórem tibi *meo* diſcéſſu. Siſte gradum, neque ſúbtrahe te noſtro aſpéctu. Quem fugis? hoc eſt extrémum *tempus* quod álloquor te *permíſſus* fato. Ænéas leníbat *ejus* ánimum ardéntem et tuéntem torvà tálibus dictis, ciebátque lácrymas. Illa avérſa, tenébat óculos fixos ſolo: nec magis movétur *quoad* vultum incépto ſermóne, quàm ſi ſtet dura ſilex aut Marpéſia cautes.

(a) *Antimeria.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.* (d) *Helleniſmus.*

Tandem proripuit ſeſe, atque inimica refugit *p*
In nemus umbriferum: conjux ubi priſtinus illi *q*
Reſpondet curis, æquatque Sichæus amorem. *b*
Nec minus Æneas, caſu percuſſus iniquo, *m*
Proſequitur lacrymans longe, et miſeratus euntem eſt. *q*
Inde datum molitur iter: jamque arva tenebat *p*
Ultima, quæ bello clari ſecreta frequentant. *m*
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis *a*
Parthenopæus, et Adraſti pallentis imago. *l*
Hic multum fleti ad ſuperos, belloque caduci *g*
(a) Dardanidæ: quos ille omnes longo ordine cernens, *m*
Ingemuit: Glaucumque, Medontaque, Therſilochumque, *o*
Tres (a) Antenoridas: Cererique ſacrum Polybœten, *d*
Idæumque, etiam currus, etiam arma tenentem. *h*
Circumſtant animæ dextra lævaque frequentes. *f*
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt: juvat uſque morari, *d*
Et conferre gradum, et veniendi diſcere cauſas. *e*
At Danaûm proceres, Agamemnoniæque Phalanges, *i*
Ut vidêre virum fulgentiaque arma per umbras, *h*
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga, *e*
Ceu quondam petiere rates: pars (b) tollere vocem *e*
Exiguam: inceptus clamor fruſtratur hiantes. *m*

ORDO.

Tandem prorípuit ſeſe, atque inimíca refúgit in umbríferum nemus: ubi príſtinus conjux Sichæus reſpóndet illi curis, æquátque amórem. Nec minus Ænéas, percúſſus iníquo caſu, proſéquitur *eam* longè lácrymans, et eſt miſerátus *eam* eúntem. Inde molítur datum iter: jamque tenébat última arva, quæ ſecréta *viri* clari bello frequéntant. Hìc Tydeus hìc Parthenopæus, ínclytus armis, et imágo palléntis Adráſti occúrrit illi. Hìc Dardánidæ multùm fleti ad ſúperos, caducíque bello: quos omnes ille cernens longo órdine ingémuit: Glaucúmque, Medontaque Therſilochúmque, tres Antenóridas: Polybœténque ſacrum Céreri, Idæúmque tenéntem étiam currus, étiam arma. Animæ circúmſtant frequéntes dextrâ lævâque. Nec eſt ſatis *iis* vidíſſe *eum* ſemel: juvat uſquè morári *cum*, et conférre gradum *unà*, et díſcere cauſas veniéndi. At próceres Danaórum, Agamemnoniæque Phalánges, ut vidére virum, ſulgentiáque arma per umbras, *cæpérunt* trepidáre ingénti metu: pars *cæpit* vértere terga, ceu quondam petivére rates: pars tóllere exíguam vocem: incéptus clamor fruſtrátur hiantes.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.*

Atque

Atque hic (a) Priamiden laniatum corpore toto *e*
Deïphobum vidit, et lacerum crudeliter (b) ora; *k*
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis *o*
Auribus, et truncas inhoneſto vulnere nares. *p*
Vix adeo agnovit pavitantem, et dira tegentem *p*
Supplicia; et notis compellat vocibus ultro: *m*
Deïphobe armipotens, genus alto à ſanguine Teucri, *k*
Quis tam crudeles optavit ſumere pœnas? *a*
Cui tantum de te licuit? Mihi fama ſupremâ *c*
Nocte tulit, feſſum vaſta te cæde Pelaſgûm *m*
Procubuiſſe ſuper confuſæ ſtragis acervum. *l*
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem *l*
Conſtitui, et magna Manes ter voce vocavi. *m*
Nomen et arma locum ſervant. Te, amice, nequivi *l*
Conſpicere, et patriâ decedens ponere terrâ. *l*
Atque hic (a) Priamides: nihil, ô tibi, amice, relictum eſt: *d*
Omnia Deïphobo ſolviſti, et (c) funeris umbris: *l*
Sed me fata mea et ſcelus exitiale (a) Lacænæ *d*
His (d) merſere malis: illa hæc monumenta reliquit. *h*
Namque ut ſupremam falſa inter gaudia noctem *a*
Egerimus, nôſti: et nimium meminiſſe neceſſe eſt: *o*

ORDO.

Atque hic vidit Deíphobum Priámiden laniátum toto córpore, et crudéliter lácerum *quoad* ora, ora, ambáſque manus, temporáque populáta áuribus raptis, et nares truncas inhonéſto vúlnere. Adeò vix agnóvit *eum* pavitántem, et tegéntem dira ſupplícia; et compéllat *eum* notis vócibus ultrò: Deíphobe armipotens, genus ab alto ſánguine Teucri, quis optávit ſúmere tam crudéles pœnas? cui licuit *exígere* tantum *ſupplícii* de te? Fama tulit mihi, te, ſuprémâ nocte *Trojæ*, feſſum vaſtâ cæde Pelaſgórum, procubuíſſe ſuper acérvum confúſæ ſtragis. Tunc égomet conſtítui inánem túmulum *tibi* in Rhœtéo líttore, et ter vocávi *tuos* Manes magnâ voce. *Tuum* nomen et *tua* arma ſervant locum, *i. e. locus ſervat tuum nomen et tua arma.* Nequívi conſpícere te, amíce, et, decédens, pónere *te ſepúltum* pátriâ terrâ. Atque hìc *Deíphobus* Priámides *ait:* ô amíce, nihil eſt relíctum tibi, *i. e. à te:* ſolvíſti ómnia *officia* Deíphobo, et umbris fúneris: ſed mea fata, et exitiále ſcelus Lacénæ *Hélenæ* merſére me his malis: illa relíquit hæc monuménta. Namque novíſti, ut egérimus ſuprémam noctem *Trojæ* inter falſa gáudia: et eſt necéſſe *nos* nímiùm meminíſſe *hanc:*

(a) *Antonomaſia.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.* (d) *Metaphora.*

Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, et armatum peditem gravis attulit alvo.
Illa chorum ſimulans, Evantes orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipſa tenebat
Ingentem, et ſumma Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis ſomnoque gravatum
Infelix habuit thalamus, preſſitque jacentem
Dulcis et alta quies, placidæque ſimillima morti.
Egregia interea conjux arma omnia (a) tectis
Emovet, et fidum capiti ſubduxerat enſem.
Intra (a) tecta vocat Menelaum, et (a) limina pandit.
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam exſtingui veterum ſic poſſe malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo: comes additur una
Hortator ſcelerum (b) Æolides. Dî, talia Graiis
Inſtaurate, pio ſi pœnas ore repoſco.
Sed te qui vivum caſus, age, fare viciſſim,
Attulerint: pelagine venis erroribus actus?
An monitu Divûm? an quæ te fortuna (c) fatigat,
Ut triſtes ſine ſole domos, loca turbida, adires?
Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Jam medium æthereo curſu trajecerat axem,

ORDO.

cùm fatális equus venit ſaltu ſuper árdua Pérgama, et gravis áttulit armátum péditem alvo. Illa *Hélena*, ſímulans chorum, ducébat Phrygias *fœminas* Evántes circum órgia: ipſa média tenébat ingéntem flammam, et vocábat Dánaos ex ſummâ arce. Tum infélix thálamus hábuit me confectum curis, gravatúmque ſomno, dulcíſque et alta quies, ſimillimáque plácidæ morti, preſſit *me* jacéntem. Interea egrégia uxor *Helena* émovet ómnia arma tectis, et ſubdúxerat fidum enſem *meo* cápiti. Vocat Menelaum intra tecta, et pandit límina. Scílicet ſperans id fore magnum munus amánti *marito*, et ſic famam véterum malórum poſſe exſtingui. Quìd moror *te?* irrúmpunt thálamo: *Ulyſſes* Æólides, hortátor ſcélerum, ádditur comes *his* unà. Dii, inſtaurate tália Gráiis, ſi repóſco pœnas pio ore. Sed age, *Ænéa*, fare viciſſim, qui caſus attúlerint te vivum *huc:* veníſne actus erróribus pélagi? an mónitu Divórum? an quæ *ália* fortúna fatígat te, ut adires *has* triſtes domos ſine ſole, *hæc* túrbida loca? Hac vice ſermónum Auróra, *vecta* róſeis quadrígis, jam trajécerat médium axem æthéreo curſu,

(a) *Synecdoche.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.*

Et

Et (a) fors omne datum (b) traherent per talia tempus. *e*
Sed comes admonuit, breviterque affata Sibylla eſt: *t*
Nox ruit, Æneа, nos fiendo (b) ducimus horas. *m*
Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas. *o*
Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit: *m*
Hac iter Elyſium nobis: at læva malorum *l*
Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit. *c*
Deïphobus contra: ne ſævi, magna ſacerdos: *m*
Diſcedam: explebo numerum, reddarque tenebris. *g*
I decus, i, noſtrum: melioribus utere fatis. *o*
Tantum effatus, et in verbo veſtigia torſit. *f*
Reſpicit Æneas ſubito; et ſub rupe ſiniſtra, *p*
Mœnia læta videt, triplici circumdata muro: *k*
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis *m*
Tartareus Phlegethon, torquetque ſonantia ſaxa. *q*
Porta adverſa, ingens, ſolidoque adamante columnæ; *c*
Vis ut nulla virûm, non ipſi exſcindere (c) ferro *f*
Cœlicolæ valeant: ſtat ferrea turris ad auras: *q*
Tiſiphoneque ſedens, pallâ ſuccincta cruentâ, *l*
Veſtibulum inſomnis ſervat noctеſque dieſque. *m*
Hinc exaudiri gemitus, et ſæva ſonare *g*
Verbera: tum ſtridor ferri, tractæque catenæ. *m*

ORDO.

et fors tráherent omne tempus datum per tália *collóquia*. Sed Sibylla comes admónuit, brevitérque eſt affáta *eum: Æneа*, nox ruit, nos dúcimus horas fiendo. Hic eſt locus, ubi via findit ſe in ambas partes. *Eſt* déxtera *pars*, quæ tendit ſub mœnia magni Ditis: hac iter *eſt* nobis *ad* Elyſium; at læva *pars* exércet pœnas malorum, et mittit *eos* ad impia Tártara. Contrà Deíphobus *ait:* magna ſacérdos, ne ſævi: diſcédam: explébo númerum *triſtium umbrárum*, reddárque ténebris. I noſtrum decus, i: ú ere melióribus fatis. *Eſt* effátus *hoc* tantum, et, in verbo, torſit veſtígia. Ænéas réſpicit ſúbitò; et, ſub ſiniſtrâ rupe, vidit lata mœnia, circúmdata tríplici muro: quæ rápidus amnis Tartáreus Phlégethon ambit torréntibus flammis, torquétque ſonántia ſaxa. *Eſt* porta advérſa, ingens, columnæque *ex* ſólido adamánte; ut nulla vis virórum, non cœlicolæ ipſi váleant exſcindere *eas* ferro: férrea turris ſtat ad auras: Tiſiphonéque ſedens, ſuccíncta cruéntâ pallâ, inſómnis ſervat veſtibulum noctéſque dié que. Gémitus *cæpérunt* exaudiri hinc, et ſæva vérbera ſonáre: tum ſtridor ferri, tractæque caténæ *exaudiúntur*.

(a) *Antimeria.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Conſtitit

Conſtitit Æneas, ſtrepitumque exterritus (a) hauſit. *p*
Quæ ſcelerum facies, ô virgo, effare, quibuſve *l*
Urgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras? *a*
Tum vates ſic orſa loqui: dux inclyte Teucrûm, *g*
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere (b) limen: *g*
Sed me, cum lucis Hecate præfecit Avernis, *g*
Ipſa Deûm pœnas docuit, perque omnia duxit. *p*
Gnoſſius hæc Rhadamanthus habet (a) duriſſima regna: *k*
Caſtigatque, auditque dolos: ſubigitque fateri *c*
Quæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani, *l*
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. *n*
Continuo ſontes ultrix accincta flagello *m*
Tiſiphone (a) quatit inſultans: torvoſque ſiniſtrâ *l*
Intentans angues, vocat agmina ſæva ſororum. *c*
Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ *f*
Panduntur portæ. Cernis, (c) cuſtodia qualis *a*
Veſtibulo ſedeat? facies quæ limina ſervet? *k*
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra *b*
Sævior intus habet ſedem: tum Tartarus ipſe *l*
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras, *m*
Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum. *l*
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes, *m*

O R D O.

Æneas conſtitit, exterritúſque hauſit ſtrépitum. *Ait*, ô virgo, effáre, quæ facies ſcélerum *eſt illic*, quibúſve pœnis urgéntur? quis tantus plangor *aſcéndit* ad auras? Tum vates *eſt* orſa loqui ſic: inclyte dux Teucrórum, *eſt* fas nulli caſto inſiſtere ſcelerátum limen: ſed Hécate ipſa, cùm præfécit *me* Avérnis lucis, dócuit me pœnas Deórum, duxitque *me* per omnia. Gnóſſius Rhadamánthus habet hæc duríſſima regna: caſtigátque, auditque dolos: ſubigítque fatéri quæ piácula commíſſa quis apud ſúperos díſtulit in ſeram mortem, lætátus ináni furto. Continuò Tiſíphone ultrix, accíncta flagéllo, quatit ſontes, inſúltans *eis*: intentánſque torvos angues ſiniſtrâ *manu*, vocat ſæva ágmina ſoró-rum. Tum demùm ſacræ portæ, ſtridéntes horriſono cárdine, pandúntur. Cernis, qualis cuſtódia, *i. e. cuſtos* ſédeat veſtíbulo? quæ fácies ſervet límina? ſævior hydra, immánis quinquagínta atris hiátibus, habet ſedem intus: tum Tártarus ipſe patet bis tantum in præceps, tenditque ſub umbras, quantus *eſt* ſuſpéctus ad æthéreum Olympum cœli. Hìc antíquum genus terræ, Titánia pubes,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Fulmine

Fulmine dejecti, fundo (a) volvuntur in imo. *m*
Hic et (b) Aloïdas geminos, immania vidi *p*
Corpora: qui manibus magnum reſcindere cœlum *l*
Aggreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis. *p*
Vidi et crudeles dantem Salmonea pœnas, *a*
Dum flammas Jovis et ſonitus imitatur Olympi. *d*
Quattuor hic invectus equis et lampada quaſſans, *p*
Per (c) Graiûm populos mediæque per Elidis urbem *i*
Ibat ovans, (c) Divûmque ſibi poſcebat honorem: *p*
Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen *b*
Ære et cornipedum curſu (c) ſimulârat equorum. *h*
At pater omnipotens denſa inter nubila telum *l*
Contorſit (non ille faces, nec fumea tædis *g*
Lumina) præcipitemque immani turbine adegit. *l*
Necnon et Tityon, terræ omniparentis alumnum, *b*
Cernere erat: per tota novem cui jugera corpus *p*
Porrigitur; roſtroque immanis vultur obunco *m*
Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis *f*
Viſcera, (a) rimaturque epulis, habitatque ſub alto *o*
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis. *o*
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoümque? *q*
Quos ſuper atra ſilex jamjam lapſura, cadentique *l*

ORDO.

i. e. gigántes dejécti fúlmine, volvúntur in imo fundo. Hìc et vidi *Otum et Ephiáltem* géminos Alóïdas, immánia córpora: qui *ſunt* aggréſſi reſcíndere magnum cœlum mánibus, detruderéque Jovem ſúperis regnis. Vidi et Salmónea dantem crudéles pœnas, dum imitátur flammas Jovis, et ſónitus Olympi. Hic, invéctus quáttuor equis, et quaſſans lámpada, ibat ovans per pópulos Graïórum, perque urbem médiæ Elidis, poſcebátque honórem Divórum ſibi: demens! qui ſimuláverat nimbos, et fulmen non imitábile, ære et curſu cornípedum æquórum. At omnipotens pater *Júpiter* contórſit telum inter denſa núbila (ille non *contórſit* faces, nec lúmina fúmea tædis) adegítque *eum* præcípitem immáni túrbine. Necnon et erat *cópia* cérnere Tityon, alúmnum omniparéntis terræ: cui corpus porrígitur per novem tota júgera; immaníſque vultur, tundens immortále jecur, viſceráque fœcúnda pœnis obúnco roſtro, rimatúrque *ea* épulis, habitátque ſub *ejus* alto péctore: nec ulla réquies datur fibris *ſemper* renátis. Quid mémorem Lápithas, Ixíona, Pirithoúmque? ſuper quos atra ſilex, jamjam lapſúra,

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Syncope.*

Imminet

Imminet assimilis. Lucent genialibus altis q
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ k
Regifico luxu: furiarum maxima juxta p
Accubat, et manibus prohibet contingere (a) mensas, k
Exsurgitque facem attollens, atque intonat ore. f
Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat, m
Pulsatusve parens, et fraus innexa clienti; f
Aut qui divitiis soli incubuêre repertis, h
Nec partem posuêre suis, quæ maxima turba est; e
Quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti l
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras, k
Inclusi pœnam exspectant. Ne quære doceri a
Quam pœnam, aut quæ forma viros fortunave merſit. g
Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum c
Districti pendent: sedet, (b) æternumque sedebit g
Infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnes d
Admonet, et magnâ testatur voce per umbras: m
Discite justitiam moniti, et non temnere Divos. k
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem o
Imposuit: fixit leges pretio atque refixit. n
Hic (a) thalamum invasit natæ, vetitosque (a) hymenæos. n
Ausi omnes (c) immane nefas, ausoque potiti. g

ORDO.

assimilísque cadénti imminet. Aurea fulcra lucent altis geniálibus toris, epulæque parátæ ante ora regífico luxu: máxima furiárum accubat juxtà, et próhibet contingere mensas mánibus, exsurgítque attóllens facem, atque íntonat ore. Hìc *sunt illi*, quibus fratres *erant* invísi, dum vita manébat, parénsve pulsátus, et fraus innéxa cliénti; aut qui soli incubuére divítiis repértis, nec posuére partem *eárum* suis, quæ est máxima turba; quique *fuérunt* cæsi ob adultérium, quique secúti ímpia arma, nec véniti fállere dextras dominórum, inclúsi *hìc* exspéctant pœnam. Ne quære docéri quam pœnam, aut quæ forma, fortunáve merſit viros. Alii volvunt ingens saxum, *alií*-que pendent distrícti rádiis rotárum. Infélix Théseus sedet, sedebítque *in* ætérnum; miserrimúsque Phlegyas ádmonet omnes, et testátur per umbras magnâ voce; *dicens*, móniti díscite justítiam, et non témnere Divos. Hic véndidit pátriam auro, impositítque poténtem dóminum; fixit atque refíxit leges prétio. Hic invásit thálamum natæ, vetitósque hymenæos. Omnes *sunt* ausi immáne nefas, potitíque auso.

(a) *Metonymia.* (b) *Antimeria.* (c) *Metaphora.*

Non,

Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, *m*
(a) Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere (a) formas, *p*
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim. *n*
Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva ſacerdos: *l*
Sed jam age, (a) carpe viam, et ſuſceptum perfice munus; *l*
Acceleremus, ait. Cyclopum educta caminis *l*
Mœnia conſpicio, atque adverſo fornice portas, *l*
Hæc ubi nos præcepta jubent deponere dona. *p*
Dixerat: et pariter greſſi per opaca viarum *q*
Corripiunt ſpatium medium, foribuſque propinquant. *i*
Occupat Æneas aditum, corpuſque recenti *p*
Spargit aquâ, ramumque adverſo in limine figit. *m*
His demum exactis, perfecto munere Divæ, *a*
Devenere locos lætos, et amœna vireta *b*
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas. *g*
Largior hic campos æther et lumine (a) veſtit *m*
Purpureo: Solemque ſuum, ſua ſidera nôrunt. *o*
Pars in gramineis exercent membra palæſtris, *f*
Contendunt ludo, et fulvâ luctantur arenâ: *a*
Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt. *p*
Necnon Threïcius longa cum veſte ſacerdos *f*
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum: *l*

ORDO.

Si ſint mihi centum linguæ, centúmque ora, *et* férrea vox, non poſſim compréndere omnes formas ſcélerum, *et* percúrrere ómnia nómina pœnárum. Ubi longæva ſacérdos Phœbi dedit hæc dicta: ait, ſed jam age, carpe viam, et pérfice ſuſcéptum munus; accelerémus. Conſpício mœnia edúcta camínis Cyclópum, atque portas advérſo fórnice, ubi *Dii* jubent nos depónere præcépta dona. Díxerat: et páriter greſſi per opáca *loca* viárum, corrípiunt médium ſpátium, propinquántque fóribus. Ænéas óccupat áditum, ſpargítque corpus recénti aquâ, figítque ramum in advérſo límine. His demùm exáctis, múnere perfécto Divæ *Proſérpinæ*, devenére lætos locos, et amœna viréta fortunatórum némorum, beatáſque ſedes. Hìc lárgior æther veſtit campos, et purpúreo lúmine: *íncolæ* nôrunt ſuum ſolem, ſuáque ſidera. Pars exércent membra in gramíneis palæſtris, conténdunt ludo, et luctántur fulvâ aréná: pars plaudunt chóreas pédibus, et dicunt cármina. Necnon *Orpheus* Threícius ſacérdos, cum longâ veſte, oblóquitur ſeptem diſcrímina vocum númeris:

(a) *Metaphora.*

Jamque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno. *q*
Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles, *m*
Magnanimi heroës, nati melioribus annis: *n*
Iluſque, Aſſaracuſque, et Trojæ Dardanus auctor. *f*
Arma procul, curruſque (a) virum miratur inanes. *p*
Stant terrâ defixæ haſtæ, paſſimque ſoluti *a*
Per campos paſcuntur equi: quæ gratia (a) currûm *g*
Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes *f*
Paſcere equos; eadem ſequitur tellure (a) repoſtos. *e*
Conſpicit, ecce, alios dextrâ lævâque per herbam *l*
Veſcentes, lætumque choro Pæana canentes, *g*
Inter odoratum lauri nemus: unde ſuperne *n*
Plurimus Eridani per ſylvam volvitur amnis. *l*
Hic manus, ob patriam pugnando vulnera paſſi: *l*
Quique ſacerdotes caſti, dum vita manebat: *m*
Quique pii vates, et Phœbo digna locuti: *m*
Inventas aut qui vitam excoluere per artes: *b*
Quique ſui memores alios fecere merendo: *k*
Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ. *l*
Quos circumfuſos ſic eſt affata Sibylla, *a*
Muſæum ante omnes; medium nam plurima turba *g*
Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis: *i*

O R D O.

pulſátque éadem jam dígitis jam ebúrno péctine. Hìc *eſt* antíquum genus Teucri, pulchérrima proles, magnánimi heróes, nati melióribus annis. Ilúſque, Aſſaracúſque, et Dárdanus auctor Trojæ. Mirátur procùl arma, inanéique currus virórum. Haſtæ ſtant defíxæ terrâ, equique ſolúti paſcúntur paſſim per campos: quæ grátia cúrruum, armorúmque fuit vivis, quæ cura páſcere niténtes equos; éadem *cura* ſéquitur *eos* repóſitos tellúre. Ecce cónſpicit álios, dextrâ levâque, veſcéntes per herbam, canentéſque lætum Pæána choro, inter odoratum nemus lauri: unde plúrimus amnis Eridani vólvitur per ſylvam. Hìc *eſt* manus *eórum, qui ſunt* paſſi vúlnera pugnándo ob pátriam: quique *fuérunt* caſti ſacerdótes, dum vita manébat: quique *fuérunt* pii vates, et *fuérunt* locúti digna Phœbo: aut qui excoluére vitam per invéntas artes: quique fecére álios mémores ſui meréndo: témpora cingúntur ómnibus his níveâ vittâ. Quos circumfúſos Sibylla eſt affáta ſic, Muſæum ante omnes; nam plúrima turba habet hunc médium, atque ſúſpicit *eum* exſtántem altis húmeris:

(a) *Syncope.*

Dicite,

Dicite, felices animæ, tuque, optime vates; *p*
Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergô *o*
Venimus, et magnos Erebi tranavimus amnes. *p*
Atque huic reſponſum paucis ita reddidit heros: *b*
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis, *b*
Riparumque toros et prata recentia rivis *b*
Incolimus: ſed vos, ſi fert ita corde voluntas, *n*
Hoc ſuperate (b) jugum, et facili jam tramite ſiſtam. *k*
Dixit: et ante tulit greſſum, campoſque nitentes *l*
Deſuper oſtentat: dehinc ſumma cacumina linquunt. *n*
At pater Anchiſes penitus convalle virenti *p*
Incluſas animas, ſuperumque ad lumen ituras, *e*
Luſtrabat ſtudio recolens: omnemque ſuorum *e*
Forte recenſebat numerum, caroſque nepotes, *p*
Fataque, fortunaſque (c) virûm, moreſque, manuſque. *p*
Iſque ubi tendentem adverſùm per gramina vidit *m*
Æneam; alacris (b) palmas utraſque tetendit: *f*
Effuſæque genis lacrymæ, et vox (d) excidit ore: *e*
Veniſti tandem, tuaque exſpectata parenti *g*
Vicit iter durum pietas! datur (b) ora tueri, *o*
Nate, tua, et notas audire et reddere voces! *m*
Sic equidem ducebam animo rebarque futurum, *p*

ORDO.

felíces ánimæ, tuque, óptime vates, dícite; quæ régio, quis locus habet Anchíſen? venímus ergò illíus, et tranávimus magnos amnes Erebi. Atque ita heros réddidit reſpónſum huic paucis *verbis*: *eſt* certa domus nulli *noſtrûm*: habitámus opácis lucis, incolimúſque toros ripárum et prata recéntia rivis: ſed, ſi ita volúntas fert corde, vos ſuperáte hoc jugum, et jam fiſtam *vos in* fácili trámite. Dixit: et tulit greſſum ante *eos*, deſupérque oſténtat niténtes campos: dehinc línquunt ſumma cacúmina. At pater Anchíſes luſtrábat ánimas pénitùs incúſas virénti conválle, ituráſque ad ſúperum lumen, recolens *eas* ſtúdio: fortèque recenſébat omnem númerum ſuórum, caróſque nepótes, fatáque fortunáſque virórum, moréſque, manúſque. Iſque, ubi vidit Ænéan tendéntem *curſum* advérsùm per grámina, álacris teténdit utráſque palmas: lacrymæque *fuérunt* effúſæ genis, et vox éxcidit ore: veniſti tandem; tuáque pietas, exſpectáta *mihi* parénti, vicit durum iter *huc!* Nate, datur *mihi* tuéri tua ora, et audíre et réddere notas voces! Sic équidem dinúmerans témpora ducébam ánimo, rebárque *eſſe* futúrum:

(a) *Antiphraſis.* (b) *Synecdoche.* (c) *Syncope.* (d) *Metaphora.*

Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit. *q*
Quas ego te terras et quanta per æquora vectum, *n*
Accipio! quantis jactatum, nate, (a) periclis! *m*
Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent! *o*
Ille autem: tua me, genitor, tua triſtis imago 695 *d*
Sæpius occurrens hæc limina tendere adegit. *n*
Stant (b) ſale Tyrrheno claſſes. Da jungere dextram, *m*
Da, genitor: teque amplexu ne ſubtrahe noſtro. *m*
Sic memorans, largo fletu ſimul (c) ora rigabat. *n*
Ter conatus ibi collo (d) dare brachia (d) circum: 700 *b*
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago, *g*
Par levibus ventis, volucrique ſimillima ſomno. *o*
Interea videt Æneas in valle reducta *l*
Secluſum nemus, et virgulta ſonantia ſylvis; 704 *b*
Lethæumque, domos placidas qui (e) prænatat, amnem. *e*
Hunc circum innumeræ gentes populique volabant. *b*
Ac veluti in pratis, ubi apes æſtate ſerenâ *p*
Floribus inſidunt variis, et candida circum *p*
Lilia (e) funduntur: ſtrepit omnis murmure campus. *p*
Horreſcit viſu ſubito, cauſaſque requirit 710 *g*
Inſcius Æneas: quæ ſint ea flumina porro, *n*
Quive viri tanto complerint agmine ripas. *m*

ORDO.

nec mea cura fefellit me. *Per* quas terras, et per quanta æquora accípio te vectum! quantis periculis jactátum, nate! Quàm métui, ne regna Líbyæ nocérent tibi quid! Autem ille *ait:* génitor, tua, tua triſtis imágo, accúrrens ſæpiùs, adégit me téndere *ad* hæc límina. Claſſes ſtant Tyrrhéno ſale. Génitor, da júngere dextram, da: neque ſúbtrahe te noſtro ampléxu. Sic mémorans, ſimul rigábat ora largo fletu. Ibi ter conátus circúmdare bráchia collo, ter imágo, fruſtra comprénſa, effúgit manus, par lévibus ventis, ſimillimáque vólucri ſomno. Intérea Ænéas videt ſeclúſum nemus in redúctâ valle, et virgúlta ſonántia ſylvis; Lethæúmque amnem, qui prænatat plácidas domos. Innúmeræ gentes populíque volábant circum hunc *amnem.* Ac véluti in pratis, ubi apes inſídunt váriis flóribus ſerénâ æſtáte, et fundúntur circum cándida lília: omnis campus ſtrepit múrmure. Ænéas horréſcit ſúbito viſu, inſciúſque requírit cauſas: porro quæ ea flúmina ſint, quive viri compléverint ripas tanto ágmine.

(a) *Syncope.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.* (d) *Tmeſis.* (e) *Metaphora.*

Tum

Tum pater Anchiſes: Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
(a) Securos (a) latices et longa oblivia potant.
Has equidem memorare tibi atque oſtendere coram,
Jampridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
Quo magis Italia tandem lætere repertâ.
O pater, anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum eſt
Sublimes animas? iterumque ad tarda reverti
Corpora? quæ lucis miſeris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te ſuſpenſum, nate, tenebo,
Suſcipit Anchiſes; atque ordine ſingula (b) pandit.
Principio cœlum, ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, et magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ (b) marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor, et cœleſtis origo
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque: neque auras
Reſpiciunt, clauſæ tenebris et carcere (b) cœco.

ORDO.

Tum pater Anchiſes *ait*: ánimæ, quibus áltera córpora debéntur fato, potant ſecúros látices, et longa oblívia ad undam Lethæi flúminis. Equidem jampridem cúpio memoráre tibi, atque oſténdere has coràm, *et* enumeráre hanc prolem meórum: quo magis tandem lætére Itáliâ repértâ. O pater, anne eſt putándum áliquas ánimas ire hinc ſublimes ad cœlum? iterúmque *eas* revérti ad tarda córpora? quæ tam dira cupído lucis *eſt* miſeris? Anchíſes ſúſcipit, équidem dicam, nec tenébo te ſuſpénſum, nate; atque pandit ſíngula órdine. Principio ſpiritus intùs alit cœlum, ac terras, liquentéſque campos, lucentémque globum Lunæ, Titaniáque aſtra, menſque, infúſa per artus, ágitat totam molem, et miſcet ſe magno córpore. Inde *óritur* genus hóminum, pecudúmque, vitæque volántium *ávium*, et quæ monſtra pontus fert ſub marmóreo æquore. Eſt igneus vigor, et cœléſtis orígo ollis ſemínibus: quantum nóxia córpora non tardant, terreníque artus, moribundáque membra hébetant. Hinc *ánimæ* métuunt cupiúntque, dolent gaudéntque: neque reſpíciunt auras, clauſæ tenébris et cœco cárcere.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Quin

Quin et ſupremo cum lumine vita reliquit; b
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes k
Corporeæ excedunt peſtes; penituſque neceſſe eſt n
Multa diu concreta modis inoleſcere miris. o
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum b
Supplicia (a) expendunt. Alia panduntur inanes p
Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto g
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni. e
Quiſque ſuos patimur manes. Exinde per amplum l
Mittimur Elyſium, et pauci (b) læta arva tenemus: l
Donec longa dies perfecto temporis (a) orbe f
Concretam exemit labem, purumque reliquit a
Æthereum ſenſum, atque auraï ſimplicis ignem. m
Has omnes, (c) ubi mille rotam volvêre per annos, e
Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno: d
Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant, k
Rurſus et incipiant in corpora velle reverti. q
Dixerat Anchiſes: natumque unáque Sibyllam, m
Conventus trahit in medios turbamque ſonantem: e
Et tumulum capit, unde omnes longo ordine poſſit l
Adverſos legere, et venientum diſcere vultus. e
Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde ſequatur l

ORDO.

Quin et cùm vita reliquit *eas* ſuprémo lúmine; tamen *nec* omne malum, nec omnes corporéæ peſtes fúnditus excédunt míſeris; penitúſque eſt neceſſe multa *vítia* diu concréta inoléſcere *iis* miris modis. Ergo exercéntur pœnis, expendúntque ſupplícia véterum malórum. Aliæ pandúntur ſuſpénſæ ad inánes ventos: infectum ſcelus elúitur áliis ſub vaſto gúrgite, aut exúritur igni. Quiſque pátimur ſuos manes. Exínde míttimur per amplum Elyſium, et pauci tenémus læta arva: donec longa dies exémit concrétam labem, orbe témporis perfécto, reliquítque æthéreum ſenſum purum, atque ignem ſímplicis auráï. Deus évocat omnes has *ánimas*, ubi volvére rotam per mille annos, ad Lethæum flúvium magno ágmine: ſcílicet ut immémores *præteritórum* reviſant ſúpera convéxa, et rurſus incípiant velle revérti in córpora. Anchíſes díxerat: trahítque natum, Sibyllámque unà in médios convéntus, ſonantémque turbam: et capit túmulum, unde poſſet légere, *i. e. conſiderâre* omnes advérſos longo órdine, et dícere vultus veniéntium. Nunc age, expédiam dictis, quæ glória deínde ſequátur Dardániam prolem,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Allegoria.*

Gloria,

Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes, k
Illuſtres animas, noſtrumque in nomen ituras, f
Expediam dictis, et te tua fata docebo. u
Ille, vides? purâ juvenis qui nititur haſtâ, p
Proxima ſorte tenet lucis loca, primus ad auras q
Æthereas Italo commixtus ſanguine ſurget l
Sylvius, Albanum nomen, tua poſtuma proles: n
Quem tibi longævo ſerum Lavinia conjux m
Educet ſylvis regem, regumque parentem: a
Unde genus longâ noſtrum dominabitur Albâ. n
Proximus ille, Procas, Trojanæ gloria gentis: l
Et Capys, et Numitor: et qui te nomine reddet, l
Sylvius Æneas; pariter pietate vel armis o
Egregius, ſi unquam regnandam acceperit Albam. m
Qui juvenes quantas oſtentant, aſpice, vires! m
At qui umbrata gerunt civili tempora quercu; f
Hi tibi Nomentum, et Gabios, urbemque Fidenam; p
Hi Collatinas imponent montibus arces, a
Pometios, Caſtrumque Inuï, Bolamque Coramque. p
Hæc tum nomina erunt, nunc ſunt ſine nomine terræ. b
Quin et avo comitem ſeſe Mavortius addet l
Romulus, Aſſaraci quem ſanguinis Ilia mater q
Educet. Viden' ut geminæ ſtent vertice criſtæ, e

ORDO.

qui nepótes máneant de Italâ gente, illúſtres ánimas, iturâſque in noſtrum nomen, et docébo te tua fata. Vides? ille júvenis, qui nititur purâ haſtâ, tenet próxima loca lucis ſorte; *ille* primus, commixtus Italo ſánguine, ſurget *dictus* Sylvius, Albánum nomen, tua póſtuma proles: quem ſerum Lavínia conjux edúcet tibi longævo ſylvis *futúrum* regem, parentémque regum: unde noſtrum genus dominábitur longâ Albâ. Ille próximus *eſt* Procas, glória Trojánæ gentis: et Capys, et Númitor: et Sylvius Ænéas, qui reddet te nómine: páriter egrégius pietáte vel armis, ſi unquam accéperit Albam regnándam. Qui júvenes, áſpice, quantas vires oſténtant! At qui gerunt témpora umbráta civíli quercu; hi *condent* Noméntum, et Gábios, urbémque Fidénam tibi; hi impónent Collatínas arces móntibus, Pométtios, Caſtrúmque Inuï, Bolámque, Corámque. Tum hæc erunt nómina, nunc terræ ſunt ſine nómine. Quin et Mavórtius Rómulus, quem Ilia mater ſánguinis Aſſáraci edúcet, addet ſeſe cómitem avo. Vidéſne, ut géminæ criſtæ ſtent *ejus* vértice,

Et

Et pater ipſe ſuo (a) ſuperûm jam ſignet honore? k
En hujus, nate, auſpiciis illa inclyta Roma g
Imperium terris, animos æquabit Olympo; p
Septemque una ſibi muro circumdabit arces. f
Felix prole (a) virûm: qualis Berecynthia mater h
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes, p
Læta (a) Deûm partu, centum complexa nepotes, m
Omnes cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes. h
Huc, geminas huc flecte acies: hanc aſpice gentem p
Romanoſque tuos. Hic Cæſar, et omnis Iüli h
Progenies, magnum cœli ventura ſub axem. m
Hic vir, hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis, l
Auguſtus Cæſar, (a) Divûm genus: aurea condet b
Secula qui rurſus Latio, regnata per arva p
Saturno quondam: ſuper et Garamantas et Indos c
Proferet imperium: jacet extra ſidera tellus, k
Extra anni Soliſque vias, ubi cœliſer Altas c
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. m
Hujus in adventu jam nunc et Caſpia regna m
Reſponſis horrent (a) Divûm; et Mæotica tellus, a
Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. b
Nec vero (b) Alcides tantum telluris obivit: a

ORDO.

Et jam pater ſuperórum ipſe ſignet *eum* ſuo honóre? En, nate, auſpíciis hujus illa ínclyta Roma æquábit impérium terris, *et* ánimos Olympo; et *hæc* una circúmdabit ſeptem arces ſibi muro. Felix prole virórum: qualis Berecynthia mater *Cybele* turríta invéhitur curru per Phrygias urbes, læta partu Deórum, compléxa centum nepótes, omnes cœlícolas, omnes teneńtes ſúpera *et* alta *ſpátia*. Huc, huc flecte géminas ácies *oculórum:* áſpice hanc gentem, tuóſque Romános. Hic *eſt* Cæſar, et omnis progénies Iüli, ventúra ſub magnum axem cœli. Hic *eſt* vir, hic eſt, quem ſæpiùs audis promítti tibi, Augúſtus Cæſar, genus Divórum: qui rurſus condet áurea ſécula Látio, per arva quondam regnáta Satúrno; et próferet impérium ſuper Garamántas et Indos: *illa* tellus jacet extra ſídera, extra vias anni ſoliſque, ubi cœliſer Atlas torquet axem aptum ardéntibus ſtellis húmero. In advéntu hujus, jam nunc et Cáſpia regna horrent reſpónſis Divórum; et Mæótica tellus, et trépida óſtia ſeptemgémini Nili turbant-*ur*. Nec verò *Hércules* Alcídes obívit tantum tellúris:

(a) *Syncope.* (b) *Antonomaſia.*

Fixerit

Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi q
Pacârit nemora, et Lernam tremefecerit arcu. b
Nec qui pampineis victor (a) juga flectit habenis b
Liber, agens celſo Nyſæ de vertice tigres. m
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? l
Aut metus Auſoniâ prohibet conſiſtere terrâ? k
Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ, m
Sacra ferens? noſco crines incanaque menta m
Regis Romani; primus qui legibus urbem a
Fundabit, Curibus parvis et paupere terra f
Miſſus in imperium magnum. Cui deinde ſubibit, l
Otia qui (b) rumpet patriæ, reſideſque movebit o
Tullus in arma viros, et jam deſueta triumphis q
Agmina. Quem juxta ſequitur jactantior Ancus, p
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus (b) auris. q
Vis et Tarquinios reges, animamque ſuperbam b
Ultoris Bruti, (c) faſceſque videre receptos? b
Conſulis imperium hic primus, ſævaſque ſecures l
Accipiet: natoſque pater, nova bella moventes, o
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit, a
Infelix: utcunque ferent ea facta minores, c
Vincet amor patriæ, laudumque immenſa cupido. l

ORDO.

licèt fixerit æripedem cervam, aut pacáverit némora Erymánthi, et tremefécerit Lernam arcu. Nec Liber, qui victor flectit juga, *i. e. currum*, pampíneis habénis, agens tigres de celſo vértice Nyſæ. Et dubitámus adhuc exténdere virtútem factis? Aut metus próhibet *nos* conſiſtere Auſóniâ terrâ. Autem quis *eſt* ille, inſignis ramis olivæ, ferens ſacra? Noſco crines incanáque menta Román regis; qui primus fundábit urbem légibus, miſſus in magnum impérium *à* parvis Cúribus et páupere terrâ. Cui deínde *ille* Tullus ſubíbit, qui rumpet ótia pátriæ, movebítque réſides viros in arma, et ágmina jam deſuéta triúmphis. Quem juxtà janctántior Ancus ſequitur, jam nunc quoque nimiùm gaudens populáribus auris. Vis vidére et Tarquínios reges, ſuperbámque ánimam ultóris Bruti, faſcéſque recéptos? Hic primus accípiet impérium cónſulis, ſæváſque ſecúres: infelíxque pater, *ánxius* pro pulchrâ libertáte, vocábit natos, movéntes nova bella ad pœnam: utcúnque minóres ferent ea facta, amor pátriæ, immenſáque cupído laudum vincet.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Quin Decios, Druſoſque procul, ſævumque ſecuri p
Aſpice Torquatum, et referentem ſigna Camillum. p
Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis, h
Concordes animæ nunc, et dum nocte premuntur, f
Heu quantum inter ſe bellum, ſi lumina vitæ a
Attigerint, quantas acies ſtragemque ciebunt! p
Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci l
Deſcendens; gener adverſis inſtructus Eois. f
Ne, pueri, (a) ne tanta animis aſſueſcite bella: p
Neu patriæ validas in viſcera vertite vires. q
Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo: p
Projice tela manu, ſanguis meus. q
Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho o
Victor aget currum, cæſis inſignis Achivis. m
Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas, o
Ipſumque (b) Æaciden, genus armipotentis Achillei; d
Ultus avos Trojæ, templa et temerata Minervæ. n
Quis te, magne Cato, tacitum; aut te, Coſſe, relinquat? e
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo (c) fulmina belli, d
(d) Scipiadas, (d) cladem Libyæ? parvoque potentem p
Fabricium? vel te ſulco, Serrane, ſerentem? m
Quo feſſum rapitis, Fabii? Tu maximus ille es, e

O R D O.

Quin áſpice Décios, Druſóſque procùl, Torquatúmque ſævum ſecúri, et Camillum referéntem ſigna. Autem illæ ánimæ, quas cernis fúlgere in páribus armis, nunc concórdes, et dum premúntur nocte, heu, quantum bellum inter ſe, quantáſque ácies, ſtragémque ciébunt, ſi attígerint lúmina vitæ! Socer deſcéndens Alpínis aggéribus, atque arce Monœci; gener inſtrúctus Eóis *pópulis* advérſis. Púeri, ne, ne aſſuéſcite tanta bella ánimis: neu vértite válidas vires in víſcera pátriæ. Tuque prior, tu parce, qui ducis genus Olympo: projice tela manu, *tu, qui es* meus ſanguis. Ille, Corintho triumphátâ, victor aget currum ad alta Capitólia, inſignis cæſis Achívis. Ille éruet Argos, Agamemnoniáſque Mycénas, Æacidénque ipſum, genus armipoténtis Achíllei; ultus avos Trojæ, et temeráta templa Minérvæ. Quis relinquat te tácitum, magne Cato; aut te, Coſſe? quis *relinquat* genus Gracchi? aut géminos Scipíadas, duo fúlmina belli, cladem Líbyæ? Fabriciúmque poténtem parvo? vel te feréntem ſulco, Serráne? Fábii, quò rápitis *me* feſſum? Tu es ille máximus,

(a) *Hypallage.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.* (d) *Metonymia.*

Unus

Unus qui nobis cunctando reſtituis rem. *a*
Excudent alii (a) ſpirantia mollius æra, *b*
Credo equidem: vivos ducent de marmore vultus; *m*
Orabunt cauſas melius; cœlique meatus *g*
Deſcribent radio, et ſurgentia ſidera dicent: *b*
Tu regere imperio populos, Romane, memento: *k*
Hæ tibi erunt artes: paciſque imponere morem, *m*
Parcere ſubjectis, et debellare ſuperbos. *m*
Sic pater Anchiſes; atque hæc mirantibus addit: *m*
Aſpice, ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis *p*
Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes. *o*
Hic rem Romanam magno turbante tumultu *a*
Siſtet eques; ſternet Pœnos, Gallumque rebellem: *m*
Tertiaque arma patri ſuſpendent capta Quirino. *l*
Atque hic Æneas (una namque ire videbat *a*
Egregium formâ juvenem et fulgentibus armis; *p*
Sed frons læta parum, et dejecto (a) lumina vultu) *f*
Quis, pater, ille virum qui ſic comitatur euntem? *q*
Filius? anne aliquis magna de ſtirpe nepotum? *l*
Quis ſtrepitus circa comitum! quantum inſtar in ipſo eſt! *p*
Sed nox atra caput triſti circumvolat umbrâ. *f*
Tum pater Anchiſes lacrymis ingreſſus obortis: *p*

ORDO.

qui unus reſtituis rem nobis cunctándo. Alii excúdent mólliùs ſpirántia æra, équidem credo: ducent vivos vultus de mármore; orábunt cauſas méliùs; deſcribéntque meátus cœli rádio, et dicent ſurgéntia ſidera: tu, Románe, meménto régere pópulos imperio: hæ erunt artes tibi: imponeréque morem pacis, párcere ſubjéctis, et debelláre ſupérbos. Pater Anchiſes *ait* ſic; atque addit hæc *iis* mirántibus: áſpice ut Marcéllus ingréditur inſignis opimis ſpóliis, victórque ſupereminet omnes viros. Hic eques ſiſtet Románam rem magno tumúltu turbánte *eam:* ſternet Pœnos, rebellémque Gallum: ſuſpendétque tértia arma capta patri Quirino. Atque hìc Æneas *ait* (namque vidébat júvenem, egrégium formâ et fulgéntibus armis, ire unà *cum illo*; ſed *ejus* frons *erat* parùm læta, et lúmina dejécto vultu) pater, quis *eſt* ille, qui ſic comitátur virum eúntem? *an* filius? anne *eſt* áliquis de magnâ ſtirpe nepótum? quis ſtrépitus cómitum *eſt* circa *eum!* quantum inſtar *Marcélli* eſt in illo! ſed atra nox circúmvolat *ejus* caput triſti umbrâ. Tum pater Anchiſes *eſt* ingréſſus *loqui* lácrymis obórtis:

(a) *Metonymia.*

O nate, ingentem luctum ne quære tuorum: *a*
Oſtendent terris hunc tantum fata, neque ultra *a*
Eſſe ſinent. Nimium vobis Romana propago *l*
Viſa potens, ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent. *k*
Quantos ille (a) virûm magnam Mavortis ad urbem *f*
Campus aget gemitus! vel quæ, Tyberine, videbis *q*
Funera, cum tumulum præterlabere recentem! *l*
Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos *l*
In tantum (b) ſpe tollet avos: nec Romula quondam *g*
Ullo ſe tantum tellus jactabit alumno. *a*
Heu pietas! heu priſca fides! invictaque bello *p*
Dextera! non illi quiſquam ſe impune tuliſſet *m*
Obvius armato: ſeu cum pedes iret in hoſtem, *n*
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. *e*
Heu miſerande puer! ſi qua fata aſpera (c) rumpas, *l*
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis: *d*
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis *n*
His ſaltem accumulem donis, et fungar inani *f*
Munere. Sic totâ paſſim regione vagantur *n*
Aëris in campis latis, atque omnia luſtrant. *m*
Quæ poſtquam Anchiſes natum per ſingula duxit, *a*
(a) Incenditque animum famæ venientis amore: *b*

O R D O.

ô nate, ne quære ingéntem luctum tuórum: fata tantùm oſténdent hunc terris, neque ſinent *eum* eſſe ultra. Romána própago *eſſet* viſa vobis, ſúperi, *eſſe* nimiùm potens, ſi hæc dona fuiſſent própria. Quantos gémitus virórum ille campus aget ad magnam urbem Mavórtis! vel quæ fúnera *tu*, Tiberíne, vidébis, cùm præterlabére recéntem túmulum! Nec quiſquam puer de Iliacâ gente tollet Latínos avos in tantum ſpei: nec quondam Rómula tellus jactábit ſe tantùm ullo alúmno. Heu pietas! heu priſca fides! dexteráque invícta bello! Non quiſquam obvius tuliſſet ſe illi armáto impúnè: ſeu cùm pedes iret in hoſtem, ſeu fóderet armos ſpumántis equi calcáribus. Heu puer miſeránde! ſi quà rumpas áſpera fata, tu eris Marcéllus. Date lília plenis mánibus: ſpargam purpúreos flores, ſaltémque accúmulem ánimam nepótis his donis, et fungar ináni múnere. Sic vagántur paſſim totâ regióne in latis campis áeris, atque luſtrant ómnia. Per quæ ſíngula poſtquam Anchíſes duxit natum, incenditque *ejus* ánimum amóre veniéntis famæ:

(a) *Syncope.* (b) *Apocope.* (c) *Metaphora.*

Exin

Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda; 890 *e*
Laurenteſque docet populos, urbemque Latini; *e*
Et quo quemque modo fugiatque feratque laborem. *d*
Sunt geminæ Somni portæ: quarum altera fertur *m*
Cornea, quâ veris facilis datur exitus umbris: *o*
Altera, candenti perfecta nitens (a) elephanto; 895 *n*
Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia Manes. *a*
His ubi tum natum Anchiſes unaque Sibyllam *m*
Proſequitur dictis, portâque emittit eburnâ. *m*
Ille viam (b) ſecat ad naves, ſocioſque reviſit. *q*
Tum ſe ad Caïetæ recto fert littore portum. 900 *a*
Anchora de prora jacitur, ſtant littore (a) puppes. *p*

ORDO.

exin mémorat viro quæ bella deínde *ſint* gerénda; docétque *eum* Lauréntes pópulos, urbémque Latini; et quo modo fugiátque ferátque quemque labórem. Sunt géminæ portæ ſomni: quarum áltera fertur *eſſe* córnea, quâ fácilis éxitus datur veris umbris: áltera nitens, perfécta candénti elephánto; ſed *quâ* Manes mittunt falſa inſómnia ad cœlum. Tum ubi Anchíſes proſéquitur natum *Ænéan*, Sibyllámque unà his dictis, emittítque *eos* ebúrnâ portâ. Ille *Ænéas* ſecat viam ad naves, reviſítque ſócios. Tum fert ſe recto littore ad portum Caïétæ. Anchora jácitur de prorâ, *et* puppes ſtant littore.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER VII.

TU quoque littoribus noſtris, Æneïa nutrix, *l*
Æternam moriens famam, Caïeta, dediſti: *ſ*
Et nunc ſervat honos ſedem tuus; oſſaque nomen *h*
Heſperia in magna, ſi qua eſt ea gloria, ſignat. *n*
At pius exſequiis Æneas rite ſolutis, *l*
Aggere compoſito tumuli, poſtquam alta quierunt *k*
Æquora, tendit iter velis, portumque relinquit. *l*
Aſpirant auræ in noctem: nec candida curſum *a*
Luna negat: ſplendet tremulo ſub lumine pontus. *p*
Proxima Circææ (a) raduntur littora terræ: *m*
Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos *p*
Aſſiduo reſonat cantu, (b) tectiſque ſuperbis *l*
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum, *m*

ORDO.

Tu quoque Caïéta, Æneïa nutrix, móriens dediſti ætérnam famam noſtris littoribus: et nunc tuus honos ſervat *hanc* ſedem; noménque ſignat *tua* oſſa in magnâ Heſpériâ, ſi ea eſt qua glória. At pius Ænéas, exſéquiis *nutrícis* ritè ſolútis, ággere túmuli compóſito, poſtquam alta æquora quievérunt, tendit iter vèlis, relinquítque portum. Auræ aſpírant in noctem: nec cándida luna negat curſum: pontus ſplendet ſub *ejus* trémulo lúmine. Líttora próxima Circææ terræ radúntur: ubi dives fília Solis réſonat, *i. e. facit reſonáre*, inaccéſſos lucos aſſíduo cantu, ſuperbíſque tectis urit odorátam cedrum in noctúrna lúmina,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Arguto

Arguto tenues percurrens pectine telas. *f*
Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum *g*
Vincla recusantum, et sera sub nocte rudentum: *m*
Setigerique sues, atque in præsepibus ursi *l*
Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum: *b*
Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis *i*
(a) Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. *m*
Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës, *e*
Delati in portus, neu littora dira subirent; *b*
Neptunus ventis implevit vela secundis, *a*
Atque fugam dedit, et præter vada fervida vexit. *q*
Jamque rubescebat radiis mare, et æthere ab alto *o*
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis: *f*
Cum venti posuere, omnisque repente resedit *h*
Flatus, et in lento luctantur (a) marmore tonsæ. *m*
Atque hic Æneas ingentem ex æquora lucum *a*
Prospicit: hunc inter fluvio Tyberinus amœno, *o*
Vorticibus rapidis, et multâ flavus arenâ, *l*
In mare prorumpit: variæ circumque supraque *p*
Assuetæ ripis volucres et fluminis (b) alveo, *p*
Æthera (a) mulcebant cantu, lucoque volabant. *m*
(a) Flectere iter sociis, terræque advertere proras *l*

ORDO.

percúrrens ténues telas argúto péctine. Hinc gémitus *cœpérunt* exaudiri, iræque leónum recusántium víncula, et rudéntium sub serâ nocte. Setigerique sues, atque ursi *auditi* sævire in præsépibus, ac formæ magnórum lupórum ululáre: quos sæva Dea Circe indúerat *i. e. mutáverat* ex fácie hóminum in vultus ac terga ferárum poténtibus herbis. Quæ tália monstra, ne pii Troes, delati in *illos* portus, pateréntur, neu subírent dira líttora; Neptúnus implévit vela secúndis ventis, atque dedit fugam, et vexit *eos* præter férvida vada. Jamque mare rubescébat rádiis *lucis*, et lútea Auróra fulgébat in roséis bigis ab alto æthere. Cùm venti posuére, *i. e. quievére*, omnísque flatus repéntè resédit, et tonsæ luctántur in lento mármore. Atque hic Ænéas próspicit ingéntem lucum ex æquore; inter hunc Tiberínus amœno flúvio, rápidis vorticibus, et flavus multâ aréná, prorúmpit in mare: circúmque supráque *eum* vólucres assuétæ ripis, et álveo flúminis, mulcébant æthera cantu, volabántque luco. Imperat sóciis fléctere iter, adverteréque proras terræ:

(a) *Metaphora.* (b) *Synæresis.*

Imperat:

Imperat: et lætus fluvio ſuccedit opaco. *p*
Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, *p*
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, advena claſſem *o*
Cum primum Auſoniis exercitus appulit oris, *h*
Expediam: et primæ revocabo exordia pugnæ. *p*
Tu vatem, tu, Diva, mone: dicam horrida bella, *g*
Dicam acies, actoſque animis in funera reges, *p*
Tyrrhenamque manum, totamque ſub arma coactam *h*
Heſperiam. Major rerum mihi naſcitur ordo, *n*
Majus opus moveo. Rex arva Latinus et urbes *q*
Jam ſenior longa placidas in pace regebat. *p*
Hunc Fauno et Nymphâ genitum Laurente Maricâ *g*
Accipimus. Fauno Picus pater; iſque parentem *n*
Te, Saturne, refert; tu ſanguinis ultimus auctor. *h*
Filius huic, fato Divûm, proleſque virilis *m*
Nulla fuit: primâque oriens erepta juventâ eſt. *p*
Sola domum et tantas ſervabat filia ſedes: *m*
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis. *f*
Multi illam magno è Latio totaque petebant *g*
Auſonia. Petit ante alios pulcherrimus omnes *k*
Turnus, avis ataviſque potens: quem regia conjux *k*
Adjungi generum miro properabat amore: *b*

ORDO.

et lætus ſuccédit opáco flúvio. Nunc age, Erato, *ego* expédiam, qui reges, quæ témpora rerum, quis ſtatus fúerit antíquo Látio, cùm primùm ádvena exércitus, *i. e. peregrínus exércitus* áppulit claſſem Auſóniis oris: et revocábo exórdia primæ pugnæ. Tu, tu, Diva, mone vatem: dicam hórrida bella, dicam ácies, regéſque actos ánimis in fúnera, Tyrrhenámque manum, totámque Heſpériam coáctam ſub arma. Major ordo rerum náſcitur mihi, móveo majus opus. Rex Latínus, jam ſenior, regébat arva et plácidas urbes in longâ pace. Accípimus *famâ* hunc *eſſe* génitum Fauno, et Maricâ Laurénte nymphâ. Picus *erat* pater Fauno; iſque refert te paréntem, Satúrne; tu *es* últimus auctor ſánguinis. Fuit huic *nullus* fílius, fato Divórum, nulláque virílis proles: oriénſque eſt erépta primâ juvéntâ. Sola fília ſervábat domum et tantas ſedes: jam matúra viro, jam núbilis plenis annis. Multi petébant illam è magno Látio totâque Auſóniâ. Turnus petit *eam*, pulchérrimus ante omnes álios, potens avis ataviſque: quem régia conjux *Amáta* properábat miro amóre, *i. e. ſtúdio* adjúngi génerum:

Sed

Sed variis portenta (a) Deûm terroribus obſtant. *p*
Laurus erat (b) tecti medio, in penetralibus altis, *o*
Sacra (c) comam, multoſque metu ſervata per annos: *p*
Quam pater inventam, primas cum conderet arces, *m*
Ipſe ferebatur Phœbo (a) ſacraſſe Latinus; *m*
Laurentiſque ab ea nomen poſuiſſe colonis. *b*
Hujus apes ſummum denſæ, mirabile dictu, *m*
Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ, *g*
Obſedere apicem; et pedibus per mutua nexis, *e*
Examen ſubitum ramo frondente pependit. *f*
Continuo vates: externum cernimus, inquit, *m*
Adventare virum; et partes petere agmen eaſdem *b*
Partibus ex îſdem, et ſummâ (d) dominarier arce. *n*
Præterea caſtis adolet dum altaria tædis, *p*
Et juxta genitorem aſtat Lavinia virgo: *f*
Viſa, nefas, longis comprendere crinibus ignem, *n*
Atque (c) omnem ornatum flammâ crepitante cremari: *b*
Regaleſque (c) accenſa comas, (c) accenſa coronam *g*
Inſignem gemmis: tum fumida lumine fulvo *b*
Involvi, ac totis (e) Vulcanum ſpargere (b) tectis. *a*
Id vero horrendum ac viſu mirabile ferri. *b*
Namque fore illuſtrem famâ fatiſque canebant *m*

ORDO.

ſed porténta Deórum obſtant váriis terróribus. Erat laurus médio tecti, in altis penetrálibus, ſacra *quoad* comam, ſervatáque metu per multos annos: quam invéntam pater Latinus ipſe ferebátur ſacraſſe Phœbo, cùm cónderet primas arces; poſuiſſéque nomen Lauréntis colónis ab eâ. Denſæ apes (mirábile dictu!) vectæ ingénti ſtridóre trans líquidum æthera, obſedére ſummum ápicem hujus *árboris*; et pédibus nexis per mútua, ſúbitum exámen pepéndit frondénte ramo. Contínuò vates inquit: cérnimus extérnum virum adventáre; et agmen pétere eáſdem partes ex iiſdem pártibus, et dominári ſummâ arce. Præterea dum Lavínia virgo ádolet altária caſtis tædis, et aſtat juxta genitórem: *eſt* viſa, nefas, comprénder ignem longis crínibus, atque cremári *quoad* omnem ornátum crepitánte flammâ: accenſáque *quoad* regáles comas, accénſa *quoad* corónam inſignem gemmis: tum fúmida *eſt viſa* involvi fulvo lúmine, ac ſpargere Vulcánum, *i. e. ignem* totis tectis. Id verò horréndum, ac mirábile viſu *cæpit* ferri *latè*. Namque canébant *vírginem* ipſam fore illúſtrem famâ fatíſque,

(a) *Syncope.* (b) *Synecdoche.* (c) *Helleniſmus.* (d) *Paragoge.* (e) *Metonymia.*

Ipſam, ſed populo magnum portendere bellum. *f*
At rex ſolicitus monſtris oracula Fauni *f*
Fatidici genitoris adit: lucoſque ſub alta *k*
Conſulit Albunea; nemorum quæ maxima ſacro *k*
Fonte ſonat, ſævamque exhalat opaca Mephitim. *n*
Hinc Italæ gentes omniſque Oenotria tellus *m*
In dubiis reſponſa petunt: huc dona ſacerdos *p*
Cum tulit, et cæſarum ovium ſub nocte ſilenti *p*
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit; *l*
Multa modis ſimulacra videt volitantia miris, *i*
Et varias audit voces, fruiturque Deorum *n*
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis. *p*
Hic et tum pater ipſe petens reſponſa Latinus, *e*
Centum lanigeras mactabat rite bidentes; *f*
Atque harum effultus tergo ſtratiſque jacebat *a*
Velleribus. Subita ex alto vox reddita luco eſt: *l*
Ne pete connubiis natam ſociare Latinis, *q*
O mea progenies, thalamis neu crede paratis. *k*
Externi veniunt (a) generi: qui ſanguine noſtrum *e*
Nomen in aſtra ferent; quorumque à ſtirpe nepotes *l*
Omnia ſub pedibus, qua Sol utrumque recurrens *l*
Aſpicit Oceanum, vertique regique videbunt. *q*

O R D O.

ſed porténdere magnum bellum pópulo. At rex, ſolícitus monſtris, adit oracula Fauni fatídici genitóris: conſulítque lucos ſub altâ Albúneâ; quæ máxima némorum ſonat ſacro fonte, opacáque exhálat ſævam Mephítim. Hinc Itálæ gentes, omníſque Oenótria tellus petunt reſpónſa in dúbiis *rebus:* cùm ſacérdos tulit dona huc, et incúbuit ſtratis péllibus cæſárum óvium ſub ſilénti nocte, petivítque ſomnos; videt multa ſimulácra volitántia miris modis, et audit várias voces, fruitúrque colloquio Deórum, atque affátur Acherónta imis Avérnis. Tum hìc et pater Latínus ipſe, petens reſpónſa, mactábat ritè centum laníge-ras bidéntes; atque jacébat effúltus tergo, ſtratíſque velléribus harum. Súbita vox eſt réddita ex alto luco, *dicens:* ô mea progénies, ne pete ſociáre natam Latínis connúbiis, neu crede parátis thálamis. Extérni géneri vénient: qui ferent noſtrum nomen in aſtra ſánguine; à que ſtirpe quorum nepotés vidébunt ómnia vertíque regíque ſub *ſuis* pédi-bus, quà recúrrens Sol áſpicit utrúmque Océanum.

(a) *Enallage.*

Hæc

Hæc reſponſa patris Fauni, monituſque ſilenti *b*
Nocte datos, non ipſe ſuo premit ore Latinus; *o*
Sed circum late volitans jam fama per urbes *g*
Auſonias tulerat; cum Laomedontiâ (a) pubes *q*
Gramineo ripæ religavit ab aggere claſſem. *o*
Æneas, primique duces, et pulcher Iülus, *g*
Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ: *m*
Inſtituuntque (a) dapes, et adorea liba per herbam *i*
Subjiciunt epulis (ſic Jupiter ille monebat) *q*
Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent. *l*
Conſumptis hic forte aliis, ut vertere morſus *g*
Exiguam in (a) Cererem penuria adegit edendi; *q*
Et violare manu maliſque audacibus orbem *l*
Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris: *g*
Heus! etiam menſas conſumimus, inquit Iülus. *n*
Nec plura, alludens. Ea vox audita laborum *g*
Prima tulit finem: primamque loquentis ab ore *n*
Eripuit pater, ac ſtupefactus numine preſſit. *k*
Continuo: ſalve fatis mihi debita tellus; *n*
Voſque, ait, ô fidi Trojæ ſalvete Penates. *m*
Hic domus, hæc patria eſt. Genitor mihi talia (namque *i*
Nunc repeto) Anchiſes fatorum arcana reliquit: *m*

ORDO.

Latínus ipſe non premit ſuo ore hæc reſpónſa patris Fauni, monitúſque datos ſilénti nocte; ſed jam fama, vólitans latè circùm, túlerat *hæc* per Auſónias urbes; cùm Laomedóntia pubes religávit claſſem ab gramíneo ággere ripæ. Ænéas, primíque duces, et pulcher Iülus depónunt córpora ſub ramis altæ árboris: inſtituúntque dapes, et per herbam ſubjiciunt adorea liba épulis (ſic ille Júpiter monébat) et augent Cereále ſolum agréſtibus pomis. Hìc fortè áliis *cibis* contúmptis, ut penúria edéndi adégit *eos* vértere morſus in exíguam Cérerem; et violáre orbem fatális cruſti manu, audacibúſque malis, nec párcere pátulis quadris. Iülus inquit, heus! conſúmimus étiam menſas. Nec *dixit* plura allúdens. Ea vox audíta prima tulit finem labórum: patérque erípuit *eam* primam ab ore *fílii* loquéntis, ac ſtupefáctus númine preſſit *eam ſecum*. Contínuò ait: ſalve tellus débita mihi fatis; voſque ſalvéte, ô Penátes fidi Trojæ. Hic *eſt* domus, hæc eſt pátria. Génitor Anchíſes (namque nunc répeto) relíquit tália arcána fatórum mihi:

(a) *Metonymia.*

Cum te, nate, fames ignota ad littora vectum *f*
Acciſis coget (a) dapibus conſumere menſas; *g*
Tum ſperare domos deſeſſus, ibique memento *b*
Prima locare manu molirique aggere (b) tecta. *l*
Hæc erat illa fames: hæc nos ſuprema manebant, *l*
Exitiis poſitura modum. *i*
Quare agite: et primo læti cum lumine Solis, *m*
Quæ loca, quive habeant homines, ubi mœnia gentis, *i*
Veſtigemus; et à portu diverſa petamus. *f*
Nunc (a) pateras libate Jovi, precibuſque vocate *a*
Anchiſen genitorem, et vina reponite menſis. *b*
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo *a*
Implicat, et Geniumque loci, primamque Deorum *k*
Tellurem, Nymphaſque et adhuc ignota precatur *g*
Flumina: tum Noctem, noctiſque orientia ſigna, *n*
Idæumque Jovem, Phrygiamque ex ordine matrem *e*
Invocat, et duplices cœloque Ereboque parentes. *q*
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto *l*
Intonuit, radiiſque ardentem lucis et auro *l*
Ipſe manu quatiens oſtendit ab æthere nubem. *q*
Diditur hic ſubitò Trojana per agmina rumor, *q*
Adveniſſe diem quo debita mœnia condant. *b*

ORDO.

aiebat, nate, cùm fames coget te, vectum ad ignóta littora, conſúmere menſas dápibus accítus; tum deſéſſus meménto ſperáre domos, ibíque locáre prima tecta manu, molirique *ea* ággere. Hæc erat illa fames *prædicta*: hæc ſupréma manébant nos poſitúra modum exítiis. Quare ágite: et, cum primo lúmine ſolis, læti veſtigémus quæ *ſint hæc* loca, quive hómines hábeant *ea*, ubi mœnia gentis *ſint*; et petámus divérſa *loca* à portu. Nunc libáte páteras Jovi, vocatéque Anchiſen genitórem précibus, et repónite vina menſis. Sic effátus deínde, implicat témpora frondénti ramo, et precátur Geniúmque loci, Tellurémque primam Deórum, nymphásque, et flúmina adhuc ignóta: tum ínvocat Noctem, orientiáque ſigna noctis, Idæúmque Jovem, Phrygiámque matrem *Cybelen* ex órdine, et dúplices paréntes cœlóque Erebóque. Hìc omnípotens pater intónuit ter clarus ab alto cœlo, ipſéque oſténdit ab æthere nubem ardéntem rádiis lucis et auro, quátiens *eam* manu. Hìc ſúbitò rumor diditur per Trojána ágmina, diem adveníſſe, quo condant débita mœnia.

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.*

Certatim

Certatim inſtaurant epulas, atque omine magno g
Crateras læti ſtatuunt, et vina coronant. g
Poſtera cum primâ luſtrabat lampade terras m
Orta dies; urbem, et fines, et littora gentis m
Diverſi explorant: hæc fontis ſtagna Numici, a
Hunc Tybrim fluvium, hic fortes habitare Latinos. b
Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni m
Centum oratores auguſta ad mœnia Regis a
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes: m
Donaque ferre viro, pacemque expoſcere Teucris. l
Haud mora: feſtinant juſſi, rapidiſque feruntur n
Paſſibus: ipſe humili deſignat mœnia foſſa, l
Moliturque locum, primaſque in littore ſedes, f
Caſtrorum in morem, pinnis atque aggere cingit. a
Jamque iter emenſi, turres ac (a) tecta Latinorum m
Ardua cernebant juvenes, muroque ſubibant. p
Ante urbem pueri et primævo (b) flore juventus f
Exercentur equis, (b) domitantque in pulvere currus: e
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis a
(a) Spicula contorquent, curſuque ictuque laceſſunt. m
Cum provectus equo longævi Regis ad aures f
Nuncius ingentes ignota in veſte reportat m
Adveniſſe viros. Ille intra (a) tecta vocari f

ORDO.

Certátim inſtáurant épulas, atque læti magno ómine ſtátuunt cratéras, et corónant vina. Cùm póſtera dies orta luſtrábat terras primâ lámpade; divérſi explórant urbem et fines, et littora gentis. *Diſcunt* hæc *eſſe* ſtagna fontis Numíci, hunc *eſſe* flúvium Tybrim, fortes Latínos habitáre hìc. Tum *Ænéas*, ſatus Anchiſâ, jubet centum oratóres, deléctos ab omni órdine, ire ad augúſta mœnia regis, omnes velátos ramis Pálladis: ferréque dona viro, expoſceréque pacem Teucris. Haud *eſt* mora: juſſi feſtínant, feruntúrque rápidis páſſibus: *Ænéas* ipſe deſignat mœnia húmili foſsâ, molitúrque locum, cingítque primas ſedes in littore pinnis atque ággere in morem caſtrórum. Jamque júvenes, eménſi iter, cernébant turres ac árdua tecta Latinórum, ſubibántque muro. Ante urbem púeri, et juvéntus primævo flore exercéntur equis, domitántque currus in púlvere: aut tendunt acres arcus, aut contórquent lenta ſpícula lacértis, laceſſúntque *álii álios* curſu ictúque *telórum*. Cùm núncius, provéctus equo, repórtat ad aures longævi regis, ingéntes viros adveníſſe in ignótâ veſte. Ille ímperat *eos* vocári intra tecta,

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.*

Imperat,

Imperat, et ſolio medius conſedit avito. k
(a) Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis, a
Urbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici, m
Horrendum ſylvis, et relligione parentum. b
Hinc ſceptra accipere, et primos attollere (b) faſces f
Regibus omen erat: hoc illis curia templum, l
Hæc ſacris ſedes epulis: hic ariete cæſo c
Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis. l
Quinetiam veterum effigies ex ordine avorum k
Antiqua è cedro, Italuſque, paterque Sabinus c
Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem; m
Saturnuſque ſenex, Janique bifrontis imago, b
Veſtibulo aſtabant: aliique ab origine reges, o
Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi. l
Multaque præterea ſacris in poſtibus arma, l
Captivi pendent currus, curvæque ſecures, a
Et criſtæ capitum, et portarum ingentia clauſtra, f
(a) Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinis. q
Ipſe Quirinali lituo parvâque ſedebat p
Succinctus trabeâ, lævaque ancile gerebat f
Picus, (c) equûm domitor: quem capta cupidine conjux q
Aureâ percuſſum virgâ, verſumque venenis, m

O R D O.

et conſédit médius avíto ſólio. Fuit augúſtum tectum, ingens, ſublime centum colúmnis, *in* ſummâ urbe, régia Lauréntis Pici, *tectum* horréndum ſylvis et relligióne paréntum. Erat omen régibus accípere ſceptra hinc, et attóllere primos faſces: hoc templum *erat* cúria illis, *vel hæc cúria erat templum illis*, hæc ſedes *erat diſtináta* ſacris épulis: hìc patres, aríete cæſo, *fuérunt* ſóliti conſídere perpétuis, *i. e. longis* menſis. Quinétiam effígies véterum avórum *póſitæ* ex órdine è antíquâ cedro, Italúſque, patérque Sabínus Vitíſator, ſervans curvam falcem ſub *ſuâ* imágine; ſenéxque Satúrnus, imagóque bifróntis Jani, aſtábant veſtíbulo: aliíque reges ab orígine, qui *fuérunt* paſſi Mártia vúlnera pugnándo ob pátriam. Multáque arma prætérea pendent in ſacris póſtibus, captívi currus, curvæque ſecúres, et criſtæ cápitum, et ingéntia clauſtra portárum, ſpiculáque, clypeíque, roſtráque erépta carínis. Picus ipſe, dómitor equórum, ſedébat *cum* Quiriníli lítuo, ſuccinctúſque parvâ trábeâ, gerebátque ancíle lævâ *manu:* quem *Picum*, percúſſum áureâ virgâ, verſúmque venénis,

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Syncope.*

Fecit

Fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas. *n*
Tali intus templo (a) Divûm, patriâque Latinus *b*
Sede ſedens, Teucros ad ſeſe in (b) tecta vocavit: *m*
Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore: *c*
Dicite, (c) Dardanidæ, (neque enim neſcimus et urbem *k*
Et genus, auditique advertitis æquore curſum) *n*
Quid petitis? quæ cauſa rates, aut cujus egentes *p*
Littus ad Auſonium tot per vada cœrula vexit? *q*
Sive errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti, *f*
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto) *q*
Fluminis (a) intrâſtis ripas, portuque ſedetis; *m*
Ne fugite hoſpitium: neve ignorate Latinos *l*
Saturni gentem, haud vinclo nec legibus æquam, *a*
Sponte ſuâ, veteriſque Dei ſe more tenentem. *k*
Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis) *l*
Auruncos ita ferre ſenes: his ortus ut agris *e*
Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes, *o*
Threïciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. *q*
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab ſede profectum *f*
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cœli *l*
Accipit, et numerum Divorum altaribus auget. *l*
Dixerat: et dicta Ilioneus ſic voce ſecutus: *p*

ORDO.

conjux Circe, capta cupídine *ejus*, fecit avem, ſparſítque alas colóribus. Latínus, ſedens intus tali templo Divórum, patriâque ſede, vocávit Teucros ad ſeſe in tecta: atque prior édidit hæc *dicta illis* ingréſſis plácido ore: Dardánidæ, (enim neque neſcímus et urbem, et genus, auditíque advértitis curſum *huc* æquore) dícite, quid pétitis? quæ cauſa vexit rates, aut cujus *rei* egéntes ad Auſónium littus per tot cœrula vada? Sive acti erróre viæ, ſive tempeſtátibus (qualia multa *mala* nautæ patiúntur in alto mari) intraviſtis ripas *noſtri* flúminis, ſedetíſque portu; ne fúgite hoſpítium: neve ignoráte Latínos *eſſe* gentem Satúrni, æquam haud vínculo nec légibus, *ſed* ſuâ ſponte, tenentémque ſe more véteris Dei. Atque équidem mémini (*quanquam* fama eſt obſcúrior annis) Aurúncos ſenes ferre ita: ut Dárdanus, ortus his agris, penetrávit ad Idæas urbes Phrygiæ, Threiciámque Samum, quæ nunc fertur Samothrácia. Nunc áurea régia ſtellántis cœli áccipit illum ſólio, profectum hinc ab Tyrrhénâ ſede Córiti, et auget númerum altáribus Divórum. Dixerat: et Ilióneus *eſt* ſecútus *ejus* dicta *ſuâ* voce ſic:

(a) *Syncope.* (b) *Synecdoche.* (c) *Antonomaſia.*

Rex,

Rex, genus egregium Fauni: nec fluctibus actos *l*
Atra ſubegit (a) hyems veſtris ſuccedere terris; *l*
Nec ſidus regione viæ, littuſve fefellit. *e*
Conſilio hanc omnes animiſque volentibus urbem *o*
Afferimur: pulſi regnis, quæ maxima quondam *m*
Extremo veniens Sol aſpiciebat Olympo. *h*
Ab Jove principium generis, Jove Dardana (a) pubes *i*
Gaudet avo: rex ipſe, Jovis de gente ſuprema, *p*
Troïus Æneas tua nos ad limina miſit. *p*
Quanta per Idæos ſævis effuſa Mycenis *m*
Tempeſtas ierit campos, quibus actus uterque *h*
Europæ atque Aſiæ fatis concurrerit (b) orbis, *f*
Audiit, et ſi quem tellus extrema refuſo *m*
Submovet Oceano, et ſi quem extenta plagarum *l*
Quattuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. *i*
Diluvio ex illo tot vaſta per æquora vecti, *n*
Dîs ſedem exiguam patriis littuſque rogamus *e*
Innocuum, et cunctis undamque utramque patentem. *m*
Non erimus regno indecores: nec veſtra feretur *p*
Fama levis, tantique aboleſcet gratia facti: *p*
Nec (a) Trojam Auſonios gremio excepiſſe pigebit. *e*
Fata per Æneæ juro, dextramque potentem, *m*

O R D O.

rex, egrégium genus Fauni: nec atra hyems ſubégit *nos*, actos flúctibus, ſuccédere veſtris terris; nec ſidus littúſve feféllit *nos errántes à rectâ* regióne viæ. Omnes afférimur *ad* hanc urbem conſílio volentibúſque ánimis: pulſi regnis, quæ ſol, véniens extrémo Olympo, aſpiciébat quondam máxima. Princípium *noſtri* géneris *eſt* ab Jove, Dárdana pubes gaudet Jove avo: *noſter* rex ipſe, Tróïus Ænéas, de ſupréma gente Jovis, miſit nos ad tua límina. Quanta tempéſtas *belli*, effúſa ſævis Mycénis, íverit per Idæos campos, quibus fatis utérque orbis Európæ atque Aſiæ concúrrerit, *nemo non* audívit, et ſi extréma tellus ſúbmovet quem refúſo Océano, et ſi plaga iníqui ſolis exténta in médio quáttuor plagárum dírimit quem *ab cæteris homínibus*. Nos, vecti ex illo dilúvio per tot vaſta æquora, rogámus exíguam ſedem, innocuúmque littus pátriis Diis, et undámque aurámque paténtem cunctis. Non érimus indécores *tuo* regno: nec veſtra fama ferétur levis, gratiáque tanti facti aboléſcet: nec pigébit Auſónios excepiſſe Trojam grémio. Juro per fata Ænéæ, potentémque dextram,

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.*

Sive

Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus et armis: m
Multi nos populi, multæ (ne temne, quod ultro f
Præferimus manibus vittas ac verba precantum) l
Et petiêre ſibi et voluêre adjungere gentes. k
Sed nos fata Deûm veſtras exquirere terras f
Imperiis egêre ſuis. Hinc Dardanus ortus, p
Huc repetit: juſſiſque ingentibus urget Apollo n
Tyrrhenum ad Tybrim, et fontis vada ſacra Numici. b
Dat tibi præterea fortunæ parva prioris l
Munera, relliquias Troja ex ardente receptas. l
Hoc pater Anchiſes (a) auro libabat ad aras: m
Hoc Priami geſtamen erat, cum jura vocatis p
More daret populis, ſceptrumque, ſacerque tiaras, q
Iliadumque labor, veſtes. l
Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus l
Obtutu tenet (b) ora, ſoloque immobilis hæret, e
Intentos volvens oculos: nec purpura regem g
Picta movet, nec ſceptra movent Priameïa tantum, o
Quantum in connubio natæ thalamoque moratur, b
Et veteris Fauni (c) volvit ſub pectore ſortem. m
Hunc illum fatis externa à ſede profectum a
Portendi generum, paribuſque in regna vocari e

ORDO.

ſive quis eſt expértus *eam* fide, ſeu *quis* bello, et armis: multi pópuli, multæ gentes (ne temne *nos*, quod ultrò præférimus vittas mánibus et verba precántium) et petivére, et voluére adjúngere nos ſibi. Sed fata Deórum egére nos ſuis impériis exquírere veſtras terras. Dárdanus *eſt* ortus hinc, *et* répetit huc. Apolloque urget *nos* ingéntibus juſſis ad Tyrrhénum Tybrim, et ſacra vada fontis Numíci. Prætérea dat tibi parva múnera prióris fortúnæ, rellíquias recéptas ex ardénte Trojâ. Pater Anchíſes libábat ad aras hoc auro: hoc erat geſtámen Priami, cùm daret jura pópulis vocátis *ex* more, ſceptrúmque, ſacérque tiáras, veſtéſque labor Iliadum. Tálibus *verbis* Iliónei dictis, Latínus tenet ora defixa obtútu, hærétque immóbilis ſolo volvens inténtos óculos: nec picta púrpura movet regem, nec Priaméïa ſceptra movent eum tantum, quantum morátur in connúbio thalamóque natæ, et volvit ſortem véteris Fauni ſub péctore: hunc *Æneam* porténdi illum génerum profectum ab externâ ſede, vocaríque páribus auſpiciis in regna:

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metaphora.*

Auſpiciis: hinc progeniem virtute futuram p
Egregiam, et totum quæ viribus occupet orbem. n
Tandem lætus ait: (a) Dî noſtra incepta ſecundent, f
Auguriumque ſuum. Dabitur, Trojane, quod optas. k
Munera nec ſperno: non vobis, rege Latino, m
Divitis uber agri, Trojæve opulentia dêrit. q
Ipſe modo Æneas (noſtri ſi tanta cupido eſt, m
Si jungi hoſpitio properat, ſociuſque vocari) d
Adveniat; vultus neve exhorreſcat amicos. m
Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. q
Vos contra Regi mea nunc mandata referte. g
Eſt mihi nata, viro gentis quam jungere noſtræ l
Non patrio ex adyto ſortes, non plurima cœlo l
Monſtra ſinunt: generos externis affore ab oris, l
Hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum p
Nomen in aſtra ferant. Hunc illum poſcere fata l
Et reor, et (ſi quid veri mens augurat) opto. m
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni. d
Stabant tercentum nitidi in (b) præſepibus altis. g
Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci n
Inſtratos oſtro alipedes pictiſque tapetis. g
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent: q

ORDO.

hinc futúram progéniem egrégiam virtúte, et quæ óccupet totum orbem víribus. Tandem lætus ait: Dii ſecúndent noſtra incépta, ſuúmque Augúrium. Trojáne, dábitur, quod optas. Nec ſperno *tua* múnera: uber, *i. e. ubértas* dívitis agri, opulentiáve Trojæ non déerit vobis, Latino rege. Modò Ænéas ipſe advéniat (ſi eſt *ei* tanta cupído noſtri, ſi próperat jungi *mihi* hoſpítio, vocaríque ſócius;) neve exhorréſcat amícos vultus. Erit pars pacis mihi tetigiſſe dextram tyránni. Vos contrà nunc reférte mea mandáta *veſtro* Regi. Eſt mihi nata, quam non ſortes ex pátrio ádyto, non plúrima monſtra cœlo ſinunt júngere viro noſtræ gentis: canunt hoc reſtáre Látio, géneros áffore ab extérnis oris, qui ferant noſtrum nomen ſánguine in aſtra. Et reor, et opto (ſi mens áugurat quid veri) fata póſcere hunc illum *génerum*. Pater, effátus hæc, éligit equos *ex* omni número. Tercéntum nítidi *equi* ſtabant in altis præſépibus. Extémplo jubet alípedes, inſtrátos oſtro pictíſque tapétis, duci ómnibus Teucris órdine. Aurea monília pendent demíſſa pectóribus.

(a) *Apocope.* (b) *Synecdoche.*

Tecti

Tecti auro fulvum mandunt ſub dentibus aurum. *a*
Abſenti Æneæ currum geminoſque jugales, *b*
Semine ab æthereo, ſpirantes naribus ignem: *t*
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe *g*
Suppoſita de matre nothos furata creavit. *p*
Talibus (a) Æneadæ donis dictiſque Latini *l*
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant. *e*
Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis *b*
Sæva Jovis conjux, auraſque invecta tenebat: *m*
Et lætum Æneam, claſſemque ex æthere longe *a*
Dardaniam Siculo proſpexit ab uſque Pachyno. *q*
Moliri jam tecta videt, jam fidere terræ, *g*
Deſeruiſſe rates: ſtetit acri fixa dolore: *k*
Tum quaſſans caput, hæc effudit pectore dicta: *f*
Heu ſtirpem inviſam, et fatis contraria noſtris *a*
Fata Phrygum! num Sigeïs occumbere campis? *m*
Num capti potuere capi? num incenſa cremavit *e*
Troja viros? medias acies, medioſque per ignes *i*
Invenere viam? At, credo, mea numina tandem *h*
Feſſa jacent: odiis aut exſaturata quievi. *q*
Quin etiam patriâ excuſſos infeſta per undas *l*
Auſa ſequi, et profugis toto me opponere ponto. *l*

ORDO.

hi tecti auro mandunt fulvum aurum ſub dentibus. *Imperat* currum geminóſque jugáles *equos* ab æthéreo ſémine, ſpirántes ignem náribus *dari* abſénti Ænéæ: *equos* de gente illórum, quos Dædala, *i. e. ingenióſa* Circe, furáta patri *Soli*, creávit nothos de ſuppóſitâ matre. Ænéadæ, tálibus donis dictíſque Latíni *accéptis*, rédeunt ſublímes in equis, reportántque pacem. Autem ecce ſæva conjux Jovis referébat ſeſe ab Ináchiis Argis, invectáque tenébat auras: et longè ab æthere, uſque ab Sículo Pachyno, proſpéxit lætum Ænéam, Dardaniámque claſſem. Videt *eos* jam moliri tecta, jam fídere terræ, *et* deſeruíſſe rates: *illa* ſtetit fixa acri doláre: tum quaſſans caput, effúdit hæc dicta péctore: heu inviſam ſtirpem, et fata Phrygum contrária noſtris fatis! num *potuére* occúmbere Sigéïs campis? num capti potuére capi? num incénſa Troja cremávit viros? invenére viam *per* médias ácies, perque médios ignes? At, credo, mea númina tandem jacent ſeſſa: aut *ego* exſaturáta ódiis quiévi. Quinétiam inféſta *ſum* auſa ſequi *eos* excúſſos pátriâ per undas, et oppónere me prófugis toto ponto.

(a) *Antonomaſia.*

Abſumptæ in Teucros vires cœlique mariſque. *a*
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vaſta Charybdis *g*
Profuit? optato conduntur Tybridis (a) alveo, *m*
Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem *e*
Immanem Lapithûm valuit: conceſſit in iras *e*
Ipſe (b) Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ: *o*
Quod ſcelus, aut Lapithis tantum, aut Calydone morente? *q*
Aſt ego, magna Jovis conjux, nil linquere inauſum *l*
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti, *n*
Vincor ab Ænea. Quod ſi mea numina non ſunt *n*
Magna ſatis; dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt: *k*
(c) Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo. *i*
Non dabitur regnis (eſto) prohibere Latinis, *n*
Atque immota manet fatis Lavinia conjux: *f*
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus; *q*
At licet amborum populos exſcindere regum. *p*
Hac gener atque ſocer coëant mercede ſuorum. *k*
Sanguine Trojano et Rutulo dotabere, virgo: *p*
Et Bellona manet te pronuba. Nec face tantum *b*
Ciſſeïs prægnans ignes enixa jugales: *a*
Quin idem Veneri partus ſuus, et Paris alter, *b*

O R D O.

Vires cœlique mariſque *ſunt* abſúmptæ in Teucros. Quid Syrtes, aut Scylla, quid vaſta Charybdis próſuit mihi? condúntur optáto álveo Tybridis, ſecúri pelagi atque mei. Mars váluit pérdere immánem gentem Lapithárum: génitor Deórum ipſe conceſſit antíquam Calydóna in iras Diánæ: quod tantum ſcelus, *i. e. pœnam ſcéleris* Lápithis aut Calydóne meránte? Aſt ego, magna conjux Jovis, quæ infélix pótui linquere nil ináuſum, quæ verti memet in ómnia, vincor ab Ænéâ. Quod ſi mea númina non ſunt magna ſatis; équidem haud dúbitem imploráre quod *numen* eſt uſquam: ſi néqueo fléctere ſúperos, movébo Acherónta. Eſto, non dábitur *mihi* prohibére *eos* Latinis regnis, atque Lavinia manet conjux *Ænéæ* immóta fatis: at licet tráhere, atque áddere moras tantis rebus: at licet exſcíndere pópulos ambórum regum. Gener atque ſocer cócant hac mercéde ſuórum *cívium*. Virgo, dotábere Trojáno et Rútulo ſánguine. Et Bellóna prónuba manet te. Nec tantùm *Hécuba* Ciſſeïs prægnans face *eſt* enixa jugáles ignes: quin ſuus partus Véneri *erit* idem, et alter Paris,

(a) *Synæreſis.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.*

Funeſtæque

Funeſtæque iterum recidiva in Pergama tædæ. *e*
Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petivit. *l*
Luctificam Alecto dirarum ab ſede ſororum *m*
Inferniſque ciet tenebris: cui (a) triſtia bella, *e*
Iræque, inſidiæque, et crimina noxia cordi. *b*
Odit et ipſe pater Pluton, odere ſorores *l*
Tartareæ monſtrum: tot ſeſe vertit in ora, *m*
Tam ſævæ facies, tot pullulat atra colubris. *b*
Quam Juno his acuit verbis, ac talia fatur; *f*
Hunc mihi da proprium, virgo ſata Nocte, laborem, *q*
Hanc operam; ne noſter honos, infractave cedat *p*
Fama loco; neu connubiis ambire Latinum *p*
Æneadæ poſſint, Italoſve obſidere fines. *p*
Tu potes unanimes armare in prœlia fratres, *l*
Atque odiis verſare (a) domos: tu verbera (b) tectis *p*
Funereaſque inferre faces: tibi nomina mille, *o*
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus, *m*
Disjice compoſitam pacem, ſere crimina belli: *q*
Arma velit, poſcatque ſimul, rapiatque juventus. *o*
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis *f*
Principio Latium et Laurentis tecta tyranni *l*
Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatæ. *l*

ORDO.

tedæque iterum funéſtæ in recidiva Pérgama. Ubi *Juno* dedit hæc dicta, horiénda petívit terras. Ciet luctíficam Aléćto ab ſede dirárum ſorórum, inferníſque ténebris: cui tríſtia bella, iræque, inſidiæque, et nóxia crímina *ſunt* cordi. Et pater Pluton ipſe odit *eam*, Tartáreæ ſoróres odére monſtrum: vertit ſeſe in tot ora, *i. e. ſpécies*, tam ſævæ fácies *ſunt illi*, atra púllulat tot colúbris. Quam *Alécto* Juno ácuit his verbis, ac fatur tália: virgo ſata Nocte, da mihi hunc próprium labórem, hanc óperam; ne noſter honos, infractáve fama cedat loco; neu Ænéadæ poſſint ambíre Latínum connúbiis, obſideréve Italos fines. Tu potes armáre unánimes fratres in prœlia, atque verſáre domos ódiis: tu *potes* inférre vérbera funereáſque faces tectis: *ſunt* tibi mille nómina, mille artes nocéndi: cóncute fœcúndum pectus, disjice compóſitam pacem, ſere crímina belli: juvéntus velit, ſimúlque poſcat, rapiátque arma. Exin Aléćto, inféćta Gorgóneis venénis, princípio petit Látium et celſa tecta Lauréntis tyránni, obſeditque tácitum limen *regínæ* Amátæ.

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.*

Quam

Quam ſuper adventu Teucrûm, Turnique hymenæis, *m*
Fœmineæ ardentem curæque iræque (a) coquebant. *m*
Huic Dea cœruleis unum de crinibus anguem *l*
Conjicit, inque ſinum præcordia ad intima ſubdit; *q*
Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem. *l*
Ille inter veſtes et levia pectora lapſus *b*
Volvitur attactu nullo, fallitque furentem; *m*
Vipeream inſpirans animam: fit tortile collo *p*
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ, *f*
Innectitque comas, et membris lubricus errat. *f*
Ac dum prima lues udo ſublapſa veneno *f*
Pertentat ſenſus, atque oſſibus implicat ignem: *b*
Necdum animus toto percepit pectore flammam: *m*
Mollius, et ſolito matrum de more, locuta eſt; *l*
Multa ſuper nata lacrymans, Phrygiiſque (b) hymenæis: *o*
Exſulibuſne datur ducenda Lavinia Teucris, *q*
O genitor? nec te miſeret natæque tuique? *p*
Nec matris miſeret, quam primo Aquilone relinquet *b*
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo? *l*
An non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor, *d*
Ledæamque Helenam Trojanas vexit ad arces? *f*
Quid tua ſancta fides, quid cura antiqua tuorum, *l*

ORDO.

Quam ardéntem ſuper advéntu Teucrórum, hymenæíſque Turni, fœmíneæ curæque iræque coquébant. Dea *Alécto* cónjicit huic unum anguem de cœrúleis crínibus, ſubdítque *eum* in ſinum ad íntima præcórdia; quo monſtro furibúnda permíſceat omnem domum. Ille *anguis* lapſus inter veſtes et lévia péctora vólvitur nullo attáctu, fallítque *eam* furéntem; inſpírans vipéream ánimam: cóluber fit ingens tórtile aurum collo, fit tænia longæ vittæ, innectítque comas, et lúbricus errat membris *Amátæ*. Ac dum prima lues, ſublápſa udo venéno, perténtat ſenſus, atque ímplicat ignem *ejus* óſſibus: necdum ánimus percépit flammam toto péctore: eſt locúta mólliùs, et de ſólito more matrum; lácrymans multa ſuper natâ, Phrygiíſque hymenæis: *ait*, ô génitor, Laviniáne datur ducénda exſúlibus Teucris? nec míſeret te natæque tuique? nec míſeret *te* matris, quam *iſte* pérfidus prædo relínquet primo Aquilóne, petens alta *mária*, vírgine abdúctâ? An non Phrygius paſtor *Paris* ſic pénetrat Lacedæmona, vexítque Ledæam Hélenam ad Trojánas arces? quid *erit* tua ſancta fides, quid antíqua cura tuórum,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Et

Et conſanguineo toties data dextera Turno? *d*
Si gener externa petitur de gente Latinis, *p*
Idque ſedet, Faunique premunt te juſſa parentis: *p*
Omnem equidem ſceptris terram quæ libera noſtris *m*
Diffidet, externam reor; et ſic dicere Divos. *p*
Et Turno, ſi prima domûs repetatur origo, *c*
Inachus Acriſiuſque patres, mediæque Mycenæ. *i*
His ubi nequicquam dictis experta, Latinum *m*
Contra ſtare videt; penituſque in viſcera lapſum *e*
Serpentis furiale malum, totamque pererrat: *e*
Tum vero infelix, ingentibus excita monſtris, *b*
Immenſam ſine more fuit lymphata per urbem: *e*
Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo, *g*
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum *n*
Intenti ludo exercent. Ille actus habena *a*
Curvatis fertur ſpatiis: ſtupet inſcia turba, *c*
Impubeſque manus, mirata volubile buxum: *b*
Dant animos plagæ. Non curſu ſegnior illo *m*
Per medias urbes agitur, populoſque feroces. *o*
Quin etiam in ſylvas, ſimulato numine Bacchi, *p*
Majus adorta nefas, majoremque orſa furorem, *l*
Evolat: et natam frondoſis montibus abdit, *m*

ORDO.

et dextra *manus* data tóties conſanguíneo Turno? ſi gener pétitur Latínis de extérnâ gente, idque ſedet, *i. e. ſtatúitur*, juſſáque paréntis Fauni premunt te: équidem reor omnem terram extérnam, quæ líbera *à* noſtris ſceptris diffidet, *i. e. ſeparátur à nobis*; et *exíſtimo* Divos dícere ſic. Et, ſi prima orígo *ejus* domûs repetátur, Ináchus Acriſiúſque *ſunt* patres Turno, mediæque Mycénæ *ejus pátria*. Ubi videt Latínum ſtare contra, expérta *eum* nequícquam his dictis; furialéque malum ſerpéntis *eſt* lapſum pénitus in *ejus* víſcera, pererrátque *eam* totam: tum verò infélix *regína*, éxcita ingéntibus monſtris, lympháta furit per imménſam urbem ſine more: ceu quondam turbo vóli:ans ſub torto vérbere, quem púeri, inténti ludo, exércent in magno gyro circum vácua átria. Ille *turbo* actus habénâ fertur curvátis ſpátiis: ínſcia turba *puerórum* ſtupet, impubéſque manus *eſt* miráta volúbile buxum: plagæ dant ánimos *buxo: regína* ágitur, non ſégnior illo curſu, per médias urbes, ferocéſque pópulos. Quin étiam adórta majus nefas, orſáque majórem furórem, évolat in ſylvas, ſimuláto númine Bacchi: et abdit natam frondóſis móntibus,

Quo

Quo thalamum eripiat Teucris (a) tædaſque moretur: *l*
Evoë Bacche fremens, ſolum te virgine dignum *l*
Vociferans. Etenim molles tibi ſumere thyrſos, *q*
Te luſtrare choro, ſacrum tibi (b) paſcere crinem, *h*
Fama volat: Furiiſque accenſas (b) pectore matres *l*
Idem omnes ſimul ardor agit nova quærere (c) tecta. *d*
Deſeruêre domos: ventis dant colla comaſque: *l*
Aſt aliæ tremulis ululatibus æthera complent, *i*
Pampineaſque gerunt incinctæ pellibus haſtas. *l*
Ipſa inter medias flagrantem fervida pinum *f*
Suſtinet, ac natæ Turnique canit hymenæos, *n*
Sanguineam torquens aciem: torvumque repente *p*
Clamat: Io matres, audite ubi quæque, Latinæ. *n*
Si qua piis animis manet infelicis Amatæ *k*
Gratia, ſi juris materni cura (b) remordet: *m*
Solvite crinales vittas, capite orgia mecum. *n*
Talem inter ſylvas, inter deſerta ferarum, *a*
Reginam Alecto ſtimulis agit undique Bacchi. *c*
Poſtquam viſa ſatis primos acuiſſe furores, *h*
Conſiliumque omnemque domum vertiſſe Latini; *p*
Protinus hinc fuſcis triſtis Dea tollitur alis *n*
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem *f*

O R D O.

quo erípiat thálamum Teucris, moretúrque tædas; fremens Evoë Bacche, vocíferans te, *Bacche*, ſolum dignum vírgine. Etenim fama volat, *eam* ſúmere molles thyrſos tibi, luſtráre te choro, *et* páſcere ſacrum crinem tibi: ſimúlque idem ardor agit omnes matres, accénſas fúriis péctore, quærere nova tecta. Deſeruére domos: dant colla comáſque ventis: aſt áliæ complent æthera trémulis ululátibus, incinctæque péllibus gerunt pampíneas haſtas. *Regína* ipſa ſérvida ſúſtinet flagrántem pinum inter médias *matres*, ac canit hymenæos *ſuæ* natæ Turníque, torquens ſanguíneam áciem *oculórum*: repentéque clamat torvùm: Io Latínæ matres, audíte ubi quæque *eſtis*. Si qua grátia infelícis Amátæ manet *veſtris* piis ánimis, ſi cura matérni juris remórdet *vos*: ſólvite crináles vittas, cápite órgia mecum. Aléćto agit reginam talem ſtímulis Bacchi úndique inter ſylvas, inter deſérta ferárum. Poſtquam *Aléćto eſt* viſa *ſibi* acuíſſe primos furóres ſatis, vertiſſéque conſílium omnémque domum Latíni; prótinus triſtis Dea tóllitur hinc fuſcis alis ad muros audácis Turni: quam urbem Dánaë,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.*

Acriſioneis

Acriſioneis Danaë fundâſſe colonis,
Præcipiti delata Noto: locus Ardua quondam
Dictus avis, et nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. (a) Tectis hic Turnus in altis
Jam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto torvam faciem et furialia membra
Exuit: in vultus ſeſe transformat aniles,
Et frontem obſcœnam rugis (b) arat: induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit olivæ.
Fit Calybe, Junonis anus, templique ſacerdos:
Et juveni ante oculos his ſe cum vocibus offert:
Turne, tot incaſſum (b) fuſos patiere labores,
Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis?
Rex tibi conjugium et quæſitas ſanguine dotes
Abnegat, externuſque in regnum quæritur hæres.
I nunc, ingratis offer te, irriſe, (c) periclis:
Tyrrhenas, i, ſterne acies: tege pace Latinos.
Hæc adeo tibi me, placida cum nocte jacerem,
Ipſa palam fari omnipotens Saturnia juſſit.
Quare age, et armari pubem portiſque moveri
Lætus in arma para: et Phrygios, qui flumine pulchro
Conſedêre, duces, pictaſque exure (a) carinas.

ORDO.

delata *huc* præcipiti noto, dicitur fundaviſſe Acriſionéis colónis: locus *fuit* quondam dictus Ardua *ab* avis, et nunc Ardea manet magnum nomen. Sed *ita* fortúna fuit. Hìc in altis tectis Turnus jam carpébat médiam quiétem nigrâ nocte. Alécto éxuit torvam fáciem et furiália membra: transfórmat ſeſe in aníles vultus, et arat obſcœnam frontem rugis: índuit albos crines cum vittâ: tum innéctit ramum olivæ. Fit Calybe, anus Junónis, ſacerdóſque *ejus* templi: et offert ſe júveni ante óculos cum his vócibus: Turne, patiére tot labóres *eſſe* fuſos incáſſum, et tua ſceptra tranſcribi Dardániis colónis? Rex *Latinus* ábnegat conjúgium tibi, et dotes quæſítas ſánguine, externúſque hæres quæritur in regnum. I nunc, irríſe, offer te ingrátis periculis: I, ſterne Tyrrhénas ácies: tege Latinos pace. Adeo omnípotens Satúrnia ipſa juſſit me fari hæc palam tibi, cùm jacéres plácidâ nocte. Quare age, et lætus para pubem armâri, moverique portis in arma: et exúre Phrygios duces, qui conſedére pulchro flúmine, pictáſque carinas.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.* (c) *Syncope.*

Cœleſtûm vis magna jubet. Rex ipſe Latinus, g
Ni dare conjugium et dicto parere fatetur, l
Sentiat, et tandem Turnum experiatur in armis. n
Hic juvenis vatem irridens, ſic orſa viciſſim m
Ore refert: Claſſes invectas Tybridis (a) alveo, m
Non, ut rere, meas effugit nuncius aures: f
Ne tantos mihi finge metus: nec regia Juno e
Immemor eſt noſtri. m
Sed te victa ſitu, verique effœta (b) ſenectus, f
O mater, curis nequicquam exercet; et arma a
Regum inter, falſa vatem formidine ludit. a
Cura tibi, (c) Divûm effigies et templa tueri: p
Bella viri pacemque gerant, queis bella gerenda. p
Talibus Alecto dictis exarſit in iras. m
At juveni oranti ſubitus tremor occupat artus, o
Diriguere oculi: tot Erinnys ſibilat hydris, k
Tantaque ſe facies aperit. Tum flammea torquens k
Lumina, cunctantem et quærentem dicere plura m
Reppulit, et geminos erexit crinibus angues, l
Verberaque inſonuit, rabidoque hæc addidit ore: k
En ego victa ſitu, quam veri effœta ſenectus l
Arma inter regum falſa formidine ludit. a

ORDO.

Magna vis cœléſtium *núminum* jubet *ſic*. Rex Latínus ipſe, ni fatétur dare conjúgium, et parére dicto, ſéntiat, et tandem experiátur Turnum in armis. Hìc Júvenis *Turnus* irrídens vatem, ſic viciſſim refert óre *verba* orſa: núncius, non éffugit meas aures, ut *tu* rere, *Trojánas* claſſes *eſſe* invéctas álveo Tybridis: ne finge tantos metus mihi: nec eſt régia Juno immémor noſtri. Sed, ô mater, ſenéctus victa ſitu, effœtáque veri nequícquam exércet te curis; et inter arma regum ludit *te* vatem falsâ formídine. *Sit* tibi cura tuéri effígies et templa Divórum: *ſine ut* viri gerunt bella pacémque, queis bella *ſunt* gerénda. Alécto exárſit in iras tálibus dictis *Turni*. At ſúbitus tremor óccupat artus júveni oránti, *et* óculi diriguére: Erínnys ſíbilat tot hydris, tantáque fácies *illíus* áperit ſe. Tum torquens flámmea lúmina, et réppulit *eum* cunctántem, et quæréntem dícere plura, et eréxit géminos angues *ſuis* crínibus, inſonuítque vérbera, addiditque hæc rábido ore: en ego *ſum illa* victa ſitu, quam ſenéctus effœta veri ludit falsâ formídine inter arma regum.

(a) *Synæreſis.* (b) *Metonymia.* (c) *Syncope.*

Reſpice

Reſpice ad hæc: adſum dirarum ab ſede ſororum: m
Bella manu, letumque gero.
Sic effata facem juveni conjecit, et atro p
Lumine fumantes fixit ſub pectore tædas. e
Olli ſomnum ingens (a) rupit pavor: oſſaque et artus m
Perfudit toto proruptus corpore ſudor. b
Arma amens fremit, arma toro tectiſque requirit. a
Sævit amor (b) ferri, et ſcelerata inſania belli, e
Ira ſuper. Magno veluti cum flamma ſonore p
Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni, p
Exſultantque æſtu latices: furit intus aquæ vis, l
Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis: c
Nec jam ſe capit unda; volat vapor ater ad auras. m
Ergo iter ad regem, (a) polluta pace, Latinum d
Indicit primis juvenum: et jubet arma parari, m
Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem: c
Se ſatis ambobus Teucriſque venire Latiniſque. h
Hæc ubi dicta dedit, Divoſque in vota vocavit, n
Certatim ſeſe Rutuli exhortantur in arma. l
Hunc decus egregium formæ movet, atque juventæ; g
Hunc atavi reges, hunc (c) claris dextera factis. q
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet, m
e

ORDO.

Réſpice ad hæc: adſum ab ſede dirárum ſorórum: gero bella letúmque manu. Effáta ſic conjécit facem júveni, et fixit tædas ſumántes atro lúmine ſub *ejus* péctore. Ingens pavor rupit ſomnum olli: ſudórque, prorúptus toto córpore, perſúdit oſſa et artus. Amens fremit arma, *et* requírit arma toro tectiſque. Amor ferri, et ſceleráta inſánia belli, *in*-ſuper ira ſævit. Véluti cùm Vírgea flamma ſuggéritur coſtis undántis aliéni magno ſonóre, laticéſque exſúltant æſtu: vis aquæ furit intùs, atque fúmidus amnis exúberat ſpumis altè: nec jam unda capit ſe; ater vapor volat ad auras. Ergo indícit iter primis júvenum ad regem Latínum, pace pollútâ: et jubet arma parári, *ſuos* tutári Itáliam, *et* detrúdere hoſtem finibus: ſe veníre ſatis ambóbus Teucríſque Latiníſque. Ubi dedit hæc dicta, vocavítque Divos in vota, Rútuli exhortántur ſeſe certátim in arma. Egrégium decus formæ atque juvéntæ movet hunc; Atavi reges *movent* hunc, déxtera *principiis* claris *i. e. clara* factis *movet* hunc. Dum Turnus implet Rútulos audácibus ánimis,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Hypallage.*

Alecto in Teucros Stygiis se concitat alis:
Arte nova speculata locum, quo littore pulcher
Insidiis cursuque feras agitabat Iülus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Objicit, et noto nares contingit odore,
Ut cervum ardentes agerent: quæ prima malorum
Causa fuit, belloque animos accendit agrestes.
Cervus erat forma præstanti et cornibus ingens:
(a) Tyrrheidæ pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrheusque pater, cui regia parent
Armenta, et late custodia credita campi.
Assuetum imperiis soror omni Sylvia curâ
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille, manum patiens, mensæque assuetus herili,
Errabat sylvis: rursusque ad limina nota
Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iüli
Commovêre canes: fluvio cum forte secundo
Deflueret, ripaque æstus viridante levaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius curvo direxit (b) spicula cornu:

g k o k m g p m q g b e m f l a m p e n l m

ORDO.

Alécto cóncitat se Stygiis alis in Teucros: speculáta locum novâ arte, quo littore pulcher Iülus agitábat feras insídiis cursúque. Hìc Cocytia virgo óbjicit súbitam rábiem cánibus, et contíngit nares noto odóre, ut ardéntes ágerent cervum: quæ fuit prima causa malórum, accendítque agréstes ánimos bello. Erat cervus præstánti formâ et ingens córnibus: quem, raptum ab úbere matris, Tyrrhéidæ púeri nutriébant, Tyrrheúsque pater *ipse*, cui régia arménta parent, et *cui* custódia campi latè *erat* crédita. Sylvia soror *eórum* ornábat ferum, assuétum impériis, omni curâ, intéxens *ejus* córnua móllibus sertis, pectebátque, lavabátque *cum* in puro fonte. Ille *cervus*, pátiens manum, assuetúsque hærili mensæ, errábat sylvis: rursúsque ipse ferébat se domum ad nota límina, quamvis serâ nocte. Rábidæ canes Venántis Iüli commovére hunc errántem procùl: cùm fortè *ille* defluéret secúndo flúvio, levarétque æstus viridánte ripâ: Ascánius ipse étiam, succénsus amóre eximiæ laudis, diréxit spícula curvo cornu:

(a) *Antonomasia.* (b) *Synecdoche.*

Nec

Nec dextræ erranti Deus abfuit, actaque multo
Perque uterum ſonitu, perque ilia venit (a) arundo.
Saucius at quadrupes nota intra (b) tecta refugit,
Succeſſitque gemens ſtabulis: queſtuque, cruentus
Atque imploranti ſimilis, (b) tectum omne replevit.
Sylvia prima ſoror, palmis (c) percuſſa lacertos,
Auxilium vocat, et duros conclamat agreſtes.
Olli (peſtis enim tacitis latet aſpera ſylvis)
Improviſi adſunt: hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic gravidi nodis: quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. Vocat agmina Tyrrheus,
Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat, rapta ſpirans immane ſecuri.
At ſæva è ſpeculis tempus Dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit ſtabuli, et de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem: quâ protinus omne
Contremuit nemus, et ſylvæ intonuere profundæ.
Audiit et (d) Triviæ longe lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fonteſque Velini:
Et trepidæ matres preſsêre ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, quà buccina ſignum

c
q
l
e
g
l
l
d
a
l
c
p
a
b
k
f
m
q
q
p
m
g

ORDO.

nec Deus ábſuit erránti dextræ, arundóque, acta multo ſónitu, venit perque úterum, perque ilia *ejus*. At quádrupes ſaúcius refúgit intra nota tecta, geménſque ſucceſſit ſtábulis: cruentúſque, atque ſimilis imploránti, replévit omne tectum queſtu. Sylvia ſoror prima, percúſſa *quoad* lacértos palmis, vocat auxílium, et conclámat duros agréſtes. *Hi* improviſi adſunt olli (enim áſpera peſtis *Alécto* latet tácitis ſylvis:) hic *agréſtis* armátus obúſto torre, hic nodis grávidi ſtipitis: ira facit telum, quod *eſt* repértum cuique rimánti. Tyrrheus vocat ágmina, ut fortè ſcindébat quercum quadrífidam coáctis cúneis, ſpirans immáne ſecúri raptâ. At ſæva Dea, nacta è ſpéculis tempus nocéndi, petit árdua tecta ſtábuli, et de ſummo cúlmine canit paſtorále ſignum; intendítque Tartáream vocem recúrvo cornu: quâ *voce* prótinus omne nemus contremuit, et profúndæ ſylvæ intonuére. Et lacus Tríviæ *remótus* longè audívit, amnis Nar, albus ſulfúreâ aquâ, audívit *eam*, fontéſque Velini: et trépidæ matres preſſére natos ad péctora. Tum verò ad vocem, quâ dira búccina dedit ſignum,

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.* (c) *Helleniſmus.* (d) *Antonomaſia.*

Dira

Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolæ: necnon et Troïa pubes
Aſcanio auxilium caſtris effundit apertis.
Direxêre acies: non jam certamine agreſti,
Stipitibus duris agitur, ſudíbuſve præuſtis;
Sed (a) ferro ancipiti decernunt, atraque late
Horreſcit ſtrictis (b) ſeges enſibus, æraque fulgent
Sole laceſſita, et lucem ſub nubila jactant.
Fluctus uti primo cœpit cum albeſcere vento,
Paulatim ſeſe tollit mare, et altius undas
Erigit, inde imo conſurgit ad æthera fundo.
Hic juvenis primam ante aciem ſtridente ſagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur: hæſit enim ſub gutture vulnus, et udæ
Vocis iter tenuemque incluſit ſanguine vitam.
Corpora multa virûm circa: ſeniorque Galeſus,
Dum paci medium ſe offert, juſtiſſimus unus
Qui fuit, Auſoniiſque olim ditiſſimus arvis.
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, et terram centum vertebat aratris.
Atque ea per campos æquo dum (a) Marte geruntur:
Promiſſi Dea facta potens, ubi ſanguine bellum

ORDO.

indómiti agrícolæ, céleres concúrrunt úndique telis raptis: necnon et Tróïa pubes effúndit auxílium apértis caſtris Aſcánio. Direxére ácies: non ágitur jam agréſti certámine duris ſtipítibus, præuſtíſve ſúdibus; ſed decérnunt ancipiti ferro, atráque ſeges *ex* ſtrictis énſibus horréſcit latè, æráque, *i. e. ærea arma* laceſſíta ſole fulgent, et jactant lucem ſub núbila. Utì cùm fluctus cœpit albéſcere primo vento, mare tollit ſeſe paulátim, et érigit undas áltiùs, inde conſúrgit *ex* imo fundo ad æthera. Hìc júvenis Almon, qui fúerat máximus natórum Tyrrhi, ſtérnitur ante primam áciem ſtridénte ſagíttâ: enim vulnus hæſit ſub gútture, et inclúſit iter udæ vocis, tenuémque vitam ſánguine. Multa córpora virórum *ſternúntur* circa *illum:* ſeniórque Galéſus *imprímis*, dum offert ſe médium paci, qui unus fuit juſtíſſimus, olímque ditíſſimus Auſóniis arvis. Quinque greges balántium *óvium*, *et* quina arménta redíbant illi, et vertébat terram centum arátris. Atque dum ea gerúntur æquo Marte per campos: Dea *Alécto* facta potens promíſſi, ubi ímbuit bellum ſánguine,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Imbuit,

Imbuit, et primæ commiſit funera pugnæ, *m*
Deſerit Heſperiam, et cœli convexa per auras, *l*
Junonem victrix affatur voce ſuperba: *a*
En perfecta tibi bello diſcordia (a) triſti; *f*
Dic in amicitiam coëant, et fœdera jungant. *k*
Quandoquidem Auſonio reſperſi ſanguine Teucros; *l*
Hoc etiam his addam, tua ſi mihi certa voluntas: *o*
Finitimas in bella feram rumoribus urbes, *p*
Accendamque animos (a) inſani (a) Martis amore, *f*
Undique ut auxilio veniant: ſpargam arma per agros. *k*
Tum contra Juno: Terrorum et fraudis (b) abunde eſt: *a*
Stant belli cauſæ: pugnatur cominus armis. *a*
Quæ fors prima dedit, ſanguis novus imbuit arma. *b*
Talia connubia et tales celebrent hymenæos *q*
Egregium Veneris genus et rex ipſe Latinus. *k*
Te ſuper æthereas errare licentius auras *q*
Haud pater ipſe velit ſummi regnator Olympi. *l*
Cede locis; ego, ſi qua (c) ſuper fortuna laborum eſt, *k*
Ipſa regam. Tales dederat (d) Saturnia voces: *p*
Illa autem attollit ſtridentes anguibus alas, *a*
Cocytique petit ſedem, ſupera ardua linquens. *b*
Eſt locus, Italiæ in medio ſub montibus altis, *k*

ORDO.

et commíſit fúnera primæ pugnæ, déſerit Heſpériam, et convéxa per auras cœli, victrix affátur Junónem ſupérbâ voce *ſic:* en diſcórdia *eſt* perfécta tibi triſti bello: dic *illis*, *ut* cóeant in amicítiam, et jungant fœdera *pacis*. Quandóquidem reſpérſi Teucros Auſónio ſánguine; addam hoc étiam his, ſi tua volúntas *eſt* certa mihi: ſeram finítimas urbes in bella rumóribus, accendámque ánimos amóre inſáni Martis, ut véniant úndique auxílio; ſpargam arma per agros. Tum contrà Juno *ait:* eſt abúnde terrórum et fraudis: cauſæ belli ſtant: pugnátur armis cóminus. Novus ſanguis ímbuit arma, quæ prima fors dedit. *Ænéas* egrégium genus Véneris, et rex Latínus ipſe célebrent tália connúbia, et tales hymenæos. Pater *Júpiter* ipſe, regnátor ſummi Olympi, haud velit te errâre licéntiùs ſuper æthéreas auras. Cede *his* locis; ſi qua fortúna labórum ſúpereſt, ego ipſa regam *eam*. Satúrnia déderat tales voces. Autem *illa Alécto* attóllit alas ſtridéntes ánguibus, petítque ſedem Cocyti, linquens ſúpera *et* árdua *loca*. Eſt locus, ſub altis móntibus in médio Itáliæ,

(a) *Metonymia.* (b) *Antimeria.* (c) *Tmeſis.* (d) *Antonomaſia.*

Nobilis,

Nobilis, et fama multis memoratus in oris, *n*
Amſancti valles: denſis hunc frondibus atrum *a*
Urget utrimque latus nemoris, medioque fragoſus *i*
Dat ſonitum ſaxis et torto vortice torrens. *m*
Hic ſpecus horrendum, et ſævi ſpiracula Ditis *m*
Monſtrantur: ruptoque ingens Acheronte vorago *b*
Peſtiferas aperit fauces: queis condita Erinnys, *l*
Inviſum numen, terras cœlumque levabat. *a*
Nec minus interea extremam (a) Saturnia bello *l*
Imponit regina manum. Ruit omnis in urbem *c*
Paſtorum ex acie numerus: cæſoſque reportant *e*
Almonem puerum, fœdatique ora Galeſi: *f*
Implorantque Deos, obteſtanturque Latinum. *f*
Turnus adeſt, medioque in crimine, cædis et ignis *q*
Terrorem ingeminat; Teucroſque in regna vocari, *f*
Stirpem admiſceri Phrygiam, ſe limine pelli. *g*
Tum, quorum attonitæ Baccho nemora avia matres *b*
Inſultant thiaſis (neque enim leve nomen Amatæ) *d*
Undique collecti coëunt, (b) Martemque (c) fatigant. *p*
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum, *m*
Contra fata Deûm, perverſo numine poſcunt. *f*
Certatim regis circumſtant tecta Latini. *a*

ORDO.

nóbilis, et memorátus famâ in multis oris, *nempe* valles Amſáncti: latus némoris, atrum denſis fróndibus, urget hunc *locum* utrímque, medióque *ejus* fragóſus torrens dat ſónitum ſaxis et torto vórtice. Hic ſpecus horréndum, et ſpirácula ſævi Ditis monſtrántur: ingénſque vorágo, Acherónte rupto, áperit peſtíferas fauces: queis Erínnys, inviſum numen, cóndita levábat terras cœlúmque. Nec minùs intérea Satúrnia regina impónit extrémum manum bello. Omnis número paſtórum ruit ex ácie in urbem: reportántque cæſos, *nempe* Almónem púerum, oráque fœdáti Galéſi: implorántque Deos, obteſtantúrque Latinum. Turnus adeſt, inque médio crímine ingéminat terrórem cædis et ignis; *queritúr*-que Teucros vocári in regna, Phrygiam ſtirpem admiſcéri *Latínis*, *et* le pelli límine. Tum *illi*, quorum matres, attónitæ Baccho, inſúltant thíaſis *per* ávia némora (neque enim nomen Amátæ *erat* leve *inter illas*) collécti úndique cóëunt, fatigántque Martem. Ilicet cuncti poſcunt, perverſo númine, infándum bellum, contra ómina, contra fata Deórum. Certátim circúmſtant tecta regis Latíni.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Ille,

Ille, velut pelagi rupes immota, reſiſtit: *l*
Ut pelagi rupes, magno veniente fragore, *n*
Quæ ſeſe, multis circumlatrantibus undis, *a*
Mole tenet: ſcopuli nequicquam et ſpumea circum *l*
Saxa fremunt, laterique illiſa refunditur alga. *q*
Verum ubi nulla datur cæcum exſuperare poteſtas *q*
Conſilium, et ſævæ nutu Junonis eunt res; *m*
Multa Deos, auraſque pater teſtatus inanes: *p*
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procellâ. *n*
Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas, *f*
O miſeri! te, Turne, nefas, te triſte manebit *p*
Supplicium; votiſque Deos venerabere ſeris. *a*
Nam mihi parta quies, omniſque in limine portus: *l*
Funere felici ſpolior. Nec plura locutus, *p*
(a) Sepſit ſe (b) tectis, rerumque reliquit (a) habenas. *f*
Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes *k*
Albanæ coluere ſacrum, nunc maxima rerum *e*
Roma colit, cum prima movent in prœlia Martem: *p*
Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum, *a*
Hyrcaniſve, Arabiſve parant; ſeu tendere ad Indos, *e*
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna. *h*
Sunt geminæ belli portæ, ſic nomine dicunt, *m*

ORDO.

Ille reſiſtit, velut immóta rupes pélagi: ut rupes pélagi, quæ, magno fragóre *procéllæ* veniénte, tenet ſeſe *ſuâ* mole, multis undis circumlatrántibus: nequícquam ſcópuli et ſpúmea ſaxa fremunt circum *eam*, algáque illíſa láteri refúnditur. Verùm ubi nulla potéſtas datur exſuperáre cæcum conſilium, et res eunt nutu ſævæ Junónis; pater *Latínus* teſtatus Deos, inanéſque auras multa, inquit, heu frángimur fatis, ferimúrque procéllâ. O míſeri! *vos* ipſi pendétis has pœnas ſacrílego ſánguine. Nefas *manébit* te, Turne, triſte ſupplícium manébit te; veneraberéque Deos ſeris votis. Nam quies *eſt* parta mihi, omníſque portus eſt in límine, *i. e. propè et in conſpéctu*. Spólior felíci fúnere. Nec locútus plura, ſepſit ſe tectis, reliquítque habénas rerum. Erat mos in Heſpério Látio, quem Albánæ urbes prótinus, *i. e. perpétuò* coluére ſacrum, nunc Roma máxima rerum colit, cùm movent Martem in prima prœlia: ſive parant inférre lacrymábile bellum manu Getis, Hyrcaníſve, Arabíſve; ſeu téndere ad Indos, ſequíque Auróram, repoſceréque Parthos ſigna. Sunt géminæ portæ belli, ſic dicunt *eas* nómine,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Relligione ſacræ et ſævi formidine (a) Martis: l
Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri a
Robora: nec cuſtos abſiſtit limine Janus. m
Has, ubi certa ſedet patribus ſententia pugnæ; k
Ipſe, Quirinali trabea cinctuque Gabino p
Inſignis, reſerat ſtridentia limina conſul; h
Ipſe vocat pugnas: ſequitur cum cætera pubes, p
Æreaque aſſenſu conſpirant cornua rauco. m
Hoc et tum Æneadis indicere bella Latinus h
More jubebatur, triſteſque recludere portas. n
Abſtinuit tactu pater, averſuſque refugit p
Fœda miniſteria, et cæcis ſe condidit umbris. l
Tum regina Deûm, cœlo delapſa, morantes f
Impulit ipſa manu portas, et cardine verſo l
Belli ferratos rupit (b) Saturnia poſtes. a
Ardet inexcita Auſonia atque immobilis ante. p
Pars, pedes ire parat campis; pars, arduus altis l
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt: k
Pars leves clypeos et ſpicula lucida tergunt h
Arvinâ pingui, ſubiguntque in cote ſecures: g
Signaque ferre juvat, ſonituſque audire tubarum. k
Quinque adeo magnæ poſitis incudibus urbes p

ORDO.

ſacræ relligióne et formídine ſævi Martis. Centum ærei vectes, ætérnáque róbora ferri claudunt *eas*: nec Janus cuſtos abſíſtit límine. Ubi certa ſenténtia pugnæ ſedet pátribus, *i. e. ſenatóribus*; conſul ipſe, inſígnis Quirináli trábeâ, Gabinóque cinctu, *áperit* has, *et* réſerat ſtridéntia límina: ipſe vocat pugnas: cùm cætera pubes ſéquitur *eum*, æreáque córnua conſpírant rauco aſſénſu. Et tum Latínus jubebátur indícere bella Ænéadis hoc more, recluderéque triſtes portas. Pater *Latínus* abſtínuit tactu, averſúſque refúgit fœda miniſtéria, et cóndidit ſe cæcis umbris. Tum Satúrnia regina Deórum, delápſa cœlo, ipſa ímpulit morántes portas manu, et, cárdine verſo, rupit ferrátos poſtes belli. Auſónia, inexcíta atque immóbilis antè, *nunc* ardet. Pars parat ire pedes campis; pars, árduus *invéctus* altis equis pulveruléntus furit: omnes requírunt arma: pars tergunt leves clypeos, et lúcida ſpícula pingui Arvinâ, ſubigúntque ſecúres in cote: juvátque *eos* ferre ſigna, audiréque ſónitus tubárum. Adeo quinque magnæ urbes, incúdibus pósitis,

(a) *Metonymia.* (b) *Antonomaſia.*

Tela

Tela novant; Atina potens, Tiburque ſuperbum, p
Ardea, Cruſtumerique, et turrigeræ Antemnæ. * l
Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque ſalignas k
Umbonum crates: alii thoracas ahenos, g
Aut leves ocreas lento ducunt argento. * f
Vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri p
Ceſſit amor: (a) recoquunt patrios fornacibus enſes: k
Claſſica jamque ſonant: it bello teſſera ſignum. l
Hic galeam (b) tectis trepidus rapit: ille frementes o
Ad juga cogit equos, clypeumque auroque trilicem k
Loricam induitur, fidoque accingitur enſe. f
Pandite nunc Helicona, Deæ, cantuſque movete: k
Qui bello exciti reges; quæ quemque ſecutæ a
Complerint campos acies; quibus Itala jam tum c
(a) Floruerit terra alma viris, quibus (a) arſerit armis. o
Et meminiſtis enim, Divæ, et memorare poteſtis: q
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. f
Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris m
Contemptor (c) Divûm Mezentius, agminaque armat. b
Filius huic juxta Lauſus: quo pulchrior alter m
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. m
Lauſus (c) equûm domitor, debellatorque ferarum, l

ORDO.

novant tela; *nempe* potens Atina, ſuperbúmque Tibur, Ardea, Cruſtumerique, et Antemnæ turrigeræ. Cavant tuta tégmina cápitum, flectúntque ſalignas crates umbónum: álii ducunt ahénos thorácas, aut leves ócreas lento argento. Honos vómeris et falcis *ceſſit* huc, omnis amor arátri ceſſit huc: récoquunt pátrios enſes fornácibus: jamque cláſſica ſonant: téſſera it ſignum bello. Hic trépidus rapit gáleam tectis: ille cogit freméntes equos ad juga, induitúrque clypeum, loricámque trilicem auro, accingitúrque fido enſe. Deæ *Muſæ*, nunc pándite Helicóna, movetéque cantus: qui reges *fúerint* excíti bello; quæ ácies, ſecútæ quemque, compléverint campos; quibus viris jam tum alma Itala terra floréuerit, *et* quibus armis árſerit. Enim, *vos* Divæ, et meminíſtis et potéſtis memoráre: vix ténuis aura famæ perlábitur ad nos. Aſper Mezéntius, contémptor Divórum, primus init bellum ab Tyrrhénis oris, armátque ágmina. *Adeſt* huic juxtà fílius Lauſus: quo non fuit alter púlchrior, córpore Laurentis Turni excépto. Lauſus dómitor equórum, debellatórque ferárum,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Syncope.*

Ducit Agyllina nequicquam ex urbe ſecutos *m*
Mille viros: dignus patriis qui lætior eſſet *p*
Imperiis, et cui pater haud Mezentius eſſet. *p*
Poſt hos inſignem palmâ per gramina currum *a*
Victoreſque oſtentat equos ſatus Hercule pulchro *r*
Pulcher Aventinus: clypeoque, inſigne paternum, *p*
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hydram. *g*
Collis Aventini ſylvâ quem Rhea ſacerdos *m*
Furtivum partu ſub luminis edidit auras, *b*
Mixta Deo mulier: poſtquam Laurentia victor *l*
Geryone exſtincto Tirynthius attigit arva, *n*
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas. *h*
Pila manu, ſævoſque gerunt in bella dolones, *p*
Et tereti pugnant (a) mucrone, veruque Sabello. *n*
Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis, *m*
Terribili impexum ſeta, cum dentibus albis, *m*
Indutus capiti: ſic regia tecta ſubibat. *b*
Horridus, Herculeoque humeros (b) innexus amictu. *k*
Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt, *n*
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem, *a*
Catilluſque, acerque Coras, Argiva juventus: *g*
Et primam ante aciem denſa inter tela feruntur. *f*

ORDO.

ducit mille viros, ſecútos *ipſum* nequícquam ex Agyllínâ urbe: dignus qui eſſet lætior pátriis impériis, et cui Mezéntius haud eſſet pater. Poſt hos pulcher Aventinus, ſatus pulchro Hércule, oſténtat currum inſígnem palmâ, victoréſque equos per grámina: clypeóque gerit patérnum inſígne, *nempe* centum angues, hydrámque cinctam ſerpéntibus. Quem Rhea ſacérdos, múlier mixta Deo, édidit furtívum partu ſub auras lúminis *in* ſylvâ Aventíni collis: poſtquam Tirynthius victor *Hércules* áttigit Lauréntia arva Geryone exſtincto, lavítque Iberas boves in Tyrrhéno flúmine. *Ejus mílites* gerunt pila ſævóſque dolónes manu in bella: et pugnant téreti mucróne, Sabellóque veru. Ipſe pedes torquens immáne tegmen leónis, impexum terribili ſetâ cum albis déntibus, *eſt* indútus *illud* cápiti: ſic ſubibat régia tecta hórridus, innexúſque *quoad* húmeros Hercúleo amíctu. Tum gémini fratres linquunt Tibúrtia mœnia, gentem dictam cognómine fratris Tibúrti, *nempe* Catilláſque, acérque Coras, Argíva juvéntus: et feruntur ante primam áciem inter denſa tela.

(a) *Synecdoche.* (b) *Helleniſmus.*

Ceu

Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto q
Deſcendunt Centauri, Omolen Othrynque nivalem g
Linquentes curſu rapido: dat euntibus ingens c
Sylva locum, et magno cedunt virgulta fragore. n
Nec Prænestinæ fundator defuit urbis; a
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem, d
Inventumque focis, omnis quem credidit ætas, f
Cæculus. Hunc Legio late comitatur agreſtis: q
Quique altum Præneste viri, quique arva Gabinæ g
Junonis, gelidumque Anienem, et roſcida rivis e
Hernica ſaxa colunt: quos, dives Anagnia, paſcis; q
Quos, Amaſene pater. Non illis omnibus arma, l
Nec clypei curruſve ſonant: pars maxima glandes p
Liventis plumbi ſpargit, pars ſpicula geſtat a
Bina manu, fulvoſque lupi de pelle galeros p
Tegmen habet capiti: (a) veſtigia nuda ſiniſtri q
Inſtituêre pedis, crudus tegit altera pero. q
At Meſſapus (b) equûm domitor, Neptunia proles, e
Quem neque fas igni cuiquam nec ſternere (a) ferro, m
Jampridem reſides populos deſuetaque bello d
Agmina in arma vocat ſubito, (a) ferrumque retractat. k
Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos, g

ORDO.

Ceu duo Centáuri nubígenæ, cùm deſcéndunt ab alto vértice montis, linquéntes Omolen, nivalémque Othryn rápido curſu: ingens ſylva dat locum *iis* eúntibus, et virgúlta cedunt magno fragóre. Nec Cæculus, fundátor Prænestínæ urbis défuit, quem regem omnis ætas crédidit *eſſe* génitum Vulcáno inter agréſtia pécora, inventúmque focis. Agréſtis Légio comitátur hunc laté: quique viri colunt altum Prænéſte, quique *colunt* arva Gabínæ Junónis, gelidúmque Aniénem, et Hérnica ſaxa róſcida rivis: quos *tu*, dives Anágnia, paſcis; quos *tu paſcis*, Amaſéne pater. Non *ſunt* ómnibus illis arma, nec clypei currúſve ſonant *iis*: máxima pars ſpargit glandes livéntis plumbi, pars geſtat bina ſpícula manu, habétque fulvos galéros de pelle lupi, tegmen cápiti: inſtitnére veſtígia ſiniſtri pedis nuda, crudus pero tegit áltera. At Meſſápus dómitor equórum, Neptúnia proles, quem *erat* fas cuiquam ſtérnere neque igni nec ferro, ſúbitò vocat pópulos jampridem réſides, agmináque deſuéta bello in arma, retractátque ferrum. Hi *regunt* Feſcenninas ácies, æquóſque Faliſcos,

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.*

Hi

Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva, *f*
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos. *p*
Ibant æquati numero, regemque canebant. *g*
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni *e*
Cum ſeſe è paſtu referunt, et longa canoros *g*
Dant per colla modos: ſonat amnis, et Aſia longe *d*
Pulſa palus. *i*
Nec quiſquam æratas acies ex agmine tanto *g*
Miſceri putet, aëriam ſed gurgite ab alto *e*
Urgeri volucrum raucarum ad littora nubem. *f*
Ecce, Sabinorum priſco de ſanguine, magnum *m*
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar: *m*
Claudia nunc à quo diffunditur et tribus et gens *n*
Per Latium, poſtquam in partem data Roma Sabinis. *n*
Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites: *e*
Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ: *d*
Qui Nomentum urbem, qui roſea rura Velini; *b*
Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum, *m*
Caſperiamque colunt, Foruloſque et flumen Himellæ; *k*
Qui Tiberim Fabarimque bibunt: quos frigida miſit *k*
Nurſia, et Hortinæ claſſes, populique Latini: *n*
Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen. *n*

ORDO.

hi habent arces Soráctis, Flaviniáque arva, et lacum Címini cum monte, Capenóſque lucos. Ibant æquáti número, canebántque regem. Ceu quondam nívei cycni inter liquida núbila, cùm réferunt ſeſe è paſtu et dant canóros ſonos per longa colla: amnis et palus *dicta* Aſia pulſa longè ſonat. Nec quiſquam putet cerátas ácies miſcéri ex tanto ágmine, ſed aëriam nubem raucárum vólucrum urgéri ab alto gúrgite ad líttora. Ecce Clauſus, de priſco ſánguine Sabinórum, agens magnum agmen, ipſéque inſtar magni ágminis: à quo et Claúdia tribus et gens diffúnditur per Látium, poſtquam Roma *eſt* data in partem Sabínis. Unà *cum eo* ingens Amitérna cohors, priſcíque Quirites: omnis manus Eréti, Mutuſcæque oliviferæ: qui *colunt* urbem Noméntum, qui *colunt* róſea rura Velíni: qui colunt horréntes rupes Tétricæ, montémque Sevérum, Caſperiámque, Forulóſque, et flumen Himéllæ: qui bibunt Tíberim Fabarimque: quos frígida Núrſia miſit, et Hortínæ claſſes, *i. e. terréſtris exércitus*, Latiníque pópuli: quoſque Allia, infáuſtum nomen, ſecans intérluit.

Quam

Quam multi Libyco volvuntur (a) marmore fluctus, *f*
Sævus ubi Orion hybernis conditur undis: *m*
Vel quam Sole novo denſæ torrentur ariſtæ, *f*
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flaventibus arvis. *g*
Scuta ſonant, pulſuque pedum tremit excita tellus. *o*
Hinc Agamemnonius Trojani nominis hoſtis *l*
(b) Curru jungit Haleſus equos, Turnoque feroces *e*
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho *l*
Maſſica qui raſtris: et quos de collibus altis *m*
Aurunci miſere patres: Sidicinaque juxta *c*
Æquora: quique Cales linquunt: amniſque vadoſi *l*
Accola Vulturni: pariterque Saticulus aſper, *o*
Oſcorumque manus. Teretes ſunt aclides illis *e*
Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello: *m*
Lævas cetra tegit: falcati cominus enſes. *f*
Nec tu carminibus noſtris indictus abibis, *f*
Oebale: quem generaſſe Telon Sebethide Nympha *k*
Fertur, (c) Teleboûm Capreas cum regna teneret *e*
Jam ſenior: patriis ſed non et filius arvis *l*
Contentus, late jam tum ditione premebat *b*
Sarraſtes populos, et quæ rigat æquora Sarnus; *b*
Quique Rufas, Batulumque tenent atque arva Celennæ; *k*

ORDO.

Quàm multi fluctus volvúntur Líbyco mármore, ubi ſævus Orion cónditur hybérnis undis: vel quàm denſæ ariſtæ torréntur novo ſole, aut campo Hermi aut flavéntibus arvis Lyciæ, *tam multi mílites denſántur*. Scuta ſonant, tellúſque éxcita tremit pulſu pedum. Hinc Agamemnónius Haléſus, hoſtis Trojáni nóminis, jungit equos cúrrui, rapítque mille feróces pópulos *in auxílium* Turno: *adſunt*, qui vertunt Máſſica *arva* felícia Baccho raſtris: et quos Aurúnci patres miſére de altis cóllibus: *qui*-que *ſunt* juxta Sidicína æquora: quique linquunt Cales: accoláque Vadófi amnis Vultúrni: paritérque aſper Saticulus, manúſque Oſcórum. Téretes áclides ſunt tela illis, ſed eſt mos aptáre hæc lento flagéllo: cetra tegit lævas *manus: ſunt* illis falcáti enſes *ad pugnándum* cóminus. Nec tu, Oébale, abíbis indíctus noſtris carmínibus: quem fertur Telon generavíſſe *è* nymphâ Sebéthide, cùm jam ſénior teneret Cápreas, regna Teleboárum: ſed et fílius, non conténtus pátriis arvis, jam tum latè premébat pópulos Sarráſtes ditióne, et æquora quæ Sarnus rigat. Quique tenent Rufas, Batulúmque, atque arva Celénnæ;

(a) *Metaphora.* (b) *Apocope.* (c) *Syncope.*

Et

Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ:
Teutonico ritu ſoliti torquere cateias,
Tegmina queis capitum raptus de ſubere cortex,
Æratæque micant peltæ, micat æreus enſis.
Et te montoſæ miſere in prœlia Nurſæ,
Ufens, inſignem famâ et felicibus armis:
Horrida præcipue cui gens, aſſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:
Armati terram exercent, ſemperque recentes
Convectare juvat prædas, et vivere rapto.
Quin et Marrubia venit de gente ſacerdos
Fronde ſuper galeam et felici comptus oliva,
Archippi regis miſſu, fortiſſimus Umbro:
Vipereo generi et graviter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat,
(a) Mulcebatque iras, et morſus arte levabat,
Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Evaluit: neque eum juvêre in vulnera cantus
Somniferi, et Marſis quæſitæ in montibus herbæ:
Te nemus Angitiæ, vitreâ te Fucinus undâ,
Te liquidi flevêre lacus.
Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,

ORDO.

et quos mœnia maliferæ, *i. e. fructiferæ* Abéllæ deſpéctant: ſóliti torquére catéias Teutónico ritu, queis tégmina cápitum *ſunt* cortex raptus de ſúbere, æratæque peltæ micant, *et* æreus enſis micat. Et montóſæ Nurſæ miſére te, Ufens, in prœlia, inſígnem famâ et felícibus armis: *te inquam*, cui præcípuè Æquícola *in* duris glebis, hórrida gens, aſſuetáque multo venátui némorum *parat*. *Hi* armáti exércent terram ſempérque juvat *eos* convectáre recéntes prædas, et vívere rapto. Quin et fortíſſimus Umbro venit miſſu regis Archíppi, ſacérdos de Marrúbiâ gente, comptus ſuper gáleam fronde et felíci olívâ, qui ſolébat ſpárgere ſomnos vipéreo géneri, et hydris gráviter ſpirántibus cantúque manúque, mulcebátque iras, et levábat morſus arte. Sed non eváluit medicári ictum Dardániæ cúſpidis: neque cantus ſomníferi, et herbæ quæſítæ in Marſis méntibus juvére eum in vúlnera: nemus Angitiæ *flevit* te, Fúcinus vítreâ undâ *flevit* te, liquidi lacus flevére te. Et Vírbius, proles Hippólyti pulchérrima bello ibat,

(a) *Metaphora.*

Virbius:

Virbius: inſignem quem mater Aricia miſit, *n*
Eductum Egeriæ lucis humentia circum *f*
Littora, pinguis ubi et placabilis ara Dianæ. *q*
Namque ferunt famâ Hippolytum, poſtquam arte novercæ *p*
Occiderit, patriaſque explerit ſanguine pœnas, *l*
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus *g*
Ætherea et ſuperas cœli veniſſe ſub auras, *l*
Pæoniis revocatum herbis, et amore Dianæ. *q*
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris *k*
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitæ, *b*
Ipſe repertorem medicinæ talis et artis *p*
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas. *k*
At (a) Trivia Hippolytum ſecretis alma recondit *l*
Sedibus, et Nymphæ Egeriæ nemorique relegat: *o*
Solus ubi in ſylvis Italis ignobilis ævum *p*
Exigeret, verſoque ubi nomine Virbius eſſet. *o*
Unde etiam (a) Triviæ templo luciſque ſacratis *l*
Cornipedes arcentur equi, quod littore currum *p*
Et juvenem monſtris pavidi effudere marinis. *p*
Filius ardentes haud ſecius æquore campi *n*
Exercebat equos, curruque in bella ruebat. *f*
Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus *a*

ORDO.

quem inſignem *virum* mater Aricia miſit, edúctum lucis Egériæ, circum humèntia littora, ubi pinguis et placábilis ara Diánæ *eſt*. Namque ferunt famâ, *patrem* Hippólytum, poſtquam occíderit arte novércæ, expleverítque pátrias pœnas ſánguine, diſtráctus equis turbátis, veníſſe rurſus ad æthérea ſídera, et ſub ſúperas auras cœli, revocátum *à morte* Pæóniis herbis et amóre Diánæ. Tum omnípotens pater, indignátus áliquem mortálem ſúrgere ab inférnis umbris ad lúmina vitæ, ipſe detrúſit *Æſculápium* Phœbígenam, repertórem talis medicínæ et artis ad Stygias undas fúlmine. At alma Trívia recóndit Hippólytum ſecrétis ſédibus, et relégat *eum* nymphæ Egériæ nemorique: ubi Solus, ignóbilis, exígeret ævum in Italis ſylvis, ubíque eſſet Virbius, verſo nómine. Unde étiam cornípedes equi arcéntur *è* templo luciſque ſacrátis Triviæ, quòd pávidi marínis monſtris effudére currum et júvenem littore. Fílius *ejus Virbii* haud ſécius exercébat ardéntes equos æquore campi, ruebátque curru in bella. Turnus ipſe præſtánti córpore vértitur inter primos,

(a) *Antonomaſia.*

Vertitur, arma tenens, et toto vertice ſupra eſt. *l*
Cui triplici crinitâ jubâ galea alta Chimæram *q*
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes: *m*
Tam magis illa fremens, et triſtibus effera flammis, *q*
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. *m*
At levem clypeum ſublatis cornibus Io *f*
Auro inſignibat, jam ſetis obſita, jam bos, *a*
(Argumentum ingens) et cuſtos virginis Argus, *a*
Cœlatâque amnem fundens pater Inachus urnâ. *b*
Inſequitur (a) nimbus peditum, clypeataque totis *o*
Agmina denſantur campis, Argivaque pubes, *m*
Auruncæque manus, Rutuli, veteresque Sicani, *d*
Et Sacranæ acies, et (b) picti ſcuta Labici: *f*
Qui ſaltus, Tiberine, tuos, ſacrumque Numici *e*
Littus arant, Rutuloſque exercent vomere colles, *l*
Circæumque jugum: queis Jupiter Anxurus arvis *h*
Præſidet, et viridi gaudens Feronia luco: *l*
Qua Saturæ jacet atra palus, geliduſque per imas *i*
Quærit iter valles atque in mare conditur Uſens. *n*
Hos ſuper advenit Volſca de gente Camilla, *m*
Agmen agens equitum et florentes ære catervas, *l*
Bellatrix: non illa colo calathiſve Minervæ *c*

O R D O.

tenens arma, et eſt ſupra *omnes* toto vértice. Cui alta gálea, crinita tríplici jubâ, ſúſtinet Chimæram, efflántem Ætnæos ignes fáucibus. Illa fremens tam magis, et éffera tríſtibus flammis, quàm pugnæ magis crudéſcunt effúſo ſánguine. At Io córnibus ſublátis inſignibat levem clypeum auro, *Io* jam óbſita ſetis, jam bos, (ingens arguméntum) et Argus cuſtos vírginis, patérque Inachus fundens amnem cœlátâ urnâ. Nimbus péditum ſéquitur *Turnum*, clypeatáque ágmina denſántur totis campis, Argiváque pubes, Auruncæque manus, Rútuli, veteréſque Sicáni, et Sacránæ ácies, et Lábici picti *quoad* ſcuta. Qui arant tuos ſaltus, Tiberíne, ſacrúmque littus Numíci, exercéntque Rútulos colles vómere, Circæúmque jugum: queis arvis Anxurus Júpiter præſidet, et Ferónia gaudens víridi luco: quà atra palus Sáturæ jacet, gelidúſque Uſens quærit iter per imas valles, atque cónditur in mare. Super hos Camílla, bellátrix, advénit de Volſcâ gente, agens agmen équitum et catérvas floréntes ære: illa non *eſt* aſſuéta *quoad* ſcemíneas manus colo calathíſve Minérvæ;

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Fœmineas

Fœmineas (a) aſſueta manus; ſed prœlia virgo p
Dura pati, (b) curſuque pedum prævertere ventos. p
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret p
Gramina: nec teneras curſu læſiſſet ariſtas: l
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti, l
Ferret iter; celeres nec tingeret æquore plantas. q
Illam omnis (c) tectis agriſque effuſa juventus a
Turbaque miratur matrum, et proſpectat euntem; m
Attonitis inhians animis, ut regius oſtro k
Velet honos leves humeros; ut fibula crinem p
Auro internectat; Lyciam ut gerat ipſa pharetram; c
Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum. a

ORDO.

ſed virgo *aſſuéta* pati dura prœlia, prævertereque ventos curſu pedum. Illa voláret per ſumma grámina ſégetis vel intáctæ: nec læſiſſet téneras ariſtas curſu: ferret iter vel per médium mare, ſuſpénſa tuménti fluctu; nec tíngeret céleres plantas æquore. Omnis juvéntus effúſa tectis, agríſque, turbáque matrum mirátur illam, et proſpéctat eúntem; ínhians attónitis ánimis, ut régius honos velet leves húmeros oſtro; ut fíbula internéctat crinem auro; ut ipſa gerat Lyciam pharétram, et paſtorálem myrtum cúſpide præfixâ.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Hyperbole.* (c) *Synecdoche.*

BIBLIOTHECA BODLEIANA

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER VIII.

UT belli ſignum Laurenti Turnus ab arce *a*
Extulit, et rauco ſtrepuerunt cornua cantu; *p*
Utque acres concuſſit equos, utque impulit arma; *g*
Extemplo turbati animi: ſimul omne tumultu *c*
Conjurat trepido Latium, ſævitque juventus *e*
Effera. Ductores primi, Meſſapus, et Uſens, *m*
Contemptorque (a) Deûm Mezentius, undique cogunt *b*
Auxilia, et latos vaſtant cultoribus agros. *m*
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem: *o*
Qui petat auxilium: et Latio conſiſtere Teucros, *k*
Advectum Æneam claſſi, victoſque Penates *a*
Inferre, et fatis regem ſe dicere poſci, *a*
Edoceat: multaſque viro ſe adjungere gentes *p*
Dardanio, et late Latio increbreſcere nomen. *p*

ORDO.

Ut Turnus éxtulit ſignum belli ab Laurénti arce, et córnua ſtrepuérunt rauco cantu; utque concúſſit acres equos, utque ímpulit arma; extémplo ánimi *fuérunt* turbáti: ſimul omne Látium conjúrat trépido tumúltu, efferáque juvéntus ſævit. Primi ductóres, Meſſápus, et Uſens, Mezentiúſque contémptor Deórum, cogunt auxília úndique, et vaſtant latos agros cultóribus. Et Vénulus míttitur ad urbem magni Diomédis, qui petat auxílium: et edóceat *eum*, Teucros conſíſtere Látio, Ænéam *eſſe* advéctum claſſi, inferréque victos penátes, et díſcere ſe poſci regem fatis: multáſque gentes adjúngere ſe Dardánio viro, et *ejus* nomen increbréſcere latè Látio.

(a) *Syncope.*

Quid

Quid ſtruat his cœptis; quem, ſi fortuna ſequatur, m
Eventum pugnæ cupiat; manifeſtius ipſe, c
Quam Turno regi aut regi apparere Latino. a
Talia per Latium: quæ Laomedontius heros q
Cuncta videns, (a) magno curarum fluctuat æſtu: m
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, p
In parteſque rapit varias, perque omnia verſat. d
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis q
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunæ, o
Omnia pervolitat late loca: jamque ſub auras q
Erigitur, ſummique feris laquearia tecti. o
Nox erat, et terras animalia feſſa per omnes o
Alituum pecudumque genus ſopor altus habebat. i
Cum pater in ripa gelidique ſub ætheris axe o
Æneas, triſti (b) turbatus pectora bello, a
Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem. p
Huic Deus ipſe loci, fluvio Tyberinus amœno, i
Populeas inter ſenior ſe attollere frondes p
Viſus. Eum tenuis glauco velabat amictu l
Carbaſus, et crines umbroſa tegebat arundo. n
Tum ſic affari, et curas his demere dictis: a
O ſate gente (c) Deûm, Trojanam ex hoſtibus urbem l

ORDO.

Quid ſtruat his cœptis; quem evéntum pugnæ cúpiat, ſi fortúna ſequatur *eum*; apparére manifeſtius ipſi, quàm regi Turno, aut regi Latino. Tália *fiunt* per Látium: cuncta quæ *Ænéas* Laomedóntius heros videns, flúctuat magno æſtu curárum: atque dívidit célerem ánimum nunc huc nunc illuc, rapítque *eum* in várias partes, verſátque per ómnia. Sicut ubi trémulum lumen aquæ ahénis labris, repercúſſum ſole, aut imágine radiántis lunæ, pervólitat ómnia loca latè: jamque erígitur ſub auras, ferítque Laqueária ſummi tecti. Erat nox, et altus ſopor habébat feſſa animália per omnes terras, *et* genus alituum, pecudúmque: cùm pater Ænéas, turbátus *quoad* péctora triſti bello, procúbuit in ripâ, ſubque axe gélidi ætheris, deditque ſeram quiétem per mémbra. Deus ipſe loci, ſénior Tiberínus, amœno flúvio, *eſt* viſus huic attóllere ſe inter popúleas frondes. Ténuis cárbaſus velábat eum glauco amíctu, et umbróſa arúndo tegébat crines. Tum *cœpit* affári *eum* ſic, et démere *ejus* curas his dictis: ô ſate gente Deórum, qui révehis Trojánam urbem nobis ex hóſtibus,

(a) *Allegoria.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Syncope.*

Qui

Qui revehis nobis, æternaque Pergama ſervas, *n*
Exſpectate ſolo Laurenti arviſque Latinis: *f*
Hic tibi certa domus; certi, ne abſiſte, penates: *l*
Neu belli terrere minis, tumor omnis et iræ *c*
Conceſſere (a) Deûm. *h*
Jamque tibi, ne vana putes hæc fingere ſomnum, *p*
Littoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus, *n*
Triginta capitum fœtus enixa, jacebit; *f*
Alba, ſolo recubans, albi circum ubera nati. *l*
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum *i*
Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis *b*
Aſcanius clari condet cognominis Albam. *m*
Haud incerta cano. Nunc, qua ratione, quod inſtat, *h*
Expedias victor, paucis, adverte, docebo. *m*
Arcades his oris, genus à Pallante profectum, *p*
Qui regem Evandrum comites, qui ſigna ſecuti, *g*
Delegere locum, et poſuere in montibus urbem, *e*
Pallantis proavi de nomine Pallanteum. * *h*
Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina: *f*
Hos caſtris adhibe ſocios, et fœdera junge. *e*
Ipſe ego te ripis et recto flumine ducam, *m*
Adverſum remis ſuperes ſubvectus ut amnem. *g*

O R D O.

ſervâſque ætérna Pérgama, exſpectáte Laurénti ſolo Latiníſque arvis: hìc *erit* certa domus tibi; *hìc erunt* certi penátes, ne abſíſte *cæptis*; neu terrére minis belli; omnis tumor et iræ Deórum conceſſére. Jamque, ne putes ſomnum fíngere hæc vana, ingens ſus invénta tibi ſub littóreis ilícibus, enixa trigínta fœtus cápitum, jacébit; *ipſa* alba, récubans ſolo, *et* albi nati circum úbera. Hìc erit locus urbis, ea certa réquies labórum: ex quo *témpore*, terdenis annis redeúntibus, Aſcánius condet Albam clari cognóminis. Haud cano incérta: nunc advérte, docébo *te* paucis *verbis* quâ ratióne, *tu* victor expédias quod inſtat. Arcades, genus profectum à Pallánte, qui cómites *ſunt ſecúti* regem Evándrum, qui *ſunt* ſecúti *ejus* ſigna, delegére locum his oris, et in móntibus poſuére urbem, Pallantéum de nómine Pallántis próavi *Evándri*. Hi ducunt bellum aſſíduè cum Latinâ gente: ádhibe hos ſócios caſtris, et junge fœdera. Ego ipſe ducam te *meis* ripis et recto flúmine, ut ſubvéctus ſúperes advérſum amnem remis.

(a) *Syncope.*

Surge,

Surge, age, nate Deâ: primiſque cadentibus aſtris q
Junoni fer rite preces, iramque minaſque g
Supplicibus ſupera votis: mihi victor honorem q
Perſolves. Ego ſum, pleno quem flumine cernis f
Stringentem ripas, et pinguia culta ſecantem, b
Cœruleus Tybris, cœlo gratiſſimus amnis. m
Hic mihi magna domus, celſis caput urbibus exit. q
Dixit, deinde lacu fluvius ſe condidit alto, e
Ima petens: nox Æneam ſomnuſque reliquit. m
Surgit, et ætherii ſpectans orientia Solis q
Lumina, rite cavis undam de flumine palmis l
Suſtulit, ac tales (a) effudit ad æthera voces: n
Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde eſt: b
Tuque ô Tybri tuo genitor cum flumine ſancto, e
Accipite Ænean, et tandem arcete periclis. m
(b) Quo te cunque lacus miſerantem incommoda noſtra e
Fonte tenent, quocunque ſolo pulcherrimus exis; p
Semper honore meo, ſemper celebrabere donis, q
Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum: k
Adſis ô tandem, et propiùs tua numina firmes. c
Sic memorat: geminaſque legit de claſſe biremes. k
Remigioque aptat: ſocios ſimul inſtruit armis. o

ORDO.

Age, ſurge, nate Deâ: primíſque aſtris cadéntibus, fer preces ritè Junóni, ſuperáque *ejus* iram minásque ſupplícibus votis: *et* victor perſólves honórem mihi. Ego ſum *ille*, quem cernis ſtringéntem ripas pleno flúmine, cœrúleus Tybris, amnis gratíſſimus cœlo. Hìc eſt mihi magna domus, *hìc* caput exit celſis úrbibus. Flúvius dixit, deínde condidit ſe alto lacu, petens ima: nox ſomnúſque reliquit Ænéam. Surgit, et ſpectans oriéntia lúmina æthérii ſolis, ſúſtulit undam ritè cavis palmis de flúmine, ac effúdit tales voces ad æthera: nymphæ, Laurentes nymphæ, unde eſt genus ámnibus: tuque ô Tybri génitor cum tuo ſancto flúmine, accípite Ænéan, et tandem arcéte *eum* periculis. Quocúnque fonte *tuus* lacus tenet te miſerántem noſtra incómmoda, quocúnque ſolo *tu* pulchérrimus *amnis* exis; celebrábere ſemper meo honóre, ſemper donis, córniger flúvius, regnátor Heſpéridum aquárum: ô tantùm adſis, et própiùs firmes tua númina: ſic *Ænéas* mémorat: legítque géminas birémes de claſſe, aptátque *eas* remígio: ſimul ínſtruit ſócios armis.

(a) *Metaphora.* (b) *Tmeſis.*

Ecce

Ecce autem ſubitum atque oculis mirabile monſtrum: *e*
Candida per ſylvam cum fœtu concolor albo *m*
Procubuit, viridique in littore conſpicitur ſus. *q*
Quam pius Æneas tibi enim, tibi, maxima Juno, *o*
Mactat, ſacra ferens, et cum grege ſiſtit ad arma. *b*
Tybris eâ fluvium, quam longa eſt, nocte tumentem *l*
(a) Leniit, et tacita refluens ita ſubſtitit unda; *i*
Mitis ut in morem ſtagni placidæque paludis *n*
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abeſſet. *l*
Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo. *p*
Labitur uncta vadis abies: mirantur et undæ, *k*
Miratur nemus inſuetum, fulgentia longe *f*
Scuta (a) virûm fluvio pictaſque innare carinas. *l*
Olli remigio noctemque diemque fatigant, *h*
Et longos ſuperant flexus, variiſque teguntur *h*
Arboribus, virideſque ſecant placido æquore ſylvas. *i*
Sol medium cœli conſcenderat igneus orbem, *n*
Cum muros, arcemque procul, et rara domorum *g*
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo *n*
Æquavit: tum res inopes Evandrus habebat. *g*
Ocius advertunt proras, urbique propinquant. *m*
Forte die ſolemnem illo rex Arcas honorem *m*

O R D O.

Autem ecce monſtrum ſúbitum atque mirábile *offert ſe* óculis: cándida ſus, cóncolor, cum albo ſœtu procúbuit per ſylvam, conſpicitúrque in víridi líttore. Quam enim pius Ænéas mactat tibi, tibi, máxima Juno, ferens ſacra, et ſiſtit ad aram cum grege. Tybris lenívit tumèntem flávium eâ nocte, quàm longa eſt et réfluens ita ſubſtitit tacitâ undâ; ut ſterneret æquor aquis in morem mitis ſtagni placidæque palúdis, ut luctámen abéſſet remo: ergo célerant incéptum iter ſecúndo rumóre Uncta ábies lábitur vadis: et undæ miránt ur, nemus inſuétum *bis ſpectáculis* mirátur, ſcuta virórum fulgéntia longè, pictáſque carínas innáre flúvio. Olli fatígant noctémque diémque remígio, et túperant longos flexus, te guntúrque váriis arbóribus, ſecántque vírides ſylvas plácido æquore. Igneus ſol conſcénderat médium orbem cœli, cùm vident muros, arcémque procùl, et rara tecta domórum, quæ nuuc Romána poténtia æquávit cœlo: tum Evándrus habébat ínopes res. Advértunt proras óciùs, propinquántque urbi. Fortè illo die rex Arcas ferébat ſolémnem honórem

(a) *Syncope.*

(a) Amphi-

(a) Amphitryoniadæ magno Diviſque ferebat, *l*
Ante urbem, in luco. Pallas huic filius unà, *a*
Unà omnes juvenum primi, pauperque ſenatus, *f*
Tura dabant: tepiduſque cruor fumabat ad aras. *k*
Ut celſas vidêre rates, atque inter opacum *g*
Allabi nemus, et tacitis incumbere remis: *e*
Terrentur viſu ſubito, cunctique relictis *g*
Conſurgunt menſis: audax quos rumpere Pallas *a*
Sacra vetat, raptoque (b) volat telo obvius ipſe, *p*
Et procul è tumulo: Juvenes, quæ cauſa ſubegit *k*
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit. *g*
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma? *l*
Tum pater Æneas puppi ſic fatur ab alta, *m*
Paciferæque manu ramum prætendit olivæ: *l*
Trojugenas ac tela vides inimica Latinis, *o*
Quos illi bello profugos egere ſuperbo. *g*
Evandrum petimus: ferte hæc, et dicite lectos *f*
Dardaniæ veniſſe duces, ſocia arma rogantes. *o*
Obſtupuit tanto perculſus nomine Pallas: *m*
Egredere ô quicumque es, ait, coramque parentem *p*
Alloquere, ac noſtris ſuccede penatibus hoſpes. *n*
Accepitque manu, dextramque amplexus inhæſit. *f*

ORDO.

magno Amphitryoníadæ Diviſque in luco ante urbem. Pallas fílius unà, omnes primi júvenum unà, paupérque ſenátus dabant tura huic: tépidus cruor fumábat ad aras. Ut vidére celſas rates, atque *viros* aliàbi inter opácum nemus, et incúmbere tácitis remis: terréntur túbito viſu, cunctíque conſúrgunt menſis relictis: quos audax Pallas vetat rúmpere ſacra, ipſéque, telo rapto, volat óbvius *iis*, et procùl è túmulo inquit: júvenes, quæ cauſa ſubégit tentáre ignótas vias? quo ténditis? qui *eſtis quoad* genus? unde *veníſtis* domo? ſertíſne pacem an arma? Tum Ænéas pater fatur ſic ab altâ puppi, prætendítque ramum paciferæ olívæ: vides Trojúgenas, ac tela inimica Latínis: quos *Trojúgenos* prófugos illi egére ſupérbo bello. Pétimus Evándrum: ferte hæc *illi*, et dicite lectos duces Dardániæ veníſſe rogántes ſócia arma. Pallas, percúlſus tanto nómine, obſtúpuit: ait, ô quicúmque es, egrédere, alloqueréque *meum* paréntem coràm, ac hoſpes ſuccéde noſtris penátibus. Accepítque *Ænéum* manu, amplexúſque *ejus* dextram, inhæſit.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.*

Progreſſi ſubeunt luco, fluviumque relinquunt. b
Tum regem Æneas dictis affatur amicis: a
Optime (a) Grajugenûm, cui me fortuna precari, l
Et vittâ comptos voluit prætendere ramos: g
Non equidem extimui, (a) Danaûm quod ductor et Arcas, k
Quodque à ſtirpe fores geminis conjunctus (b) Atridis; e
Sed mea me virtus, et ſancta oracula (a) Divûm, m
Cognatique patres, tua terris dicta fama, e
Conjunxere tibi, et fatis egere volentem. f
Dardanus, Iliacæ primus pater urbis et auctor, q
Electrâ, ut Graii perhibent, (b) Atlantide cretus, e
Advehitur Teucros: Electram maximus Atlas m
Edidit, æthereos humero qui ſuſtinet orbes. k
Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maïa e
Cyllenes gelido conceptum vertice ſudit. f
At Maiam, auditis ſi quicquam credimus, Atlas, m
Idem Atlas generat, cœli qui ſidera tollit. f
Sic genus amborum ſcindit ſe ſanguine ab uno. m
His fretus: non legatos, neque prima per artem b
Tentamenta tui pepigi: memet ipſe meumque d
Objeci caput, et ſupplex ad limina veni. f
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello m

ORDO.

Progréſſi ſúbeunt luco, relinqúuntque flúvium. Tum Ænéas affátur regem *Evándrum* amícis dictis: óptime Grajugenárum, cui fortúna vóluit me precári, et præténdere ramos comptos vittâ: équidem non extímui, quòd *fores* ductor Danaórum et Arcas, quòdque à ſtirpe fores conjúnctus géminis Atrídis; ſed mea virtus, et ſancta orácula Divórum, cognatique patres, *et* tua fama dídita terris, conjunxére me tibi, et fatis egére me *hoc* voléntem. Dárdanus, primus pater et auctor Iliacæ urbis, cretus Eléctrâ Atlántide, ut Gráii pérhibent, advéhitur Teucros: máximus Atlas, qui ſúſtinet æthéreos orbes húmero, édidit Eléctram. Mercúrius eſt pater vobis, quem concéptum cándida Máia fudit gélido vértice Cyllénes. At, ſi crédimus quicquam auditis, Atlas, idem Atlas, qui tollit ſídera cœli, génerat Maiam. Sic genus ambórum ſcindit ſe ab uno ſánguine. *Ego* fretus his, non pépigi legátos, neque prima tentaménta tui per artem: ipſe objéci memet meúmque caput, et ſupplex veni ad *tua* límina. Eadem Dáunia gens, quæ inſéquitur te crudéli bello, *inſequitur étiam nos:*

(a) *Syncope.* (b) *Antonomaſia.*

Inſequitur:

Inſequitur: nos ſi pellant, nihil abfore credunt, *n*
Quin omnem Heſperiam penitus ſua ſub juga mittant: *d*
Et mare quod ſupra, teneant, quodque alluit infra. *p*
Accipe, daque fidem: ſunt nobis fortia bello *l*
Pectora, ſunt animi, et rebus ſpectata juventus. *l*
Dixerat Æneas: ille os oculoſque loquentis *n*
Jamdudum et totum luſtrabat (a) lumine corpus. *a*
Tunc ſic pauca refert: ut te, fortiſſime (b) Teucrûm, *f*
Accipio agnoſcoque libens! ut verba parentis *p*
Et vocem Anchiſæ magni vultumque recordor! *a*
Nam memini Heſiones viſentem regna ſororis *l*
(c) Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem, *i*
Protinus Arcadiæ gelidos inviſere fines. *k*
Tum mihi prima genas veſtibat (d) flore juventa: *l*
Mirabarque duces Teucros, mirabar et ipſum *f*
(c) Laomedontiaden: ſed cunctis altior ibat *l*
Anchiſes. Mihi mens juvenili (d) ardebat amore *e*
Compellare virum, et dextræ conjungere dextram. *f*
Acceſſi, et cupidus Phenei ſub mœnia duxi. *e*
Ille mihi inſignem pharetram, Lyciaſque ſagittas *o*
Diſcedens, chlamydemque auro dedit intertextam, * *b*
Frænaque bina, meus quæ nunc habet (d) aurea Pallas. *q*

ORDO.

ſi pellant nos, credunt nihil ábfore, quin mittant omnem Heſpériam pénitus ſub juga; et téneant mare, quod álluit *eam* ſuprà, quodque *álluit eam* infrà. Accipe, daque fidem: ſunt nobis péctora fórtia bello, ſunt *nobis* ánimi, et juvéntus ſpectáta rebus *geſtis*. Ænéas dixerat: ille Evánder jamdúdum luſtrábat os, oculóſque *Ænéæ* loquéntis, et totum corpus *ſuo* lúmine, *i. e. óculis*. Tunc refert pauca *verba* ſic: ut *ego* libens accípio agnoſcóque te, fortíſſime Teucrórum! ut recórdor verba, et vocem vultúmque magni paréntis Anchiſæ! Nam mémini Laomedontíaden Príamum, viſéntem regna ſoróris Heſiones, *et* peténtem Salamína, prótinus invíſere gélidos fines Arcádiæ. Tum prima juvénta veſtiébat genas mihi flore: mirabárque Teucros duces, et mirábar Laomedontíaden ipſum: ſed Anchíſes ibat áltior cunctis. Mens ardébat mihi juveníli amóre compelláre virum, et conjúngere dextram dextræ. Accéſſi, et cúpidus duxi *eum* ſub mœnia Phénei. Ille diſcédens dedit mihi inſignem pharétram, Lyciáſque ſagittas, chlamydémque intertéxtam auro, bináque fræna, quæ meus *filius* Pallas nunc habet.

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Metaphora.*

Ergo et quam petitis, juncta eſt mihi fœdere dextra: *b*
Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet; *a*
Auxilio lætos dimittam, opibuſque juvabo. *n*
Interea ſacra hæc, quando huc veniſtis amici, *m*
Annua, quæ differre nefas, celebrate faventes *o*
Nobiſcum, et jam nunc ſociorum aſſueſcite menſis. *g*
Hæc ubi dicta: dapes jubet et ſublata reponi *k*
Pocula, gramineoque viros locat ipſe ſedili: *i*
Præcipuumque toro et villoſi pelle leonis *l*
Accipit Æneam, ſolioque invitat acerno. *p*
Tum lecti juvenes certatim araeque ſacerdos *f*
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque caniſtris *q*
Dona laboratæ (a) Cereris, (a) Bacchumque miniſtrant. *p*
Veſcitur Æneas, ſimul et Trojana juventus, *p*
Perpetui tergo bovis et luſtralibus extis. *p*
Poſtquam exempta fames, et amor compreſſus edendi, *e*
Rex Evandrus ait: non hæc ſolemnia nobis, *f*
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram: *f*
Vana ſuperſtitio veterumve ignara Deorum *k*
Impoſuit: ſævis, hoſpes Trojane, (b) peric'lis *m*
Servati facimus, meritoſque novamus honores. *d*
Jam primum ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem: *a*

ORDO.

Ergo et dextra, quam pétitis, eſt juncta mihi, *i. e. à me vobíſcum* fœdere: et cùm primùm cráſtina lux reddet ſe terris, dimíttam *vos* lætos auxílio, juvabóque ópibus. Intérea, quando *vos* veníitis huc amíci, favéntes nobíſcum celebráte hæc ánnua ſacra, quæ *eſt* nefas differre, et jam nunc aſſuéſcite menſis ſociórum. Ubi hæc *ſunt* dicta: jubet dapes, et pócula ſubláta repóni, ipſéque locat viros gramíneo ſedili: accipítque præcípuum, *i. e. príncipem* Ænéam toro, et pelle villóſi leónis, invitátque *eum* acérno ſólio. Tum lecti júvenes ſacerdóſque aræ certátim ferunt toſta víſcera taurórum, onerántque dona laborátæ Céreris caniſtris, miniſtrántque Bacchum, *i. e. vinum*. Ænéas, et ſimul Trojána juvéntus véſcitur tergo perpétui, *i. e. longi* bovis et luſtrálibus extis. Poſtquam fames *eſt* exémpta, et amor edéndi *eſt* compréſſus, rex Evándrus ait: non ſuperſtítio vana, ignaráque véterum Deórum, impóſuit hæc ſolémnia nobis, has dapes ex more, hanc aram tanti núminis: Trojáne hoſpes, *nos*, ſerváti é ſævis periculis, fácimus *hæc*, novamúſque méritos honóres. Jam primùm áſpice hanc rupem ſuſpénſam ſaxis:

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.*

Disjectæ

Disjectæ procul ut moles, desertaque montis
Stat domus, et scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit vasto submota recessu,
Semihominis Caci facies quam dira tenebat,
Solis inaccessam radiis: semperque recenti
Cæde tepebat humus: foribusque affixa superbis
(a) Ora (b) virûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.
Attulit et nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium adventumque Dei: nam maximus ultor,
Tergemini nece Geryonis spoliisque superbus,
(c) Alcides aderat: taurosque hac victor agebat
Ingentes: vallemque boves amnemque tenebant.
At furis Caci mens effera, (ne quid inausum
Aut intentatum scelerisve dolive fuisset)
Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros
Avertit, totidem forma superante juvencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Caudâ in speluncam tractos, versisque viarum
Indiciis raptos, saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.

ORDO.

ut moles *sunt* disjéctæ procùl, domúsque montis stat deserta, et scópuli traxére ingéntem ruínam. Hìc fuit spelúnca submóta vasto recéssu, quam, inaccéssam rádiis solis, dira fácies Caci semihóminis tenébat: sempérque humus tepébat recénti cæde: oráque virórum affixa supérbis fóribus pendébant pállida tristi tabo. Vulcánus erat pater huic monstro: *Cacus*, vomens atros ignes illíus *Vulcáni*, ferébat se magnâ mole. Aliquándo ætas áttulit et auxílium adventúmque Dei nobis optántibus: nam Alcides, *i. e. Hércules* áderat, máximus ultor, supérbus nece spoliísque tergémini Geryonis: victórque agébat ingéntes tauros hàc: bovésque tenébant vallem amnémque. At éffera mens furis Caci, (ne quid scelerísve dolíve fuísset inásum aut intentátum) avértit quáttuor tauros præstánti córpore à stábulis, *et* tótidem juvéncas superánte formâ. Atque occultábat hos opáco saxo, tractos in spelúncam caudâ, ne forent qua vestígia *ex* rectis pédibus, raptósque versis indiciis viárum. Nulla signa ferébant *heróa* quæréntem *eos* ad spelúncam.

(a) *Synecdoche.* (b) *Syncope.* (c) *Antonomasia.*

Interea

Interea cum jam ſtabulis ſaturata moveret *o*
(a) Amphitryoniades armenta, abitumque pararet: *q*
Diſceſſu mugire boves, atque omne querelis *g*
Impleri nemus, et colles clamore relinqui. *f*
Reddidit una boum vocem, vaſtoque ſub antro *l*
Mugiit, et Caci ſpem cuſtodita feſellit. *m*
Hic vero (a) Alcidæ furiis (b) exarſerat atro *g*
Felle dolor: rapit arma manu, nodiſque gravatum *k*
Robur, et aërii curſu petit ardua montis. *q*
Tum primum noſtri Cacum videre timentem, *a*
Turbatumque oculis. (c) Fugit ilicet ocior Euro, *d*
Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas. *d*
Ut ſeſe incluſit; ruptiſque immane catenis *a*
Dejecit ſaxum, ferro quod et arte paterna *b*
Pendebat; fultoſque (d) emuniit obice poſtes: *b*
Ecce furens animis aderat (a) Tirynthius, omnemque *k*
Acceſſum luſtrans, huc ora ferebat et illuc, *b*
Dentibus infrendens. Ter totum fervidus irâ *m*
Luſtrat Aventini montem; ter ſaxea tentat *m*
Limina nequicquam; ter feſſus valle reſedit. *m*
Stabat acuta ſilex, præciſis undique ſaxis, *l*
Speluncæ (b) dorſo inſurgens, altiſſima viſu, *a*
Dirarum nidis domus opportuna volucrum. *g*

ORDO.

Intérea cùm jam Amphitryoniádes movéret ſaturáta arménta ſtábulis, pararétque ábitum: boves *cæpérunt* mugire diſcéſſu, atque omne nemus impléri querélis, et colles relinqui clamóre. Una boum réddidit vocem, mugivítque ſub vaſto antro, et cuſtodíta feſéllit ſpem Caci. Hìc verò dolor *in* atro bile exárſerat Alcídæ fúriis: rapit arma manu, robúrque gravátum nodis, et petit árdua *juga* aérii montis curſu. Tum primùm noſtri vidére Cacum timéntem, turbatúmque óculis. Ilicet fugit ócior Euro, petítque ſpelúncam: timor áddidit alas pédibus. Ut inclúſit ſeſe; cateníſque ruptis dejécit immáne ſaxum, quod pendébat ferro et patérnâ arte; emunivítque poſtes fultos óbice: ecce Tirynthius *Hércules*, furens ánimis, áderat, luſtránſque omnem accéſſum, ferébat ora huc et illuc, infréndens déntibus. Férvidus irâ ter luſtrat totum montem Aventíni; ter nequícquam tentat ſáxea límina; ter feſſus reſédit valle. Acúta ſilex ſtabat, ſaxis præcíſis úndique, inſúrgens dorſo ſpelúncæ; altíſſima viſu, domus oppertúna nidis dirárum vólucrum.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.* (c) *Hyperbole.* (d) *Syncope.*

Hanc,

Hanc, ut prona jugo lævum incumbebat ad amnem, *f*
Dexter in adverſum nitens concuſſit, et imis *m*
Avulſam ſolvit radicibus: inde repente *b*
Impulit, impulſu quo maximus inſonat æther: *n*
Diſſultant ripæ, refluitque exterritus amnis. *g*
At ſpecus, et Caci detecta apparuit ingens *m*
Regia, et umbroſæ penitus patuere cavernæ. *o*
Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens *p*
Infernas reſeret ſedes, et regna recludat *ſ*
Pallida, Dîs inviſa; ſuperque immane barathrum *p*
Cernatur, trepidentque immiſſo lumine Manes. *ſ*
Ergo inſperata deprenſum in luce repente, *a*
Incluſumque cavo ſaxo, atque inſueta rudentem, *ſ*
Deſuper (a) Alcides telis premit, omniaque arma *n*
Advocat, et ramis vaſtiſque molaribus inſtat. *n*
Ille autem (neque enim fuga jam ſuper ulla (b) peric'li eſt) *d*
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu, *m*
Evomit: involvítque domum caligine cæca, *p*
Proſpectum eripiens oculis: glomeratque ſub antro *d*
Fumiferam noctem, commixtis igne tenebris. *m*
Non tulit (a) Alcides animis, ſeque ipſe per ignem *p*
Præcipiti jecit ſaltu, quà plurimus undam *m*

ORDO.

Hércules dexter, nitens in advérſum, concúſſit hanc *ſilicem*, ut prona incumbébat jugo ad lævum amnem, et ſolvit avúlſam imis radícibus: inde repéntè ímpulit *eam*, quo impúlſu máximus æther ínſonat: ripæ diſſúltant, amníſque extérritus réfluit. At ſpecus, et ingens régia Caci detécta appáruit, et umbróſæ cavérnæ pénitus patuére. Non ſecus ac ſi terra, pénitus dehíſcens quâ vi, réſeret infernas ſedes, et reclúdat pállida regna, inviſa Diis; immanéque baráthrum cernátur ſuper, Manéſque trepident lúmine immíſſo. Ergo Alcides premit *eum* telis déſuper, repénte deprénſum in inſperátâ luce, incluſúmque cavo ſaxo, atque rudéntem inſuéta, advocátque ómnia arma, et inſtat ramis *árborum* vaſtíſque moláribus. Autem ille *Cacus* (neque enim jam ulla fuga periculi ſúpereſt) évomit ingéntem fumum fáucibus, mirábile dictu: involvítque domum cæcâ calígine, erípiens proſpéctum óculis: glomerátque fumíferam noctem ſub antro, ténebris commixtis igne. Alcides *ardens* ánimis non tulit, ipſéque jecit ſe per ignem præcipiti ſaltu, quà plúrimus fumus agit undam,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Syncope.*

Fumus

Fumus agit, nebulâque ingens ſpecus æſtuat atrâ. q
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem b
Corripit, in nodum complexus: et angit inhærens n
Eliſos oculos, et ſiccum ſanguine guttur. f
Panditur extemplo foribus domus atra revulſis: o
Abſtractæque boves, abjuratæque rapinæ f
Cœlo oſtenduntur: pedibuſque informe cadaver g
Protrahitur: nequeunt expleri corda tuendo l
Terribiles oculos, vultum, villoſaque ſetis l
Pectora ſemiferi, atque extinctos faucibus ignes. l
Ex illo celebratus honos, lætique minores e
Servavere diem, primuſque Potitius auctor, b
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri, l
Hanc aram luco ſtatuit: quæ maxima ſemper g
Dicetur nobis, et erit quæ maxima ſemper. f
Quare agite, ô juvenes, tantarum in munere laudum, l
Cingite fronde comas, et pocula (a) porgite dextris: q
Communemque vocate Deum, et date vina volentes. d
Dixerat, Herculeâ bicolor cum populus umbrâ k
Velavitque comas, foliiſque innexa pependit: e
Et ſacer implevit dextram ſcyphus. Ocius omnes n
In menſam læti libant, Divoſque precantur. a

ORDO.

ingénſque ſpecus æſtuat atra nébu'â. Hic córripit Cacum, voméntem vana incéndia in ténebris, compléxus *eum* in nodum: et inhærens angit eliſos óculos, et guttur ſiccum ſánguine. Extémplò atra domus *Caci* pánditur fóribus revúlſis: abſtractæque boves, abjurátæque rapínæ oſtendúntur cœlo: informéque cadáver protráhitur pédibus: *eórum* corda néqueunt expléri tuéndo *ejus* terríbiles óculos, vultum, pectoráque ſemíferi *Caci* villóſa ſetis, atque ignes extínctos fáucibus. Ex illo *témpore* honos *Hérculis eſt* celebrátus, minoréſque læti ſervavére diem, primúſque auctor Potítius, et Pinária domus cuſtos Hercúlei ſacri, ſtátuit hanc aram luco: quæ *ara* ſemper dicétur máxima nobis, et quæ ſemper erit máxima. Quare ágite, ô júvenes, in múnere tantárum laudum, cíngite comas fronde, et porrígite pócula dextris: vocatéque *Hérculem* commúnem Deum, et voléntes date vina. Dixerat: cum pópulus bícolor velavítque comas Hercúleâ umbrâ, pependítque innéxa fóliis: et ſacer ſcyphus implévit dextram. Omnes læti óciùs libant *vinum* in menſam, precantúrque Divos.

(a) *Syncope.*

Devexo

Devexo interea propior fit veſper Olympo: e
Jamque ſacerdotes, primuſque Potitius, ibant n
Pellibus in morem cincti: flammaſque ferebant. m
Inſtaurant epulas, et menſæ grata ſecundæ f
Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras. k
Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum, m
Populeis adſunt (a) evincti tempora ramis. m
Hic juvenum chorus; ille ſenum: qui carmine laudes k
Herculeas et facta ferunt: ut prima novercæ p
Monſtra manu, geminoſque premens eliſerit angues: k
Ut bello egregias idem (b) disjecerit urbes, f
Trojamque, Oechaliamque: ut duros mille labores f
Rege ſub Euryſtheo, fatis Junonis iniquæ, m
Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimembres, p
Hylæumque, Pholumque manu; tu Creſſia (b) mactas e
Prodigia, et vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem. p
Te Stygii tremuere lacus: te janitor Orci, k
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento. l
Nec te ullæ facies, non terruit ipſe Typhoëus h
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem q
Lernæus turba capitum circumſtetit anguis. g
Salve, vera Jovis proles, decus addite Divis: b

ORDO.

Intérea veſper fit própior devéxo Olympo: jamque ſacerdótes, primúſque Potitius, ibant cincti péllibus in morem, ferebántque flammas. Inſtaúrant épulas, et ferunt grata dona ſecúndæ mentæ, cumulántque aras onerátis láncibus. Tum Sálii, evincti *circa* témpora popúleis ramis, adſunt ad cantus, circum incénſa altária. Hic *eſt* chorus júvenum; ille *eſt chorus* ſenum: qui ferunt Hercúleas laudes, et facta cármine; ut premens eliſerit prima monſtra novércæ *Junónis*, geminóſque angues manu. Ut idem disjécerit urbes Trojámque Oechaliámque egrégias bello: ut pertúlerit mille duros labóres ſub rege Euryſtheo, fatis iníquæ Junónis. Tu, invícte, *necas* bimémbres nubígenas Hylæúmque, Pholúmque manu; tu mactas Créſſia prodígia, et vaſtum leónem ſub rupe Nemeæ. Stygii lacus tremuére te: *Cérberus* jánitor Orci, récubans cruénto antro ſuper ſeméſa oſſa. Nec ullæ fácies *terruére* te; non árduus Typhoëus ipſe, tenens arma, térruit te: non Lyrnæus anguis, *cui erat* turba cápitum, circumſtétit te egéntem ratiónis. Salve *Hércules*, vera proles Jovis, áddite *novum* decus Divis:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metaphora.*

Et nos, et tua dexter adi pede ſacra ſecundo. *d*
Talia carminibus celebrant; ſuper omnia Caci *i*
Speluncam adjiciunt, ſpirantemque ignibus ipſum. *f*
Conſonat omne nemus ſtrepitu, colleſque reſultant. 305 *k*
Exin ſe cuncti divinis rebus ad urbem *a*
Perfectis referunt. Ibat rex obſitus ævo: *f*
Et comitem Æneam juxta natumque tenebat *m*
Ingrediens, varioque viam ſermone (a) levabat. *k*
Miratur, facileſque oculos fert omnia circum 310 *e*
Æneas, (a) capiturque locis, et ſingula lætus *e*
Exquiritque auditque (b) virûm monimenta priorum. *c*
Tum rex Evandrus, Romanæ conditor arcis: *a*
Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant, *l*
Genſque (b) virûm truncis et duro robore nata: 315 *m*
Queis neque mos, neque cultus erat: nec jungere tauros, *k*
Aut componere opes (b) nôrant, aut parcere parto; *f*
Sed rami, atque aſper victu venatus alebat. *a*
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo, *l*
Arma Jovis fugiens, et regnis exſul ademptis. 320 *l*
Is genus indocile ac diſperſum montibus altis *l*
Compoſuit, legeſque dedit: Latiumque vocari *o*
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris. *k*

ORDO.

tu dexter, *i. e. propítius* adi et nos, et tua ſacra ſecúndo pede. Célebrant tália *facta* carmínibus; ſuper ómnia adjíciunt ſpelúncam Caci, ipſúmque ſpirántem ignibus. Omne nemus cónſonat ſtrépitu, colléſque reſúltant. Exin, divinis rebus perféctis, cuncti réferunt ſe ad urbem. Rex *Evánder* ibat óbſitus ævo: et ingrédiens tenébat Ænéam cómitem natúmque juxtà, levabátque viam vário ſermóne. Æneas mirátur, ſertque fáciles óculos circum ómnia, capitúrque locis, et lætus exquirítque auditque ſíngula moniménta priórum virórum. Tum rex Evándrus, cónditor Románæ arcis: Fauni Nymphæque indígenæ, genſque virórum nata truncis et duro róbore tenébant hæc némora: queis erat neque mos neque cultus: nec nóverant júngere tauros, aut compónere opes, aut párcere parto; ſed rami, atque venátus aſper victu alébat *eos*. Satúrnus primus venit ab æthéreo Olympo, fúgiens arma Jovis, et exſul regnis adémptis. Is compóſuit genus indócile ac diſpérſum altis móntibus, dedítque leges *ei:* maluítque *regiónem* vocári Látium, quóniam latuíſſet tutus in his oris.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.*

Aurea,

Aurea, quæ perhibent, illo ſub rege fuerunt *l*
Sæcula; ſic placida populos in pace regebat. *k*
Deterior donec paulatim ac decolor ætas, *m*
Et belli rabies, et amor ſucceſſit habendi. *e*
Tum manus Auſonia, et gentes venere Sicanæ: *l*
Sæpius et nomen poſuit Saturnia tellus. *p*
Tum reges, aſperque immani corpore Tybris; *a*
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim *e*
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen. *n*
Me pulſum patriâ, pelagique extrema ſequentem, *e*
Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum *e*
His poſuere locis: matriſque egere tremenda *l*
Carmentis Nymphæ monita, et Deus auctor Apollo. *c*
Vix ea dicta; dehinc progreſſus, monſtrat et arma, *l*
Et Carmentalem Romano nomine portam: *a*
Quam memorant Nymphæ priſcum Carmentis honorem, *m*
Vatis fatidicæ; cecinit quæ prima futuros *e*
Æneadas magnos, et nobile Pallanteum. * *n*
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum *b*
Rettulit, et gelida monſtrat ſub rupe Lupercal, *l*
Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi. *m*
Necnon et ſacri monſtrat nemus Argileti: * *b*
Teſtaturque locum, et letum docet hoſpitis Argi. *l*

ORDO.

Aurea ſæcula, quæ pérhibent, fuérunt ſub illo rege; ſic regébat pópulos in plácidâ pace. Donec paulátim detérior et décolor ætas, et rábies belli, et amor habéndi ſuccéſſit. Tum Auſónia manus, et Sicánæ gentes venére: et Satúrnia tellus póſuit nomen ſæpiùs. Tum reges, aſpérque Tybris immáni córpore *venit*; à quo pòſt *nos* Itáli díximus flúvium Tybrim cognómine: *et* vetus Albula amíſit verum nomen. Omnípotens fortúna et ineluctábile fatum poſuére me his locis, pulſum pátriâ, ſequentémque extréma *perícula* pélagi: tremendáque mónita Carméntis nymphæ *meæ* matris, et Deus Apóllo auctor egére *me huc*. Vix ea *fuérunt* dicta; *Evánder*, progréſſus dehinc, monſtrat et aram, et Carmentálem portam Románo nómine: quam mémorant *fuíſſe* priſcum honórem Carméntis nymphæ fatídicæ vatis; quæ prima cécinit Ænéadas futúros magnos, et Pallantéum *fore* nóbile. Hinc *monſtrat* ingéntem lucum, quem acer Rómulus réttulit, *i. e. convértit in* aſylum, et monſtrat lupércal ſub gélidâ rupe, dictum de Parrháſio more Lycæi Panos. Necnon et monſtrat nemus ſacri Argiléti: teſtatúrque locum, et docet *eum* letum hóſpitis Argi.

Hinc ad Tarpeiam ſedem et Capitolia ducit, *b*
Aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis. *n*
Jam tum relligio pavidos terrebat agreſtes *e*
Dira loci: jam tum ſylvam ſaxumque tremebant. *m*
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem, *m*
(Quis Deus, incertum eſt) habitat Deus. Arcades ipſum *o*
Credunt ſe vidiſſe Jovem: cum ſæpe nigrantem, *g*
Ægida concuteret dextrâ, nimboſque cieret. *l*
Hæc duo præterea disjectis oppida muris, *l*
Relliquias veterumque vides monimenta virorum. *i*
Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem: *f*
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. *p*
Talibus inter ſe dictis ad (a) tecta ſubibant *m*
Pauperis Evandri: paſſimque armenta videbant *m*
Romanoque foro et lautis mugire Carinis. *f*
Ut ventum ad ſedes; hæc, inquit, limina victor *a*
(b) Alcides (a) ſubiit; hæc illum regia cepit. *f*
Aude, hoſpes, contemnere opes, et te quoque dignum *g*
Finge Deo, rebuſque veni non (c) aſper egenis. *p*
Dixit, et anguſti ſubter faſtigia (a) tecti *m*
Ingentem Æneam duxit: ſtratiſque locavit *a*
Effultum foliis et pelle Libyſtidis urſæ. *b*

ORDO.

Hinc ducit *eum* ad Tarpéiam ſedem et Capitólia, nunc áurea, olim horrida ſylvéſtribus dumis. Jam tum dira religio loci terrébat pávidos agreſtes: jam tum tremébant ſylvam ſaxúmque. Inquit, Deus (eſt incértum, quis deus) hábitat hoc nemus, *et* hunc collem frondóſo vértice. Arcades credunt ſe vidiſſe Jovem ipſum: cùm ſæpe concúteret nigrántem ægida dextrâ, cierétque nimbos. Prætérea vides hæc duo óppida disjéctis muris, relliquias, monimentáque véterum virórum. Pater Janus cóndidit hanc, Satúrnus *cóndidit* hanc urbem: Janículum fúerat nomen huic, Satúrnia *fúerat nomen* illi. Tálibus dictis inter ſe, ſubíbant ad tecta páuperis Evándri: videbántque arménta paſſim mugíre *in loco deínde dicto* Románo foro et lautis Carínis. Ut *eſt* ventum ad ſedes *Evándri*; inquit, Alcídes victor ſubívit hæc límina; hæc régia cepit illum. Hoſpes, aude contémnere opes, et finge te quoque dignum Deo, veníque non aſper, *i. e. offénſus noſtris* egénis rebus. Dixit, et duxit ingéntem Ænéam ſubter faſtígia angúſti tecti: locavítque *eum* ſtratis, effúltum fóliis et pelle Libyſtidis urſæ.

(a) *Synecdoche.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.*

Nox

Nox (a) ruit, et fuſcis tellurem amplectitur alis. *m*
At Venus haud animo nequicquam exterrita mater, *l*
Laurentumque minis et duro mota tumultu, *f*
Vulcanum alloquitur, thalamoque hæc conjugis (b) aureo *e*
Incipit, et dictis divinum (a) aſpirat amorem: *m*
Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges *f*
Debita, caſuraſque inimicis ignibus arces; *p*
Non ullum auxilium miſeris, non arma rogavi *e*
Artis opiſque tuæ: nec te, chariſſime conjux, *l*
Incaſſumve tuos volui exercere labores. *e*
Quamvis et Priami deberem plurima natis, *f*
Et (a) durum Æneæ fleviſſem ſæpe laborem. *a*
Nunc, Jovis imperiis, Rutulorum conſtitit oris: *k*
Ergo eadem ſupplex venio, et ſanctum mihi numen *p*
Arma rogo, genitrix nato. Te filia Nerei, *l*
Te potuit lacrymis Tithonia flectere conjux. *q*
Aſpice qui coëant populi, quæ mœnia clauſis *k*
(c) Ferrum acuant portis, in me excidiumque meorum. *n*
Dixerat, et niveis hinc atque hinc Diva lacertis *l*
Cunctantem amplexu molli fovet: ille repente *b*
Accepit ſolitam flammam, notuſque medullas *f*
Intravit calor, et labefacta per oſſa cucurrit: *d*

ORDO.

Nox ruit, et ampléctitur tellúrem fuſcis alis. At Venus mater, haud nequícquam extérrita ánimo, mota miníſque Lauréntum, et duro tumúlto, allóquitur Vulcánum, incipítque hæc *verba* áureo thálamo conjugis, et aſpírat divínum amórem dictis: dum Argólici reges vaſtábant bello Pérgama débita *ſibi*, arcéſque caſúras inimícis ignibus; non rogávi ullum auxilium míſeris, non *rogávi* arma tuæ artis opíſque: nec vólui exercére te, cariſſime conjux, tuóſve labóres incáſſum. Quamvis et debérem plúrima natis Príami, et ſæpe flevíſſem durum labórem Ænéæ. Nunc *ille* cónſtitit oris Rutulórum, impériis Jovis: ergo *ego* éadem vénio ſupplex, et rogo *tuum* numen, ſanctum mihi, arma; genitrix *pro* nato. *Thetis* fília Nérei *pótuit flécters* te, *Auróra* Tithónia conjux pótuit fléctere te lácrymis. Aſpice qui pópuli cóeant, quæ mœnia ácuant ferrum portis clauſis, in me excidiúmque meórum. Diva díxerat, et níveis lacértis hinc atque hinc fovet *Deum* cunctántem molli ampléxu: ille repéntè accépit ſólitam flammam, notúſque calor intrávit medúllas, et cucúrrit per labefácta oſſa:

(a) *Metaphora.* (b) *Synæreſis.* (c) *Metonymia.*

Non

Non ſecus atque olim tonitru cum rupta cõruſco p
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. l
Senſit læta dolis, et formæ conſcia conjux. f
Tum pater æterno fatur devinctus amore: m
Quid cauſas petis ex alto? fiducia ceſſit f
Quò tibi, Diva, mei? ſimilis ſi cura fuiſſet, k
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet. m
Nec pater omnipotens Trojam, nec fata vetabant l
Stare, decemque alios Priamum ſupereſſe per annos. i
Et nunc, ſi bellare paras, atque hæc tibi mens eſt: g
Quicquid in arte mea poſſum promittere curæ, l
Quod fieri (a) ferro, liquidove poteſt electro, * o
Quantum ignes animæque valent: abſiſte, precando, e
Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus, i
Optatos dedit amplexus: placidumque petivit b
Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem. p
Inde, ubi prima queis medio jam noctis abactæ k
Curriculo expulerat ſomnum: cum fœmina primum l
Cui tolerare colo vitam tenuique (a) Minervâ, q
Impoſitum cinerem et (b) ſopitos ſuſcitat ignes, l
Noctem addens operi, famulaſque ad lumina longo e
Exercet penſo; caſtum ut ſervare cubile a

O R D O.

non ſecus atque olim cùm ígnea rima, rupta corúſco tónitru, micans percúrrit nimbos lúmine. *Diva* conjux, læta dolis, et cónſcia *ſuæ* formæ ſenſit *id.* Tum pater *Vulcánus*, devínctus ætérno amóre, fatur: quìd petis cauſas ex alto? quò fidúcia mei ceſſit tibi, Diva? ſi fuíſſet *tibi* ſimilis aura, tum quoque fuiſſet fas nobis armáre Teucros. Nec omnípotens pater *Júpiter*, nec fata vetábant Trojam ſtare, Priamúmque ſuperéſſe per álios decem annos. Et nunc, ſi paras belláre, atque eſt tibi hæc mens: poſſum promittere *tibi*, quicquid curæ *eſt* in meâ arte, quod poteſt fieri ferro, liquidóve eléctro, quantum ignes ánimæque, *i. e. flatus venti* valent: abſíſte indubitáre tuis víribus, *i. e. auctoritáti mecum*, precándo. *Vulcánus*, locútus ea verba, dedit optátos ampléxus: infuſúſque grémio cónjugis petívit plácidum ſopórem per membra. Inde, ubi prima quies expúlerat ſomnum, médio currículo noctis jam abáctæ; cùm fœmina, cui *eſt* primum *officium* toleráre vitam colo tenuíque Minérvâ, ſúſcitat cínerem impóſitum et ignes ſopítos, addens noctem óperi, exercétque fámulas ad lúmina longo penſo; ut poſſit ſervare caſtum cubile cónjugis,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Conjugis,

Conjugis, et poſſit parvos educere natos. *m*
Haud ſecus ignipotens, nec tempore ſegnior illo, *q*
Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. *p*
Inſula Sicanium juxta latus Æoliamque *q*
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis: *q*
Quam ſubter ſpecus et Cyclopum exeſa caminis *f*
Antra Ætnea tonant, validique incudibus ictus *e*
Auditi referunt gemitum, ſtriduntque cavernis *e*
Stricturæ Chalybum, et fornacibus ignis (a) anhelat: *b*
Vulcani domus, et Vulcania nomine tellus. *b*
Huc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto. *f*
Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, *a*
Bronteſque Steropeſque, et (b) nudus membra Pyracmon. *f*
His informatum manibus jam parte polita *g*
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo *p*
Dejicit in terras, pars imperfecta manebat. *m*
Tres imbris torti radios, tres nubis aquoſæ *g*
Addiderant, rutili tres ignis et (a) alitis Auſtri. *q*
Fulgores nunc terrificos, ſonitumque, metumque *c*
Miſcebant operi, flammiſque ſequacibus iras. *b*
Parte alia Marti currumque rotaſque volucres *n*
Inſtabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes: *d*

ORDO.

et edúcere parvos natos. Haud ſecus *Vulcánus* ignípotens, nec ſégnior illo témpore ſurgit è móllibus ſtratis ad fabrília ópera. Inſula erígitur juxta Sicánium latus, Æoliámque Líparen, árdua fumántibus ſaxis: ſubter quam ſpecus, et Ætnéa antra, exéſa camínis Cyclópum, tonant, validíque ictus incúdibus auditi réferunt gémitum, ſtricturæque Chálybum ſtridunt cavérnis, et ignis anhélat fornácibus: *eſt* domus Vulcáni, et *dicta* Vulcánia tellus nómine. Tunc ignípotens deſcéndit huc ab alto cœlo. Cyclópes, Bronté.que, Steropéſque, et Pyrácmon nudus *quoad* membra, exercébant ferrum in vaſto antro. Erat his *in* mánibus fulmen informátum, *ex his*, quæ plúrima génitor *Deórum* déjicit toto cœlo in terras, parte jam politâ, pars manébat imperfécta. Addíderant *ei* tres rádios torti imbris, tres aquóſæ nubis, tres rútuli ignis, et álitis Auſtri. Nunc miſcébant óperi terríficos fulgóres, ſonitúmque metúmque, iráſque ſequácibus flammis. *Ex* áliâ parte inſtábant, *i. e. deproperábant* Marti currúmque volucréſque rotas, quibus ille *éxcitat* viros, quibus éxcitat urbes.

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Ægidaque

Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma, 435 *l*
Certatim ſquamis ſerpentum auroque polibant: *a*
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divæ *a*
Gorgona, deſecto vertentem (a) lumina collo. *m*
Tollite cuncta, inquit, cœptoſque auferte labores, *m*
Ætnei Cyclopes, et huc advertite mentem. 440 *g*
Arma acri facienda viro: nunc viribus uſus, *e*
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra: *l*
(b) Præcipitate moras. Nec plura effatus: at illi *l*
Ocius incubuere omnes, pariterque laborem *q*
Sortiti: fluit æs rivis, aurique metallum: 445 *f*
Vulnificuſque chalybs vaſtâ fornace liqueſcit. *l*
Ingentem clypeum informant, unum omnia contra *f*
Tela Latinorum: ſeptenoſque orbibus orbes *m*
Impediunt: alii ventoſis follibus auras *l*
Accipiunt redduntque: alii ſtridentia tingunt 450 *p*
Æra (a) lacu: gemit impoſitis incudibus antrum. *k*
Illi inter ſeſe multâ vi brachia tollunt *a*
In numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam. *p*
Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris, *k*
Evandrum ex humili (c) tecto lux ſuſcitat alma, 455 *f*
Et matutini volucrum ſub culmina cantus. *g*

O R D O.

Certatímque políbant horrificam ægida, arma turbátæ, *i. e. irátæ* Pálladis, ſquamis ſerpéntum auróque: anguéſque connéxos, Gorgonáque ipſam in péctore Divæ, verténtem lúmina collo deſécto. *Vulcánus* inquit, Ætnéi Cyclópes, tóllite cuncta, aufertéque cœptos labóres, et advértite mentem huc. Arma *ſunt* faciénda acri viro: nunc *eſt* uſus víribus, nunc rápidis mánibus, nunc omni magiſtrâ arte: præcipitáte moras. Nec *eſt* effátus plura: at omnes illi óciùs incubuére *óperi*, paritérque *ſunt* ſortíti labórem: æs, metallúmque auri fluit rivis: vulnificúſque chalybs liquéſcit vaſtâ fornáce. Infórmant ingéntem clypeum, unum *ſufficiéntem* contra ómnia tela Latinórum; impediúntque ſepténos orbes órbibus: álii accípiunt reddúntque auras ventóſis fóllibus: álii tingunt æra ſtridéntia lacu: antrum gemit incúdibus impóſitis. Illi tollunt bráchia inter ſe multâ vi in númerum, verſántque maſſam tenáci fórcipe. Dum Lémnius pater *Vulcánus* próperat hæc Æóliis oris, alma lux ſúſcitat, et matutíni cantus vólucrum ſub cúlmina *ſúſcitant* Evándrum ex húmili tecto.

(a) *Metonymia.* (b) *Oxymoron.* (c) *Synecdoche.*

Conſurgit

Conſurgit ſenior, tunicâque (a) inducitur artus, e
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis: f
Tum lateri atque humeris Tegeæum ſubligat enſem, k
Demiſſa ab læva pantheræ terga retorquens. a
Nec non et gemini cuſtodes limine ab alto f
Procedunt, greſſumque canes comitantur herilem. c
Hoſpitis Æneæ ſedem et ſecreta petebat, m
Sermonum memor et promiſſi muneris heros. f
Nec minus Æneas ſe matutinus agebat. m
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates. n
Congreſſi jungunt dextras, mediiſque reſidunt b
Ædibus, et licito tandem ſermone fruuntur: l
Rex prior hæc: m
Maxime Teucrorum ductor, quo ſoſpite nunquam m
Res equidem Trojæ victas aut regna fatebor; m
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto g
Exiguæ vires: hinc Tuſco claudimur amni; m
Hinc Rutulus premit, et murum circumſonat armis. l
Sed tibi ego ingentes populos opulentaque regnis o
Jungere caſtra paro, quam fors inopina ſalutem q
Oſtentat: fatis huc te poſcentibus affers. a
Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto p

ORDO.

Sénior *rex* conſúrgit, inducitúrque túnicâ *per* artus, et circúmdat Tyrrhéna víncula pedum plantis: tum ſúbligat Tegeæum enſem láteri atque húmeris, retórquens *in dextram* terga pantheræ demíſſa ab lævâ. Nec non et gémini canes cuſtódes procédunt ab alto límine, comitantúrque herílem greſſum. Heros petébat ſedem et ſecréta *penetrália* hóſpitis Ænéæ, memor ſermónum et promíſſi múneris. Nec minùs matutínus Ænéas agébat ſe *ad eum*. Pallas fílius *ibat comes* huic *Evándro*, *et* Achátes ibat comes olli *Ænéæ*. Congréſſi jungunt dextras, reſidúntque médiis ædibus, et tandem fruúntur lícito ſermóne: rex prior *dixit* hæc: máxime ductor Teucrórum, quo ſóſpite, équidem nunquam fatébor res Trojæ victas aut regna *evérſa*; *ſunt* nobis exíguæ vires ad auxílium belli pro tanto nómine: hinc cláudimur Tuſco amni; hinc Rútulus premit *nos*, et circúmſonat *noſtrum* murum armis. Sed ego paro júngere ingéntes pópulos tibi, caſtráque opulénta regnis, quam ſalútem inopina fors oſténtat: *tu* affers te huc fatis poſcéntibus. Haud procul hinc ſedes urbis Agyllínæ,

(a) *Helleniſmus.*

Urbis Agyllinæ ſedes: ubi Lydia quondam *n*
Gens, bello præclara, jugis inſedit Etruſcis. *g*
Hanc multos (a) florentem annos rex deinde ſuperbo *a*
Imperio et ſævis tenuit Mezentius armis. *p*
Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni *m*
Effera? Dî capiti ipſius generique reſervent. *q*
Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, *l*
Componens manibuſque manus atque oribus ora, *e*
Tormenti genus! et ſanie taboque fluentes *e*
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat. *f*
At feſſi tandem cives, (b) infanda furentem *a*
Armati circumſiſtunt, ipſumque, domumque: *a*
Obtruncant ſocios, ignem ad faſtigia jactant. *f*
Ille inter cædes, Rutulorum elapſus in agros *g*
Confugere, et Turni (c) defendier hoſpitis armis. *n*
Ergo omnis furiis ſurrexit (d) Etruria juſtis, *b*
Regem ad ſupplicium præſenti (d) Marte repoſcunt. *f*
His ego te, Ænea, ductorem millibus addam. *m*
Toto namque fremunt condenſæ littore (d) puppes, *f*
Signaque ferre jubent. Retinet longævus aruſpex, *k*
Fata canens: ô Mæoniæ delecta juventus, *p*
(a) Flos veterum virtuſque virûm: quos juſtus in hoſtem *p*

ORDO.

fundáta vetúſto ſaxo, cólitur: ubi quondam Lydia gens, præclára bello, inſédit Etrúſcis jugis. Deínde rex Mezéntius ténuit hanc, floréntem multos annos, ſupérbo império, et ſævis armis. Quìd mémorem infándas cædes? quìd *mémorem* éffera facta tyránni? Dii reſérvent *tália* cápiti ipſíus generíque. Quin étiam jungébat mórtua córpora vivis, compónens manus mánibus, atque ora óribus, genus torménti! et ſic necábat *hómines*, fluéntes ſánie tabóque in míſero compléxu, longâ morte. At tandem cives feſſi, armáti circumſíſtunt ipſúmque furéntem infánda, domúmque *ejus:* obtrúncant *ejus* ſócios, *et* jactant ignem ad faſtígia *régiæ*. Ille, elápſus inter cædes, *cæpit* confúgere in agros Rutulórum, et defendi armis Turni hóſpitis. Ergo omnis Etrúria ſurréxit juſtis fúriis, *et* repóſcunt regem ad ſupplícium præſénti Marte. Ænéa, ego addam te ductórem his míllibus. Namque puppes condénſæ fremunt toto líttore, jubéntque ferre ſigna. Longævus arúſpex, canens fata, rétinet *eos: ait*, ô delécta juvéntus Mæóniæ, flos virtúſque véterum virórum: quos juſtus dolor fert in hoſtem,

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.* (c) *Paragoge.* (d) *Metonymia.*

Fert

Fert dolor, et meritâ (a) accendit Mezentius irâ : *l*
Nulli fas Italo tantam ſubjungere gentem : *f*
Externos optate duces. Tum Etruſca reſedit *g*
Hoc acies campo monitis exterrita Divûm. *p*
Ipſe oratores ad me regnique coronam *a*
Cum ſceptro miſit, mandatque inſignia Tarchon : *a*
Succedam caſtris, Tyrrhenaque regna capeſſam. *b*
Sed mihi tarda gelu (b) ſæcliſque effœta ſenectus *l*
Invidet imperium, ſeræque ad fortia vires. *l*
Gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella *a*
Hinc partem patriæ traheret. Tu, cujus et annis *e*
Et generi fatum indulget, quem numina poſcunt, *m*
Ingredere, ô (b) Teucrûm atque (b) Italûm fortiſſime ductor. *p*
Hunc tibi præterea, ſpes et ſolatia noſtri, *l*
Pallanta adjungam. Sub te tolerare magiſtro *b*
Militiam et grave (c) Martis opus, tua cernere facta *i*
Aſſueſcat : primis et te miretur ab annis. *a*
Arcadas huic equites bis centum, robora (c) pubis *l*
Lecta, dabo ; totidemque ſuo tibi nomine Pallas. *i*
Vix ea fatus erat, defixique ora tenebant *l*
Æneas (d) Anchiſiades et fidus Achates, *g*

ORDO.

et *quos* Mezéntius accéndit méritâ irâ: *eſt* fas nulli Italo ſubjúngere tantam gentem : optáte extérnos duces. Tum Etrúſca ácies reſédit hoc campo, extérrita mónitis Divórum. Tarchon ipſe miſit oratores, coronámque regni cum ſceptro ad me, mandátque inſígnia *ferri : rogans, ut* ſuccédam caſtris, capeſſámque Tyrrhéna regna. Sed ſenéctus tarda gelu, effœtáque ſæculis invidet mihi impérium, ſeræque vires ad fórtia *facta invident*. Exhortárer gnatum, ni mixtus Sabéllâ matre tráheret partem pátriæ hinc. Tu, cujus et annis, et géneri fatum indúlget, quem númina poſcunt, ingrédere, ô fortíſſime ductor Teucrórum atque Italórum. Prætérea adjúngam hunc *meum fílium* Pallánta tibi, ſpes et ſolátia noſtri. Sub te magíſtro aſſuéſcat tolerâre militiam, et grave opus Martis, *et* cérnere tua facta : et mirétur te ab primis annis. Dabo bis centum Arcadas équites huic, lecta róbora pubis ; Palláſque *dabit* tótidem tibi ſuo nómine. Vix erat fatus ea, Æneáſque Anchiſíades et fidus Achátes,

(a) *Metaphora*, (b) *Syncope*. (c) *Metonymia*, (d) *Antonomaſia*.

Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant: *l*
Ni ſignum cœlo (a) Cytherea dediſſet aperto. *c*
Namque improviſo vibratus ab æthere fulgor *b*
Cum ſonitu venit: et ruere omnia viſa repente, *i*
Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clangor. *h*
Suſpiciunt: iterum atque iterum fragor intonat ingens: *i*
Arma inter nubem, cœli in regione ſerena, *b*
Per ſudum rutilare vident, et pulſa tonare. *e*
Obſtupuere animis alii: ſed Troïus heros *k*
Agnovit ſonitum, et Divæ promiſſa parentis. *f*
Tum memorat: ne vero, hoſpes, ne quære profecto *m*
Quem caſum portenta ferant: ego poſcor Olympo. *c*
Hoc ſignum cecinit miſſuram Diva creatrix, *f*
Sic bellum ingrueret; Vulcaniaque arma per auras *h*
Laturam auxilio. *b*
Heu quantæ miſeris cædes Laurentibus inſtant! *f*
Quas pœnas mihi, Turne, dabis! quam multa ſub undas *e*
Scuta (b) virûm, galeaſque, et fortia corpora volves, *q*
Tybri pater! poſcant acies, et fœdera rumpant. *p*
Hæc ubi dicta dedit, ſolio ſe tollit ab alto: *k*
Et primum Herculeis (c) ſopitas ignibus aras *f*
Excitat: heſternumque Larem, parvoſque Penates *p*

ORDO.

tenébant ora defixi *vultu*, putabántque multa dura cum ſuo triſti corde: ni Cythérea *Venus* dediſſet ſignum apérto cœlo. Namque improviſò fulgor, vibrátus ab æthere, venit cum ſónitu: et ómnia *ſunt* viſa rúere repénte, Tyrrhenúſque clangor tubæ *cæpit* mugire per æthera. Suſpiciunt: íterum atque íterum ingens fragor íntonat: vident arma inter nubem rutiláre per ſudum, in ſeréna regióne cœli, et pulſa tonáre. Alii obſtupuére ánimis: ſed Tróius heros agnóvit ſónitum, et promiſſa Divæ paréntis. Tum *Ænéas* mémorat: hoſpes, ne verò, ne quære profécto quem caſum porténta ferant: ego poſcor Olympo. Diva creatrix cécinit *ſe* miſſúram hoc ſignum *mihi*, ſi bellum ingrúeret; laturámque Vulcánia arma per auras auxílio *mihi*. Heu quantæ cædes inſtant míſeris laurentibus! quas pœnas dabis mihi, Turne! quam multa ſcuta virórum, galeáſque, et fórtia péctora *tu* volves ſub *tuas* undas, pater Tybri! *Latíni* poſcant ácies, et rumpant fœdera. Ubi dedit hæc dicta, tollit ſe ab alto ſólio: et primùm éxcitat ſopitas aras Hercúleis ígnibus: lætúſque adit heſternum Larem, parvóſque Penátes:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.*

Lætus

Lætus adit: mactat lectas de more bidentes: *m*
Evandrus pariter, pariter Trojana juventus. *e*
Posthinc ad naves graditur, socioſque reviſit: *c*
Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur, *f*
Præſtantes virtute legit; pars cætera pronâ *g*
Fertur aquâ, ſegniſque ſecundo defluit amni, *p*
Nuncia ventura Aſcanio rerumque patriſque. *p*
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva: *n*
Ducunt exſortem Æneæ, quem fulva leonis *a*
Pellis obit totum præfulgens unguibus (a) aureis. *m*
Fama volat parvam ſubito vulgata per urbem, *p*
Ocius ire equites Tyrrheni ad limina regis. *l*
Vota metu duplicant matres, propiuſque (b) periclo *q*
It timor, et major (c) Martis jam apparet imago. *m*
Tum pater Evandrus dextram complexus euntis *m*
Hæret, (d) inexpletùm lacrymans, ac talia fatur: *p*
O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos! *k*
Qualis eram, cum primam aciem Præneſte ſub ipſa *p*
Stravi, ſcutorumque incendi victor acervos: *a*
Et regem hâc Herilum dextrâ ſub tartara miſi: *f*
Naſcenti cui tres animas Feronia mater, *g*
Horrendum dictu, dederat: terna arma movenda; *g*

ORDO.

mactat lectas bidéntes de more: Evándrus páriter *cum illo*, Trojána juvéntus páriter: poſthinc gráditur ad naves, reviſítque ſócios: de número quorum, legit præſtántes virtúte, qui ſequántur ſeſe in bella; cætera pars fertur pronâ aquâ, ſegníſque défluit ſecúndo amni, ventúra núncia Aſcánio rerum patríſque. Equi dantur Teucris peténtibus Tyrrhéna arva: ducunt *unum* exſórtem Ænéæ, quem totum fulva pellis leónis, præfúlgens áureis únguibus, obit. Súbitò fama vulgáta volat per parvam urbem, équites ire óciùs ad límina Tyrrhéni regis. Matres dúplicant vota metu, timórque it própiùs perículo, et jam major imágo Martis appáret. Tum pater Evándrus, compléxus dextram *Ænéæ* eúntis, hæret *illi*, lácrymans inexplétùm, ac fatur tália: ô ſi Júpiter réferat prætéritos annos mihi! *et fáciat me talem*, qualis eram, cùm ſtravi primam áciem ſub *urbe* ipſâ Prænéſte, victórque incéndi acérvos ſcutórum: et hâc dextrâ miſi regem Hérilum ſub tártara: cui naſcénti mater Ferónia déderat tres ánimas, horréndum dictu! *cui* terna arma *erant* movénda;

(a) *Synæreſis.* (b) *Syncope.* (c) *Metonymia.* (d) *Antimeria.*

Ter

Ter leto ſternendus erat: cui tunc tamen omnes g
Abſtulit hæc animas dextra, et totidem exuit armis. q
Non ego nunc dulci amplexu divellerer uſquam, m
Nate, tuo: neque finitimus Mezentius unquam, k
Huic capiti inſultans, tot (a) ferro ſæva dediſſet 570 m
Funera, tam multis viduâſſet civibus urbem. p
At vos, ô ſuperi, et (b) Divûm tu maxime rector f
Jupiter, Arcadii quæſo miſereſcite regis, q
Et patrias audite preces. Si numina veſtra p
Incolumem Pallanta mihi, ſi fata reſervant; 575 p
Si viſurus eum vivo, et venturus in unum: f
Vitam oro: patiar quemvis durare laborem. ſ
Sin aliquem infandum caſum, Fortuna, minaris; m
Nunc ô, nunc liceat crudelem (c) abrumpere vitam: f
Dum curæ ambiguæ, dum ſpes incerta futuri; 580 ſ
Dum te, care puer, mea ſera et ſola voluptas, e
Complexu teneo: gravior ne nuncius aures e
(c) Vulneret. Hæc genitor digreſſu dicta ſupremo l
(c) Fundebat: famuli collapſum in (d) tecta ferebant. f
Jamque adeo exierat portis equitatus apertis: 585 q
Æneas inter primos et fidus Achates: a
Inde alii Trojæ proceres: ipſe agmine Pallas p

ORDO.

qui erat ter ſternéndus leto: cui tamen tunc hæc dextra ábſtulit omnes ánimas, et éxuit *illum* tótidem armis. Nunc ego non divéllerer uſquam tuo dulci ampléxu, nate: neque unquam finítimus Mezéntius, inſúltans huic *meo* cápiti, dediſſet tot ſæva fúnera ferro, *et* viduaviſſet urbem tam multis cívibus. At vos, ô ſúperi, et tu máxime rector Divórum Júpiter, quæſo, miſeréſcite Arcádii regis, et audíte pátrias preces. Si veſtra númina, ſi fata reſérvant Pallánta incólumem mihi; ſi vivo viſúrus eum, et ventúrus in unum *locum cum illo:* oro vitam: pátiar duráre quemvis labórem. Sin *tu*, Fortúna, mináris áliquem infándum caſum *mihi*; ô nunc, nunc líceat abrúmpere crudélem vitam: dum curæ *ſunt* ambíguæ, dum ſpes futúri *eſt* incérta; dum téneo te compléxu, care puer, mea ſera et ſola volúptas: ne grávior núncius vúlneret *meas* aures. Génitor *Evánder* fundébat hæc dicta ſuprémo digréſſu: fámuli ferébant *eum* collápſum in tecta. Adeóque jam equitátus exíverat portis apértis: Ænéas et fidus Achátes inter primos: inde álii próceres Trojæ: Pallas ipſe in médio ágmine,

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.* (d) *Synecdoche.*

In

In medio, chlamyde et pictis conſpectus in armis. *l*
Qualis ubi Oceani perfuſus Lucifer undâ, *l*
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes, *l*
Extulit os ſacrum cœlo, tenebraſque reſolvit. *n*
Stant pavidæ in muris matres, oculiſque ſequuntur *n*
Pulveream (a) nubem, et fulgentes ære catervas. *m*
Olli per dumos, quà proxima meta viarum, *b*
Armati tendunt: it clamor, et agmine facto *b*
Quadrupedante putrem ſonitu quatit (b) ungula campum. *i*
Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem, *b*
Relligione patrum late ſacer: undique colles *q*
Incluſere cavi, et nigrâ nemus (c) abiete cingunt. *b*
Sylvano fama eſt veteres ſacraſſe Pelaſgos, *g*
Arvorum pecoriſque Deo, lucumque diemque, *e*
Qui primi fines aliquando habuere Latinos. *c*
Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant *m*
Caſtra locis: celſoque omnis de colle videri *m*
Jam poterat legio, et latis tendebat in arvis. *l*
Huc pater Æneas et bello lecta juventus *m*
Succedunt, feſſique et equos et corpora curant. *g*
At Venus æthereos inter Dea candida nimbos *q*
Dona ferens aderat: natumque in valle reducta *l*

ORDO.

conſpéctus chlámyde et in pictis armis. Qualis ubi Lúcifer perfúſus undâ Océani, quem Venus díligit ante álios ignes aſtrorum, éxtulit ſacrum os cœlo, reſolvítque ténebras. Matres ſtant pávidæ in muris, ſequuntúrque pulvéream nubem óculis, et catérvas fulgéntes ære. Olli armáti tendunt per dumos, quà meta viárum *eſt* próxima: clamor it, et, ágmine facto, úngula *equórum* quatit putrem campum quadrupedánte ſónitu. Eſt ingens lucus, prope gélidum amnem Cæritis; ſacer latè relligióne patrum: cavi colles incluſére úndique, et cingunt nemus nigrâ abiete. Eſt fama, véteres Peláſgos, qui primi aliquándo habuére Latinos fines, ſacraviſſe lucúmque diémque Sylváno, Deo arvórum pecoríſque. Haud procùl hinc Tarcho et Tyrrhéni tenébant caſtra tuta locis: jamque omnis légio póterat vidéri de colle, et tendébat in latis arvis. Pater Ænéas et juvéntus lecta bello ſuccédunt huc, feſſíque curant et equos et córpora. At Venus, cándida Dea, áderat, ferens dona inter æthéreos nimbos:

(a) *Metaphora.* (b) *Enallage.* (c) *Synæreſis.*

Ut

Ut procul è gelido ſecretum flumine vidit; *l*
Talibus affata eſt dictis, ſeque obtulit ultro: *m*
En perfecta mei promiſsâ conjugis arte *f*
Munera: ne mox, aut Laurentes, nate, ſuperbos, *m*
Aut acrem dubites in prœlia poſcere Turnum. *h*
Dixit, et amplexus nati (a) Cytherea petivit: *n*
Arma ſub adversâ poſuit radiantia quercu. *o*
Ille Deæ donis et tanto lætus honore, *m*
Expleri nequit, atque oculos per ſingula volvit: *e*
Miraturque, interque manus et brachia verſat *l*
Terribilem criſtis galeam flammaſque (b) vomentem, *p*
Fatiferumque enſem, loricam ex ære rigentem, *m*
Sanguineam, ingentem: qualis cum cœrula nubes *m*
Solis inardeſcit radiis, longeque refulget. *p*
Tum leves ocreas electro auroque recocto, *f*
Haſtamque, et clypei non enarrabile textum. *f*
Illic res Italas, Romanorumque triumphos, *f*
Haud vatum ignarus venturique inſcius ævi, *a*
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ *q*
Stirpis ab Aſcanio, pugnataque in ordine bella. *q*
Fecerat et viridi fœtam Mavortis in antro *l*
Procubuiſſe lupam: geminos huic ubera circum *k*

ORDO.

utque vidit natum ſecrétum procùl è gélido flúmine in redúcta valle; eſt affáta *eum* tálibus dictis, obtulítque ſe ultrò: en múnera perfécta promiſſâ arte mei cónjugis *Vulcáni*: nate, ne mox dúbites póſcere aut ſupérbos Laurentes, aut acrem Turnum in prœlia. Cytheréa dixit, et petívit ampléxus nati: *et* póſuit radiántia arma ſub advérsâ quercu. Ille, lætus donis Deæ, et tanto honóre, nequit expléri, atque volvit óculos per ſíngula: miratúrque, intérque manus et bráchia verſat gáleam terríbilem criſtis vomentémque flammas, fatiferúmque enſem, et loricam ex ære rigéntem, ſanguíneam, ingéntem: qualis cùm cœrula nubes inardéſcit rádiis ſolis, refulgétque longè. Tum leves ócreas eléctro auróque recócto, haſtámque, et non enarrábile textum clypei. *Vulcánus* ignípotens, haud ignárus vatum, *i. e. vaticiniórum*, inſciúſque fati ventúri, fécerat illic Italas res, triumphóſque Romanórum: *expréſſerat* illic omne genus ſtirpis futúræ ab Aſcánio, belláque pugnáta in órdine. Et fécerat *illic* fœtam lupam procubuíſſe in víridi antro Mavórtis:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.*

Ludere

Ludere pendentes pueros, et lambere matrem *p*
Impavidos: illam tereti cervice reflexam *p*
Mulcere alternos, et corpora fingere linguâ. *b*
Nec procul hinc Romam, et raptas ſine more Sabinas *n*
Conſeſſu caveæ, magnis Circenſibus actis, *f*
Addiderat: ſubitoque novum conſurgere bellum *k*
(a) Romulidis, Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris. *i*
Poſt îdem inter ſe poſito certamine reges *g*
Armati, Jovis ante aras, pateraſque tenentes *h*
Stabant: et cæsâ jungebant fœdera porcâ. *a*
Haud procul inde citæ Metium in diverſa quadrigæ *k*
Diſtulerant, (at tu dictis, Albane, maneres) *m*
Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus *f*
Per ſylvam, et ſparſi (b) rorabant ſanguine vepres. *a*
Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat *f*
Accipere, ingentique urbem obſidione premebat. *n*
(a) Æneadæ in (c) ferrum pro libertate ruebant. *m*
Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti *c*
Aſpiceres: pontem auderet quod vellere Cocles, *m*
Et fluvium (d) vinclis innaret Clœlia ruptis. *m*
In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis *a*
Stabat pro templo, et Capitolia celſa tenebat: *c*

ORDO.

géminos púeros lúdere huic pendéntes circum úbera, et impávidos lámbere matrem: illam refléxam téreti cervíce mulcére *eos* altérnos, et fíngere *eórum* córpora linguâ. Nec procul hinc addíderat Romam et Sabinas *vírgines* raptas ſine more conſéſſu caveæ, magnis Circénſibus *ludis* actis: ſubitóque novum bellum conſúrgere Romúlidis, ſenique Tátio, ſeveríſque Cúribus. Pòſt iídem reges, certámine inter ſe póſito, armáti ſtabant ante aras Jovis, tenentéſque páteras: et, porcâ cæsâ, jungébant fœdera. Haud procul inde citæ quadrígæ diſtúlerant Métium in divérſa (at, Albáne, tu manéres dictis) Tullúſque raptábat víſcera mendácis viri per ſylvam, et vepres ſparſi ſánguine rorábant. Nec non Porſénna jubébat *Romános* accípere Tarquínium ejéctum, premebátque urbem ingénti obſidióne. *Æneadæ, i. e. Románi* ruébant in ferrum pro libertáte. Aſpíceres illum ſímilem indignánti, ſimilémque minánti: quòd Cocles audéret véllere pontem, et *quòd* Clœlia innáret flúvium vínculis ruptis. In ſummo *clypeo* Mánlius, cuſtos Tarpéiæ arcis, ſtabat pro témplo, et tenébat celſa Capitólia:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.* (d) *Syncope.*

Romuleoque recens horrebat regia culmo. *i*
Atque hic auratis volitans argenteus anſer *g*
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat: *n*
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant, *g*
Defenſi tenebris et dono noctis opacæ. *f*
Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis: *l*
Virgatis lucent ſagulis, tum (a) lactea colla *g*
Auro innectuntur: duo quiſque Alpina coruſcant *g*
Gæſa manu, ſcutis (b) protecti corpora longis. *m*
Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos, *g*
Lanigeroſque apices, et lapſa ancilia cœlo *l*
Extuderat: caſtæ ducebant ſacra per urbem *m*
Pilentis matres in mollibus. Hinc procul addit *b*
Tartareas etiam ſedes, alta oſtia Ditis: *l*
Et ſcelerum pœnas: et te, Catilina, minaci *n*
Pendentem ſcopulo, furiarumque ora trementem: *e*
Secretoſque pios, his dantem jura Catonem. *f*
Hæc inter tumidi late maris ibat imago *b*
Aurea, ſed fluctu ſpumabant cœrula cano: *m*
Et circum argento clari delphines in orbem *a*
Æquora verrebant caudis, æſtumque ſecabant. *m*
In medio claſſes æratas, Actia bella, *m*

ORDO.

regiáque *adhuc* recens horrébat Romúleo culmo. Atque hìc argénteus anſer vólitans aurátis porticibus, canébat Gallos adéſſe in límine: Galli áderant per dumos, tenebántque arcem, defénſi ténebris et dono opácæ noctis. *Erat* ollis áurea cæſáries, atque áurea veſtis: lucent virgátis ſágulis: tum láctea colla innectúntur auro: *illi* corúſcant, quiſque duo Alpína Gæſa manu, protécti *per* córpora longis ſcutis. Hìc extúderat exſultántes Sálios, nudóſque Lupércos, Lanigeróſque ápices, et ancília lapſa cœlo. Caſtæ matres *vectæ* in móllibus piléntis ducébant ſacra per urbem. Procul hinc addit étiam Tartáreas ſedes, alta óſtia Ditis: et pœnas ſcélerum: et te, Catilína, pendéntem mináci ſcópulo, trementémque ora furiárum: pióſque ſecrétos *ab ímpiis*, et Catónem dantem jura his. Inter hæc áurea imágo maris latè túmidi ibat, ſed cœrula *æquora* ſpumábant cano fluctu: et delphínes, clari argénto, verrébant æquora circum in orbem caudis, ſecabántque æſtum. In médio *mari* erat cérnere ærátas claſſes, Actia bella:

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Cernere

Cernere erat: totumque inſtructo (a) Marte videres *m*
(b) Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. *m*
Hinc Auguſtus agens Italos in prœlia Cæſar, *e*
Cum patribus, populoque, Penatibus et magnis Dîs, *i*
Stans celſa in puppi: geminas cui tempora flammas *g*
Læta (b) vomunt, patriumque aperitur vertice ſidus. *k*
Parte alia, ventis et Dîs Agrippa ſecundis, *m*
Arduus, agmen agens: cui, belli inſigne (a) ſuperbum, *l*
Tempora navali fulgent roſtrata coronâ. *m*
Hinc ope barbaricâ variiſque Antonius armis *k*
Victor, ab Auroræ populis et littore rubro *p*
Ægyptum, vireſque Orientis, et ultima ſecum *c*
Bactra vehit: ſequiturque, nefas! Ægyptia conjux. *k*
Unà omnes ruere, ac totum ſpumare reductis *f*
Convulſum remis roſtriſque tridentibus æquor. *b*
Alta petunt: pelago credas innare revulſas *l*
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos: *n*
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant. *m*
Stupea flamma manu, teliſque volatile ferrum *q*
Spargitur: arva novâ Neptunia cæde rubeſcunt. *q*
Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro: *d*
Necdum etiam geminos à tergo reſpicit angues. *l*

ORDO.

videréſque totum Leucáten ſérvere inſtrúcto Marte, fluctúſque effúlgere auro. Hinc Cæſar Augúſtus agens Italos in prœlia, cum pátribus populóque, Penátibus et magnis Diis, ſtans in celsâ puppi: cui læta témpora vomunt flammas, patriúmque ſidus aperitur vértice. Aliâ parte *erat* Agrippa, ventis et Diis ſecúndis, árduus, agens agmen: cui témpora fulgent roſtráta naváli coronâ, ſupérbum inſigne belli. Hinc Antónius, victor barbáricâ ope variíſque armis, vehit Ægyptum, viréſque Oriéntis, et última Bactra ſecum, ab pópulis Auróræ, et rubro littore; nefáſque! Ægyptia conjux ſéquitur *eum*. Omnes *vidéntur* rúere unà, ac totum æquor ſpumáre convúlſum redúctis remis tridentibúſque roſtris. Petunt alta: credas Cycladas revúlſas innáre pélago, aut altos montes concúrrere móntibus: viri inſtant turrítis púppibus tantâ mole. Stúpea flamma ſpárgitur manu, ferrúmque volátile telis: Neptúnia arva rubéſcunt novâ cæde. In médiis *pártibus clypei* regina *Cleopátra* vocat ágmina pátrio ſiſtro: necdum étiam réſpicit géminos angues à tergo.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

(a) Omnigenûmque (a) Deûm monſtra, et latrator Anubis, *l*
Contra Neptunum et Venerem, contraque Minervam *g*
Tela tenent: ſævit medio in certamine Mavors *p*
Cælatus ferro, triſteſque ex æthere Diræ, *a*
Et ſciſsâ gaudens vadit (b) Diſcordia pallâ, *a*
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello: *e*
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo *m*
Deſuper: omnis eo terrore Ægyptus, et Indi, *l*
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi. *m*
Ipſa videbatur ventis regina vocatis *m*
Vela dare, et laxos jam jamque immittere funes. *m*
Illam inter cædes, pallentem morte futurâ, *a*
Fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri: *q*
Contra autem magno mœrentem corpore Nilum, *a*
Pandentemque ſinus, et tota veſte vocantem *f*
Cœruleum in gremium latebroſaque flumina victos. *i*
At Cæſar, triplici invectus Romana triumpho *f*
Mœnia, Dîs Italis votum immortale ſacrabat, *l*
Maxima ter centum totam delubra per urbem. *m*
Lætitiâ ludiſque viæ plauſuque fremebant: *p*
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ: *n*
Ante aras terram cæſi ſtravere juvenci. *a*

ORDO.

Monſtráque omnigenórum Deórum, et Anúbis latrátor tenent tela contra Neptúnum, et Vénerem, contráque Minérvam: Mavors, cælátus ferro, ſævit in médio certámine, triſtéſque Diræ ex æthere, et Diſcórdia vadit gaudens ſciſsâ pallâ, quam Bellóna ſéquitur cum ſanguíneo flagéllo. Actius Apóllo, cernens hæc déſuper, intendébat arcum: eo terróre omnis Ægyptus, et Indi, omnis Arabs, omnes Sabæi vertébant terga. Regína ipſa videbátur dare vela ventis vocátis, et jam jamque immíttere laxos funes *návium*. Ignípotens *Vulcánus* fécerat illam inter cædes, palléntem morte futúrâ, ferri undis et lápyge. Autem *è* contra *cæláverat* Nilum magno córpore, mœréntem, pandentémque *ſuos* ſinus, et totâ veſte *expaſsâ*, vocántem victos in cœrúleum grémium, latebroſáque flúmina. At Cæſar, invéctus Romána mœnia tríplici triúmpho, ſacrábat immortále votum Italis Diis, *ſcílicet* ter centum delúbra per totam urbem. Viæ fremébant lætítiâ, ludíſque, plauſúque. In ómnibus templis *erat* chorus matrum, *in* ómnibus *erant* aræ. Ante aras cæſi juvénci ſtravére terram.

(a) *Syncope.* (b) *Proſopopœia.*

Ipſe

Ipſe ſedens niveo candentis limine Phœbi, *l*
Dona recognoſcit populorum, aptatque ſuperbis *p*
Poſtibus: incedunt victæ longo ordine gentes, *m*
Quàm variæ linguis, habitu tam veſtis et armis. *p*
Hic Nomadum genus, et diſcinctos Mulciber Afros, *l*
Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos *o*
Finxerat. Euphrates ibat jam (a) mollior undis, *m*
Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis, *h*
Indomitique Dahæ, et pontem indignatus Araxes. *l*
Talia, per clypeum Vulcani, dona parentis *d*
Miratur: rerumque ignarus imagine gaudet, *b*
Attollens humero famamque et fata nepotum. *f*

ORDO.

Auguſtus ipſe, ſedens níveo límine candéntis *templi* Phœbi, recognóſcit dona populórum, aptátque *ea* ſupérbis póſtibus: victæ gentes incédunt longo órdine, quàm váriæ linguis, tam *váriæ* hábitu veſtis et armis. Hìc Múlciber *finxerat* genus Nómadum, et diſcínctos Afros, hìc finxerat Lélegas, Caráſque, ſagittiferóſque Gelónos. Euphrátes ibat jam móllior undis, Moriníque extrémi hóminum, bicorníſque Rhenus, Dahæque *ánteà* indómiti, et Aráxes indignátus pontem. *Ænéas* mirátur tália dona paréntis *Véneris* per clypeum Vulcáni: gaudétque imágine rerum *adhuc* ignárus *eárum*, attóllens famámque et fata nepótum húmero.

(a) *Metaphora.*

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER IX.

ATQUE ea diverſa penitus dum parte geruntur, *p*
Irim de cœlo miſit Saturnia Juno *a*
Audacem ad Turnum. Luco tum forte parentis *a*
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat. *a*
Ad quem ſic roſeo (a) Thaumantias ore locuta eſt: *b*
Turne, quod optanti (b) Divûm promittere nemo *m*
Auderet, (c) volvenda dies en attulit ultro. *g*
Æneas, urbe, et ſociis, et claſſe relicta, *g*
Sceptra Palatini ſedemque petivit Evandri. *n*
Nec ſatis: extremas Coriti penetravit ad urbes: *o*
Lydorumque manum, collectos armat agreſtes. *f*
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poſcere currus. *p*
(c) Rumpe moras omnes, et turbata arripe caſtra. *m*

ORDO.

Atque dum ea gerúntur pénitus divérsâ parte, Satúrnia Juno miſit Irim de cœlo ad audácem Turnum. Tum fortè Turnus ſedébat luco paréntis, *i. e. abavi* Pilúmni *in* ſacrátâ vallè. Ad quem *Iris* Thaumántias eſt locúta ſic róſeo ore: Turne, en dies volvénda áttulit ultro, quod nemo Divórum audéret promittere *tibi* optánti. Ænéas, urbe, et ſóciis, et claſſe relictâ, petívit ſceptra, *i. e. regnum*, ſedémque Palatíni Evándri. Nec *eſt hoc* ſatis: penetrávit ad extrémas urbes Córiti: armat manum Lydórum, agreſtéſque colléctos. Quìd dúbitas? nunc *eſt* tempus *poſcere* equos, nunc póſcere currus. Rumpe omnes moras, et árripe turbáta caſtra.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.*

Dixit,

Dixit, et in cœlum paribus ſe ſuſtulit alis, p
Ingentemque fugâ ſecuit ſub nubibus arcum. e
Agnovit juvenis, dupliceſque ad ſidera (a) palmas e
Suſtulit, ac tali fugientem eſt voce ſecutus: p
Iri, decus cœli, quis te mihi nubibus actam n
Detulit in terras? unde hæc tam clara repente m
Tempeſtas? medium video diſcedere cœlum, e
Palanteſque polo ſtellas: ſequar omina tanta, h
Quiſquis in arma vocas. Et ſic effatus, ad undam l
Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas, a
Multa Deos orans: (b) oneravitque æthera votis. p
Jamque omnis campis exercitus ibat apertis, b
Dives (c) equûm, dives pictaï veſtis, et auri. m
Meſſapus primas acies, poſtrema coërcent g
(d) Tyrrheidæ juvenes: medio dux agmine Turnus k
Vertitur arma tenens, et toto vertice ſupra eſt. l
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus a
Per tacitum Ganges: aut (b) pingui flumine Nilus m
Cum refluit campis, et jam ſe condidit (e) alveo. m
Hic ſubitam nigro glomerari pulvere nubem p
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras (b) inſurgere campis. p
Primus ab adverſa conclamat mole Caïcus: m

ORDO.

Iris dixit, et ſúſtulit ſe in cœlum páribus alis, fugâque ſécuit ingéntem arcum ſub núbibus. Júvenis *Turnus* agnóvit *eam*, ſuſtulítque dúplices palmas ad ſídera, ac eſt ſecútus *eam* fugiéntem tali voce. Iri, decus cœli, quis détulit te actam núbibus mihi in terras? unde *eſt* hæc tempéſtas, *i. e. fácies cæli* tam clara repénte? vídeo médium cœlum diſcédere, ſtelláſque palántes polo: ſequar tanta ómina, quiſquis *Deórum* vocas *me* in arma. Et effátus ſic, procéſſit ad undam, hauſítque lymphas de ſummo gúrgite, orans Deos mul.a: oneravítque æthera votis. Jamque omnis exércitus ibat apértis campis, dives equórum, dives pictáï veſtis, et auri. Meſſápus *coércet* primas ácies, *et* júvenes Tyrrhéidæ coërcent poſtréma *ágmina:* dux Turnus vértitur médio ágmine, tenens arma, et eſt ſupra *omnes* toto vértice. Ceu altus Ganges ſurgens per tácitum ſeptem ſedátis ámnibus; aut *ceu* Nilus pingui flúmine, cum réfluit campis, et jam cóndidit ſe álveo. Hìc Teucri proſpíciunt ſúbitam nubem glomerári *ex* nigro púlvere, ac ténebras inſúrgere campis. Caïcus primus conclámat ab advérſâ mole:

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.* (c) *Syncope.* (d) *Antonomaſia.* (e) *Synæreſis.*

Quis

Quis globus, ô cives, caligine volvitur atra? *n*
Ferte citi (a) ferrum, date tela, et ſcandite muros. *n*
Hoſtis adeſt, eja. Ingenti clamore per omnes *m*
Condunt ſe Teucri portas, et mœnia complent. *a*
Namque ita diſcedens præceperat optimus armis *r*
Æneas: ſi qua interea fortuna fuiſſet; *g*
Ne ſtruere auderent aciem, neu credere campo: *p*
Caſtra modo et tutos ſervarent aggere muros. *m*
Ergo, etſi conferre manum pudor iraque monſtrat; *c*
Objiciunt portas tamen, et præcepta faceſſunt, *p*
Armatique cavis exſpectant turribus hoſtem. *f*
Turnus, ut (b) antevolans tardum præceſſerat agmen, *l*
Viginti lectis equitum comitatus: et urbi *c*
Improviſus adeſt: maculis quem Thracius albis *e*
Portat equus, criſtâque tegit galea aurea rubrâ. *o*
Ecquis erit mecum, ô juvenes, qui primus in hoſtem? *p*
En, ait: et jaculum intorquens emittit in auras, *l*
Principium pugnæ: et campo ſeſe arduus infert. *m*
Clamore excipiunt ſocii, fremituque ſequuntur *d*
Horriſono. (c) Teucrûm mirantur inertia corda: *n*
Non æquo dare ſe campo, non obvia ferre *f*
Arma viros: ſed caſtra (b) fovere. Huc turbidus atque huc *p*

ORDO.

ait: ô cives, quis globus vólvitur atrâ calígine? *vos* citi ferte ferrum, date tela, et ſcándite muros. Hoſtis adeſt, eia. Omnes Teucri condunt ſe ingénti clamóre per omnes portas, et complent mœnia. Namque *Æneas*, óptimus armis, diſcédens præcéperat ita; ſi intérea, *dum áberat*, fuíſſet qua fortúna; ne audérent ſtrúere áciem, neu crédere *ſe* campo: *ut* modò ſervárent caſtra et muros tutos ággere. Ergo, etſi pudor iráque monſtrat *iis* conférre manum; tamen objiciunt portas, et facéſſunt *ejus* præcépta, armatíque exſpéctant hoſtem cavis túrribus. Turnus, ut antévolans præcéſſerat tardum agmen, *eſt* comitátus vigínti lectis équitum: et improvíſus adeſt urbi: quem Thrácius equus albis máculis portat, aureáque gálea rubrâ criſtâ tegit: ô júvenes, ecquis *veſtrum* erit, qui primus *írruet* in hoſtem mecum? En, ait: et intórquens jáculum, immittit *illud* in auras, *quaſi* princípium pugnæ: et árduus infert ſeſe campo. Sócii excípiunt *eum* clamóre, ſequuntúrque horríſono frémitu. Mirántur inértia corda Teucrórum: viros non dare ſe æquo campo, non ferre arma óbvia: ſed fovére caſtra. *Turnus* túrbidus luſtrat muros huc atque huc equo,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Syncope.*

Luſtrat

Luſtrat equo muros, aditumque per avia quærit. *o*
Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili, *o*
Cum fremit ad caulas, ventos perpeſſus et imbres, *m*
Nocte ſuper media: tuti ſub matribus agni *l*
Balatum exercent: ille aſper et improbus irâ *b*
Sævit in abſentes: collecta fatigat edendi *n*
Ex longo rabies, et ſiccæ ſanguine fauces. *f*
Haud aliter Rutulo muros et caſtra tuenti *l*
(a) Igneſcunt iræ, et duris dolor oſſibus (a) ardet: *b*
Qua tentet ratione aditus; et qua via clauſos *e*
Excutiat Teucros vallo, atque (a) effundat in æquor. *m*
Claſſem, quæ lateri caſtrorum adjuncta latebat, *f*
Aggeribus (a) ſeptam circum et fluvialibus undis, *n*
Invadit: ſocioſque incendia poſcit ovantes: *b*
Atque manum pinu flagranti ſervidus implet. *m*
Tum vero incumbunt: urget præſentia Turni, *a*
Atque omnis facibus (b) pubes accingitur atris. *f*
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen *k*
Tæda, et commixtam Vulcanus ad aſtra favillam. *b*
Quis Deus, ô Muſæ, tam ſæva incendia Teucris *m*
Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes? *g*
Dicite: priſca fides facto, ſed fama perennis. *l*

ORDO.

quæritque áditum per ávia *loca*. Ac véluti lupus inſidiátus pleno ovili, cùm fremit ad caulas, perpéſſus ventos et imbres, ſuper média nocte: agni, tuti ſub mátribus, exércent balátum: ille *lupus* aſper et improbus irâ ſævit in abſéntes: rábies edéndi collécta ex longo *témpore* fatígat *eum*, et fauces ſiccæ ſánguine. Haud áliter iræ ignéſcunt Rútulo tuénti muros et caſtra, et dolor ardet duris óſſibus. Quâ ratióne tentet áditus; et quâ viâ excútiat Teucros clauſos vallo, atque effúndat *eos* in æquor, *i. e. campum*. Invádit claſſem, quæ latébat adjúncta láteri caſtrórum, circumſéptam aggéribus et fluviálibus undis: poſcítque ovántes ſócios incéndia: atque férvidus implet manum flagránti pinu. Tum verò *illi* incúmbunt: præſéntia Turni urget *eos*, atque omnis pubes accíngitur atris fácibus. Diripuére focos: fúmida tæda fert píceum lumen, et Vulcánus *fert* commixtam favíllam ad aſtra. O Muſæ, quis Deus avértit tam ſæva incéndia Teucris? quis dépulit tantos ignes rátibus? dicite: *eſt* priſca fides facto, ſed fama *ejus eſt* perénnis.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Tempore quo primum Phrygia formabat in Idâ Æneas claſſem, et pelagi petere alta parabat:
Ipſa (a) Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Jovem: da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domito te poſcit Olympo.
Pinea ſylva mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit ſumma, quò ſacra ferebant,
Nigranti piceâ trabibuſque obſcurus acernis.
Has ego Dardanio juveni, cum claſſis egeret,
Læta dedi: nunc ſolicitam timor anxius urget.
(b) Solve metus, atque hoc precibus ſine poſſe parentem:
Ne curſu quaſſatæ ullo, neu turbine venti
Vincantur: proſit noſtris in montibus ortas.
Filius huic contra, torquet qui ſidera mundi:
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis iſtis?
Mortaline manu factæ immortale carinæ
Fas habeant? certuſque incerta pericula luſtret
Æneas? cui tanta Deo permiſſa poteſtas?
Imo, ubi defunctæ finem portuſque tenebunt
Auſonios: olim quæcumque evaſerit undis,
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva;
Mortalem eripiam formam, magnique jubebo

ORDO.

Quo témpore primùm Ænéas formábat claſſem in Phrygiâ Idâ, et parábat pétere alta *ſpátia* pélagi: Berecynthia *Cybele* ipſa, génitrix Deórum, fertur *eſſe* affáta magnum Jovem his vócibus: nate, da *mihi* peténti, quod tua cara parens poſcit te Olympo domito. *Fuit* pínea ſylva diléćta mihi per multos annos, fuit lucus in ſummâ arce, quò ferébant ſacra, obſcúrus nigránti píceâ acerníſque trábibus. Ego læta dedi has *árbores* Dardánio júveni, cum egéret claſſis: nunc ánxius timor urget *me* ſolicitam. Solve *meos* metus, atque ſine paréntem poſſe hoc précibus: ne *naves* vincántur quaſſátæ ullo curſu, neu túrbine venti: proſit *eas eſſe* ortas in noſtris móntibus. Contrà fílius, qui torquet ſídera mundi, *ait* huic: ô génitrix, quò vocas fata? aut quid petis iſtis *verbis?* Carínæ-ne factæ mortáli manu hábeant immortále fas, *i. e. jus immortalitátis?* Æneáſque certus luſtret incérta perícula? cui Deo *eſt* tanta potéſtas permíſſa? Imò, ubi defúnctæ *iis periculis* tenébunt finem Auſonióſque portus: quæcúmque olim eváſerit undis, vexeritque Dardánium ducem *ad* Lauréntia arva; eripiam mortálem formam *huic*,

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.*

Æquoris

Æquoris eſſe Deas: qualis Nereïa Doto *l*
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum. *l*
Dixerat: idque ratum, Stygii per flumina fratris, *k*
Per pice torrentes atraque voragine ripas, *n*
Annuit: et totum nutu tremefecit Olympum. *n*
Ergo aderat promiſſa dies, et tempora Parcæ *p*
Debita (a) complerant: cum Turni injuria matrem *m*
Admonuit ſacris ratibus depellere tædas. *p*
Hìc primum nova lux oculis effulſit, et ingens *e*
Viſus ab Aurora cœlum tranſcurrere nimbus, *m*
Idæique chori: tum vox horrenda per auras *f*
(b) Excidit, et Troum Rutulorumque agmina complet: *p*
Ne trepidate meas, Teucri, defendere naves, *l*
Neve armate manus: maria (c) ante exurere Turno *e*
(c) Quàm ſacras dabitur pinus. Vos ite ſolutæ, *f*
Ite, Deæ pelagi: genitrix jubet. Et ſua quæque *i*
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis: *m*
Delphinumque modo demerſis æquora roſtris *f*
Ima petunt. Hinc virgineæ (mirabile monſtrum) *p*
Reddunt ſe totidem facies, pontoque feruntur; *e*
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ. *p*
Obſtupuere animis Rutuli: conterritus ipſe *k*

ORDO.

jubebóque *has* eſſe Deas magni æquoris: qualis Nereïa Doto et Galatéa ſecant ſpumántem pontum péctore. *Júpiter* dixerat: annuítque id *eſſe* ratum, per flúmina Stygii fratris, per ripas torréntes pice atráque vorágine: et tremefécit totum Olympum nutu. Ergo promiſſa dies áderat, et Parcæ compléverant débita témpora: cùm injúria Turni admónuit matrem *Berecynthiam* depéllere tædas ſacris rátibus. Hìc primùm nova lux effúlſit óculis, et ingens nimbus *eſt* viſus tranſcúrrere cœlum ab Aurórâ, Idæique chori *ſimul:* tum vox horrénda éxcidit per auras, et complet ágmina Troum Rutulorúmque: Teucri, ne trepidáte defèndere meas naves, neve armáte *veſtras* manus: dábitur Turno exúrere mária antequàm *has* ſacras pinus. Vos ſolútæ ite, ite, Deæ pélagi: génitrix *Deórum* jubet *id.* Et continuò quæque puppes abrúmpunt ſua vincula ripis: petúntque ima æquora roſtris demérſis modo Delphinum. Hinc tótidem virgíneæ fácies (mirábile monſtrum) reddunt ſe, feruntúrque ponto; quot ærátæ proræ priùs ſtéterant ad líttora. Rútuli obſtupuére ánimis: Meſſápus ipſe *eſt* contérritus,

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.* (c) *Tmeſis.*

Turbatis Meſſapus equis: cunctatur et amnis g
(a) Rauca ſonans, revocatque pedem Tyberinus ab alto. i
At non audaci ceſſit fiducia Turno. a
Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro: m
Trojanos hæc monſtra petunt: his Jupiter ipſe g
Auxilium ſolitum eripuit: non tela, nec ignes k
Exſpectant Rutulos. Ergo maria invia Teucris, h
Nec ſpes ulla fugæ: rerum pars altera adempta eſt: f
Terra autem in manibus noſtris: tot millia gentes f
Arma ferunt Italæ. Nil me fatalia terrent, l
Si qua Phryges præ ſe jactant, reſponſa Deorum. m
Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva d
Fertilis Auſoniæ Troës: ſunt et mea contra l
Fata mihi, (b) ferro ſceleratam exſcindere gentem, p
Conjuge prærepta. Nec ſolos tangit (c) Atridas m
Iſte dolor, ſoliſque licet capere arma Mycenis. o
Sed periiſſe ſemel ſatis eſt: peccare fuiſſet k
Ante ſatis, penitus modo non genus omne peroſos i
Fœmineum. Quibus hæc medii fiducia valli, k
Foſſarumque moræ, leti diſcrimina parva, f
Dant animos: an non viderunt mœnia Trojæ, m
Neptuni fabricata manu (d) conſidere in ignes? e

ORDO.

equis turbátis; et amnis Tiberínus, ſonans rauca, cunctátur, revocátque pedem ab alto *mari*. At fidúcia non ceſſit audáci Turno. Tollit ánimos *ſuórum* dictis ultrò, atque increpat *eos* ultrò: hæc monſtra petunt Trojános: Júpiter ipſe eripuit ſólitum auxílium his: non exſpéctant tela nec Rútulos ignes. Ergo mária *ſunt* ínvia Teucris, nec *eſt iis* ulla ſpes fugæ: áltera pars rerum eſt adémpta: autem terra *eſt* in noſtris mánibus: Italæ gentes ferunt tot míllia arma. Fatália reſpónſa Deórum, ſi Phryges jactant qua præ ſe, terrent me nil. Sat *eſt* datum fatis, Venerique, quòd Troës tetigére arva ſértilis Auſóniæ: et ſunt mihi mea fata contra *illa* exſcíndere ſcelerátam gentem ferro cónjuge prærépta *mihi*. Nec iſte dolor tangit Atridas ſolos, licétque Mycénis ſolis cápere arma. Sed *dicétur* eſt ſatis *eos* periviſſe ſemel: fuíſſet ſatis peccáre antè, non modo pénitus *eſſe* peróſos omne fœmíneum genus. Quibus hæc fidúcia médii valli, moræque foſſárum, parva diſcrímina leti, dant ánimos: an non vidérunt mœnia Trojæ, fabricáta manu Neptúni conſídere in ignes?

(a) *Antimeria.* (b) *Metonymia.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Metaphora.*

Sed

Sed vos, ô lecti: ferro quis ſcindere vallum *a*
Apparat, et mecum invadit trepidantia caſtra? *n*
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis *f*
Eſt opus in Teucros: addant ſe protinus omnes *m*
Etruſci ſocios: tenebras et inertia furta *d*
Palladii, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis, *m*
Ne timeant: nec equi (a) cæca condemur in alvo. *l*
(b) Luce palam certum eſt igni circumdare muros. *m*
Haud ſibi cum Danais rem faxo et pube Pelaſga *l*
Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum. *q*
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei: *k*
Quod ſupereſt, læti bene geſtis corpora rebus *p*
Procurate, viri; et pugnam ſperate parati. *f*
Interea vigilum excubiis obſidere portas *k*
Cura datur Meſſapo, et mœnia cingere flammis. *n*
Bis ſeptem Rutuli, muros qui (c) milite ſervent, *f*
Delecti: aſt illos centeni quemque ſequuntur, *a*
(d) Purpurei criſtis juvenes auroque coruſci. *p*
Diſcurrunt, variantque vices, (a) fuſique per herbam *e*
Indulgent vino, et vertunt crateras ahenos. *a*
Collucent ignes: noctem cuſtodia ducit *a*
(d) Inſomnem ludo. *a*

ORDO.

ſed vos, ô lecti *viri:* quis *veſtrum* ápparat ſcindere vallum ferro, et invádit trepidántia caſtra mecum? Non eſt opus mihi armis Vulcáni, non mille carínis in Teucros: prótinus omnes Etruſci addant ſe ſócios *illis:* ne tímeant ténebras et inértia furta Palládii, cuſtódibus ſummæ arcis cæſis: nec condémur in cæcâ alvo equi. Eſt certum circúmdare muros *eórum* igni palàm luce. Faxo *ut* haud putent eſſe rem ſibi cum Dánais et Peláſgâ pube, quos Hector díſtulit in décimum annum. Nunc ádeò, quoniam mélior pars diéi *eſt* acta: quod ſúpereſt, viri, læti procuráte córpora rebus geſtis, *i. e. inchoátis*, bene; et paráti ſperáte pugnam. Intérea cura datur Meſſápo obſídere portas excúbiis vígilum, et cíngere mœnia flammis. Bis ſeptem Rútuli *ſunt* deléćti, qui ſervent muros mílite: aſt centéni júvenes, purpúrei criſtis, coruſcíque auro, ſequúntur illos quemque. Diſcúrrunt, variántque vices, fuſíque per herbam indúlgent vino, et vertunt ahénos cratéras. Ignes collúcent: cuſtódia ducit inſomnem noctem ludo.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Enallage.* (d) *Hypallage.*

Hæc

Hæc ſuper è vallo proſpectant Troës, et armis m
Alta tenent: necnon trepidi formidine portas p
Explorant, ponteſque et propugnacula jungunt: 170 a
Tela gerunt. Inſtant Mneſtheus acerque Sereſtus: m
Quos pater Æneas, ſi quando adverſa vocarent, m
Rectores juvenum et rerum dedit eſſe magiſtros. b
Omnis per muros legio ſortita (a) periclum g
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum eſt. 175 p
Niſus erat portæ cuſtos, acerrimus armis, m
(b) Hyrtacides; comitem Æneæ quem miſerat Ida l
Venatrix, jaculo celerem levibuſque ſagittis: d
Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter e
Non fuit (b) Æneadum, Trojana nec induit arma; 180 q
Ora puer primâ ſignans intonſa juventâ. m
His amor unus erat, pariterque in bella ruebant: k
Tunc quoque communi portam ſtatione tenebant. n
Niſus ait: Dîne hunc ardorem mentibus addunt, m
Euryale? an ſua cuique Deus fit dira cupido? 185 k
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum f
Mens agitat mihi; nec placidâ contenta quiete eſt. k
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum: e
(c) Lumina rara micant: ſomno vinoque ſoluti l

ORDO.

Troës proſpéctant hæc è vallo ſuper, et tenent alta *murórum* armis: necnon trépidi formídine explórant portas, jungúntque pontes et propugnácula: gerunt tela. Mneſtheus acérque Seréſtus inſtant: quos pater Ænéas dedit eſſe rectóres júvenum et magíſtros rerum, ſi quando advérſa vocárent. Omnis légio, ſortíta perículum, éxcubat per muros, exercétque vices *ſecúndum id*, quod eſt cuique tuéndum. Niſus Hyrtácides erat cuſtos portæ, acérrimus armis; quem Ida venátrix miſerat cómitem Ænéæ, célerem jáculo levibúſque ſagíttis. Et juxta *eum* comes Euryalus, quo non fuit alter Æneadárum púlchrior, nec índuit Trojána arma; puer ſignans intónſa ora primâ juvéntâ. Erat his unus amor, paritérque ruébant in bella: tunc quoque tenébant portam commúni ſtatióne. Niſus ait: Euryale, Dii-ne addunt hunc ardórem méntibus? an ſua dira cupído ſit Deus cuique? jamdúdum mens ágitat mihi invádere aut pugnam, aut áliquid magnum; nec eſt conténta plácidâ quiéte. Cernis, quæ fidúcia rerum hábeat Rútulos: lúmina micant rara: procubuére ſolúti ſomno vinóque:

(a) *Syncope.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metonymia.*

Procubuere:

Procubuere: (a) ſilent late loca. Percipe porro
Quid dubitem, et quæ nunc animo ſententia ſurgat.
Æneam acciri omnes, populuſque, patreſque,
Expoſcunt: mittique viros, qui certa reportent.
Si tibi, quæ poſco, promittunt (nam mihi facti
Fama ſat eſt) tumulo videor reperire ſub illo
Poſſe viam ad muros et mœnia Pallantea.
Obſtupuit magno laudum perculſus amore
Euryalus: ſimul his (a) ardentem affatur amicum:
Mene igitur ſocium ſummis adjungere rebus,
Niſe, fugis? ſolum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Trojæque labores
Sublatum erudiit: nec tecum talia geſſi,
Magnanimum Æneam et fata extrema ſecutus.
Eſt hic, eſt animus lucis contemptor; et iſtum
Qui vitâ bene credat emi, quo tendis, honorem.
Niſus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas: non: ita me referat tibi magnus ovantem
Jupiter, aut quicumque oculis hæc aſpicit æquis.
Sed ſi quis (quæ multa vides diſcrimine tali)
Si quis in adverſum rapiat caſuſve Deuſve,

190 q
p
b
g
m
195 i
* n
m
l
l
200 n
l
m
f
m
205 f
e
l
d
p
210 g
p

ORDO.

loca ſilent latè. Porro ſpércipe quid dúbitem, *i. e. dúbius méditer*, et quæ ſenténtia nunc ſurgat ánimo. Omnes, populúſque, patréſque expóſcunt Ænéan acciri: viróſque mitti, qui repórtent certa. Si promittunt *ſe datúros ea* tibi, quæ poſco, (nam fama facti eſt ſat mihi) videor poſſe reperíre viam ad muros et Pallantéa mœnia ſub illo túmulo. Euryalus obſtúpuit, percúlſus magno amóre laudum: ſimul affatur ardéntem amícum his *verbis:* ígitur, Niſe, fugíſne adjúngere me ſocium ſummis rebus? mittam te ſolum in tanta pericula? Non ita *meus* génitor Ophéltes, aſſuétus bellis, erudívit me ſublátum inter Argólicum terrórem laboréſque Trojæ: nec geſſi tália tecum, ſecútus magnánimum Ænéan et extréma fata. Eſt hìc, eſt *hìc* ánimus contémptor lucis; et qui crédat iſtum honórem, quò tendis, benè emi vitâ. Niſus *reſpóndet* ad hæc: équidem verébar nil tale de te, nec *eſt* fas: non: ita magnus Júpiter, aut quicúmque *Deus* aſpícit hæc æquis óculis, réferat me ovántem tibi, *ut dico verum*. Sed ſi quis, ſi quis caſúſve Deúſve rápiat *me* in advérſum (quæ vides multa tali diſcrímine)

(a) *Metaphora.*

Te

Te ſupereſſe velim: tua vitâ dignior ætas. *k*
Sit, qui me raptum pugnâ, pretiove redemptum, *b*
Mandet humo ſolita; aut, ſi qua id fortuna vetabit, *l*
Abſenti ferat inferias, decoretque ſepulchro. *d*
Neu matri miſeræ tanti ſim cauſa doloris: *f*
Quæ te ſola, puer, multis è matribus auſa *f*
Proſequitur; magni nec mœnia curat Aceſtæ. *n*
Ille autem: cauſas nequicquam (a) nectis inanes, *a*
Nec mea jam mutata loco ſententia cedit: *p*
Acceleremus, ait. Vigiles ſimul excitat: illi *i*
Succedunt, ſervantque vices: ſtatione relictâ, *c*
Ipſe comes Niſo graditur, regemque requirunt. *p*
Cætera per terras omnes animalia ſomno *n*
(a) Laxabant curas, et corda oblita laborum: *a*
Ductores (b) Teucrûm primi, et delecta juventus *a*
Conſilium ſummis regni de rebus habebant: *m*
Quid facerent, quiſve Æneæ jam nuncius eſſet. *m*
Stant longis adnixi haſtis, et ſcuta tenentes, *a*
Caſtrorum et campi medio. Tum Niſus, et unà *g*
Euryalus, confeſtim alacres (c) admittier orant: *p*
Rem magnam, pretiumque moræ fore. Primus Iülus *d*
Accepit trepidos, ac Niſum dicere juſſit. *f*

ORDO.

velim te ſupereſſe: tua ætas *eſt* dignior vitâ. Sit *áliquis* qui mandet me ſólitâ humo, raptum pugna, redemptúmve prétio: aut, ſi qua fortúna vetábit id, ferat inférias *mihi* abſénti, decorétque ſepúlchro. Neu ſim cauſa tanti dolóris míſeræ matri: quæ ſola, auſa è multis mátribus, proſequitur te, puer; nec curat mœnia magni Acéſtæ. Autem ille *ait*: nequícquam nectis inánes cauſas, nec jam mea ſenténtia mutáta cedit loco: acceleremus, ait. Simul éxcitat vígiles: illi ſuccédunt, ſervántque vices: ſtatióne relíctâ, ipſe gráditur comes Niſo, requirúntque regem. Cætera animália, per omnes terras, laxábant curas ſomno, et corda oblíta labórum: primi ductóres Teucrórum et delécta juvéntus habébant conſilium de ſummis rebus regni: quid fácerent, quiſve jam eſſet núncius Ænéæ. Stant adníxi longis haſtis, et teneéntes ſcuta médio caſtrórum et campi. Tum Niſus, et unà *cum eo* Euryalus álacres orant admítti confeſtim: rem *eſſe* magnam, foréque prétium moræ. Iúlus primus accépit *eos* trépidos, ac juſſit Niſum dícere *rem*.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Paragoge.*

Tunc

Tunc ſic (a) Hyrtacides: Audite, ô mentibus æquis *f*
(a) Æneadæ: neve hæc noſtris ſpectentur ab annis, *m*
Quæ ferimus. Rutuli ſomno vinoque (b) ſepulti *l*
Conticuere: locum inſidiis conſpeximus ipſi, *k*
Qui patet in bivio portæ, quæ proxima ponto. *l*
Interrupti ignes, aterque ad ſidera fumus *a*
Erigitur. Si fortunâ permittitis uti: *m*
Quæſitum Æneân ad mœnia Pallantea, * *b*
Mox hic cum ſpoliis, ingenti cæde peractâ, *f*
Affore cernetis. Nec nos via fallit euntes: *n*
Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem *m*
Venatu aſſiduo, et totum cognovimus amnem. *f*
His annis gravis atque animi maturus Alethes: *e*
Dî patrii, quorum ſemper ſub numine Troja eſt, *m*
Non tamen omnino Teucros delere paratis, *m*
Cum tales animos juvenum et tam certa tuliſtis *e*
Pectora. Sic memorans, humeros dextraſque tenebat *k*
Amborum, et vultum lacrymis atque ora rigabat. *g*
Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus auſis *g*
Præmia poſſe rear ſolvi? pulcherrima primum *l*
Dii moreſque dabunt veſtri: tum cætera reddet *l*
Actutum pius Æneas, atque integer ævi *f*

ORDO.

Tunc Hyrtácides *ait* ſic: ô Ænéadæ audite æquis méntibus: neve hæc, quæ férimus, ſpecténtur ab noſtris annis. Rútuli conticuére ſepúlti ſomno vinóque: *nos* ipſi conſpéximus locum inſídiis, qui patet in bivio portæ, quæ *eſt* próxima ponto. Ignes *ſunt* interrúpti, atérque fumus erigitur ad ſídera. Si permíttitis *nos* uti ſortúnâ: cernétis Ænéan, quæſítum *à nobis* ad Pallantéa mœnia, mox affóre hìc cum ſpóliis, ingénti cæde peráctâ. Nec via fallit nos eúntes; vídimus primam urbem ſub obſcúris vállibus aſſíduo venátu, et cognóvimus totum amnem. Hic Aléthes, gravis annis, atque matúrus ánimi, *ait:* pátrii Dii, ſub quorum númine Troja eſt ſemper, tamen non parátis delére Teucros omnino, cùm tuliſtis tales ánimos júvenum, et tam certa péctora. Mémorans ſic, tenébat húmeros, dextráſque ambórum, et rigábat vultum atque ora lácrymis. Viri, quæ, quæ digna præmia rear poſſe ſolvi vobis pro tálibus auſis? primùm Dii, veſtríque móres dabunt pulchérrima: tum pius Ænéas actútùm reddet cætera, atque Aſcánius integer ævi,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.*

Aſcanius, meriti tanti non immemor unquam. *l*
Immo ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto, *o*
Excipit Aſcanius, per magnos, Niſe, Penates, *l*
Aſſaracique Larem, et canæ penetralia Veſtæ, *q*
Obteſtor: quæcumque mihi fortuna fideſque eſt, *g*
In veſtris pono gremiis: revocate parentem, *c*
Reddite conſpectum: nihil illo triſte recepto. *p*
Bina dabo argento perfecta atque aſpera ſignis *m*
Pocula, devictâ genitor quæ cepit Ariſbâ: *p*
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta: *q*
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido. *a*
Si vero capere Italiam ſceptriſque potiri *e*
Contigerit victori, et prædæ ducere ſortem: *m*
Vidiſti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis, *c*
Aureus? ipſum illum clypeum criſtaſque rubentes *p*
Excipiam ſorti, jam nunc tua præmia, Niſe. *n*
Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum *p*
Corpora, captivoſque dabit, ſuaque omnibus arma: *o*
Inſuper, id campi quod rex habet ipſe Latinus. *n*
Te vero, mea quem ſpatiis propioribus ætas *d*
Inſequitur, venerande puer, jam pectore toto *k*
Accipio, et comitem caſus complector in omnes. *l*
Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus: *l*

ORDO.

non unquam *futúrus* immemor tanti méríti. Aſcánius, cui *eſt* ſola ſalus genitóre relícto, éxcipit, immo ego obtéſtor vos, ô Niſe, per magnos Penátes, Larémque Aſſáraci, et penetrália canæ Veſtæ: quæcúmque fortúna fidéſque eſt mihi, pono *eam* in veſtris grémiis: revocáte *meum* paréntem, réddite conſpéctum *ejus:* nihil *erit* triſte illo recépto. Dabo bina pócula, perfécta argénto, atque áſpera ſignis, quæ génitor cepit devictâ Aríſbâ: et géminos trípodas, duo magna talénta auri: antíquum cratéra, quem Sidónia Dido dat. Verò ſi contígerit *mihi* victóri cápere Itáliam, potiríque ſceptris, et dúcere ſortem prædæ: vidíſti, quo equo, in quibus armis Turnus, aureus, ibat? Excípiam illum clypeum ipſum, rubentéſque criſtas ſorti, jam nunc tua præmia, Niſe. Prætérea génitor dabit bis ſex lectíſſima córpora matrum, captivóſque, ſuáque arma ómnibus: ínſuper, id campi, quod rex Latínus ipſe habet. Verò accípio te, veránde puer, quem mea ætas inſéquitur propióribus ſpátiis, jam toto péctore, et compléctor cómitem in omnes caſus. Nulla glória quærétur meis rebus ſine te:

Seu

Seu pacem, ſeu bella geram: tibi maxima rerum *c*
Verborumque fides. Contra quem talia fatur *f*
Euryalus: me nulla dies tam fortibus auſis *p*
Diſſimilem arguerit: tantum fortuna ſecunda, *l*
Haud adverſa (a) cadat. Sed te ſuper omnia dona *b*
Unum oro. Genitrix Priami de gente vetuſta *e*
Eſt mihi: quam miſeram tenuit non Ilia tellus *k*
Mecum excedentem, non mœnia regis Aceſtæ. *b*
Hanc ego nunc, ignaram hujus quodcunque (b) pericli eſt, *m*
(c) Inque (c) ſalutatam linquo: nox et tua teſtis *m*
Dextera, quod nequeam lacrymas perferre parentes. *k*
At tu, oro, ſolare inopem, et ſuccurre relictæ. *g*
Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo *p*
In caſus omnes. Perculsâ mente dederunt *a*
(d) Dardanidæ lacrymas; ante omnes pulcher Iülus, *l*
Atque animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. *q*
Tum ſic effatur: *a*
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis. *q*
Namque erit iſta mihi genitrix, nomenque Creüſæ *k*
Solum defuerit: nec partum gratia talem *f*
Parva manet, caſus factum quicumque ſequetur. *m*
Per caput hoc juro, per quod pater antè ſolebat: *n*

ORDO.

ſeu geram pacem ſeu b[illegible]; *eſt* tibi máxima fides rerum verborúmque. Contra quem Euryalu[illegible]ur tália: nulla dies argúerit me diſſímilem tam fórtibus auſis: [illegible] fórtúna cadat ſecúnda, haud advérſa. Sed oro te unum ſuper om[illegible]a dona. Eſt mihi génitrix de vetúſtâ gente Príami: quam míſeram, excedéntem mecum non Ilia tellus tenuit, non mœnia regis Acéſtæ. Ego nunc linquo hanc, ignáram hujus periculi quodcúmque eſt, inſalutatámque: nox et tua déxtera *eſt* teſtis, quòd néqueam perférre lácrymas paréntis. At, oro, tu ſoláre *eam* inopem, et ſuccúrre relictæ. Sine me ferre hanc ſpem tui: ibo audéntior in omnes caſus. Dardánidæ dedérunt lácrymas, mente percúlsâ; ante omnes pulcher Iúlus, atque imágo pá riæ pietátis ſtrinxit *ejus* ánimum. Tum effátur ſic. Spóndeo ómnia digna tuis ingéntibus cœptis. Namque iſta erit génitrix mihi, noménque Creúſæ ſolum defúerit: nec parva grátia manet talem partum, quicúmque caſus ſequétur factum. Juro per hoc caput, per quod pater ſolébat *jurâre* antè:

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Tmeſis.* (d) *Antonomaſia.*

Quæ tibi polliceor reduci, rebuſque ſecundis, *k*
Hæc eadem matrique tuæ generique manebunt. *o*
Sic ait illacrymans: humero ſimul exuit enſem *i*
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon *b*
Gnoſſius, atque habilem vaginâ aptarat eburnâ, *l*
Dat Niſo Mneſtheus pellem, horrentiſque leonis *a*
Exuvias: galeam fidus permutat Alethes. *l*
Protinus armati incedunt, quos omnis euntes *m*
Primorum manus ad portas juvenumque ſenumque *b*
Proſequitur votis: necnon et pulcher Iülus, *m*
Ante annos animumque gerens curamque virilem, *c*
Multa patri portanda dabat mandata: ſed auræ *p*
Omnia diſcerpunt, et nubibus irrita donant. *n*
Egreſſi ſuperant foſſas, noctiſque per umbram *f*
Caſtra inimica petunt: multis tamen ante futuri *q*
Exitio. Paſſim vino ſomnoque per herbam *m*
Corpora fuſa vident: arrectos littore currus, *l*
Inter lora rotaſque viros: ſimul arma jacere, *d*
Vina ſimul. Prior (a) Hyrtacides ſic ore loquutus: *k*
Euryale, audendum dextrâ: nunc ipſa vocat res. *m*
Hàc iter eſt; tu, ne qua manus ſe attollere nobis *p*
A tergo poſſit, cuſtodi, et conſule longe. *a*

ORDO.

hæc éadem, quæ polliceor tibi réduci, ſecundiſque rebus *geſtis*, manébunt tuæ matríque generique. Sic ait illácrymans: ſimul éxuit auratum enſem húmero, quem Gnóſſius Lycáon ſécerat mirâ arte, atque aptáverat hábilem ebúrnâ vaginâ. Mneſtheus dat pellem Niſo, exuviáſque horréntis leónis: fidus Aléthes permútat gáleam. Prótinus armáti incédunt, quos eúntes omnis manus primórum juvenúmque ſenúmque proſéquitur votis ad portas: necnon et pulcher Iúlus, gerens virilem animúmque curámque ante annos, dabat multa mandáta portánda patri: ſed auræ díſcerpunt ómnia, et donant írrita núbibus. Egréſſi ſúperant foſſas, petúntque inimica caſtra per umbram noctis: tamen futúri exítio multis antè. Vident córpora fuſa paſſim vino ſomnóque per herbam, currus arréctos líttore, viros inter lora rotáſque: ſimul arma jacére, ſimul vina. Hyrtácides prior *eſt* loquútus ſic ore: Euryale, *eſt* audéndum *áliquid* dextrâ: nunc res ipſa vocat: iter eſt hàc: tu cuſtódi et cónſule longè, ne qua manus poſſit attóllere ſe nobis à tergo.

(a) *Antonomaſia.*

Hæc

Hæc ego vaſta dabo, et lato te limite ducam. *l*
Sic memorat, vocemque (a) premit: ſimul enſe ſuperbum *o*
Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis *b*
(a) Exſtructus, toto proſlabat pectore ſomnum: *a*
Rex idem, et regi Turno gratiſſimus augur; *a*
Sed non augurio potuit depellere (a) peſtem. *e*
Tres juxta famulos temere inter tela jacentes, *e*
Armigerumque Remi premit, aurigamque ſub ipſis *k*
Nactus equis, (b) ferroque ſecat pendentia colla. *p*
Tum caput ipſi aufert domino, truncumque relinquit *p*
Sanguine ſingultantem: atro tepefacta cruore *u*
Terra torique madent: necnon Lamyrumque Lamumque *q*
Et juvenem Serranum; illâ qui plurima nocte *m*
Luſerat inſignis facie, multoque jacebat *p*
Membra Deo (c) victus: felix, ſi protinus illum *m*
(d) Æquaſſet nocti ludum, in lucemque tuliſſet. *a*
Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans, *c*
(Suadet enim veſana fames) manditque trahitque *p*
(b) Molle pecus, mutumque metu: fremit ore cruento. *o*
Nec minor Euryali cædes: incenſus et ipſe *l*
Perfurit: ac multam in medio ſine nomine plebem, *o*
Fadumque, Hebeſumque ſubit, Rhœtumque, Abarimque, *g*

ORDO.

Ego dabo hæc *loca* vaſta, et ducam te lato limite. Sic *Niſus* mémorat, premítque vocem: ſimul aggréditur ſupérbum Ramnétem enſe; qui fortè exſtrúctus altis tapétibus, proſlábat ſomnum toto péctore: idem rex, et augur gratíſſimus Turno; ſed non pótuit depéllere peſtem augúrio. Juxta *eum* premit tres fámulos jacéntes témerè inter tela, armigerúmque Rhemi, nactúſque *eſt* aurigam ſub equis ipſis, ſecátque *ejus* pendéntia colla ferro. Tum aufert caput dómino ipſi, reliquítque truncum *ejus* ſingultántem ſánguine: terra tepefácta, toríque madent atro ſánguine: necnon *épprimit* Lamyrúmque, Lamúmque, et júvenem Serránum; qui, inſignis fácie, lúſerat plúrima illâ nocte, jacebátque victus *quoad* membra multo Deo, *i. e. vino:* felix, ſi prótinus æquavíſſet illum ludum nocti, tuliſſétque *eum* in lucem. Ceu leo, impáſtus, turbans per plena ovília, (enim veſána fames ſuadet) manditque trahítque molle pecus, mutúmque metu: fremit cruénto ore. Nec cædes Euryali *erat* minor: et ipſe incénſus pérfurit: ac ſubit, *i. e. aggréditur* multam plebem ſine nómine, *i. e. honóre* in médio, Fadúmque, Hebeſúmque, Rhœtúmque, Abarímque ignáros:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Helleniſmus.* (d) *Syncope.*

Ignaros:

Ignaros: Rhœtum vigilantem et cuncta videntem; 345 *g*
Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat: *f*
Pectore in adverſo totum cui cominus enſem *m*
Condidit aſſurgenti, et multa morte recepit. *m*
Purpuream vomit ille animam, et cum ſanguine miſta *k*
Vina refert moriens. Hic furto fervidus inſtat. 350 *l*
Jamque ad Meſſapi ſocios tendebat, ubi ignem *g*
Deficere extremum, et religatos rite videbat *p*
Carpere gramen equos: breviter cum talia Niſus *k*
(Senſit enim nimia cæde atque cupidine ferri) *q*
Abſiſtamus, ait: nam lux inimica propinquat. 355 *h*
Pœnarum exhauſtum ſatis eſt: via facta per hoſtes. *c*
Multa (a) virûm ſolido argento perfecta relinquunt *l*
Armaque, crateraſque ſimul, pulchroſque tapetas. *p*
Euryalus phaleras Rhamnetis, et aurea bullis *q*
Cingula: Tiburti Remulo ditiſſimus olim 360 *p*
Quæ mittit dona, hoſpitio cum jungeret abſens, *g*
Cædicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti: *i*
Poſt mortem bello Rutuli pugnaque potiti: *g*
Hæc rapit, atque humeris nequicquam fortibus aptat. *l*
Tum galeam Meſſapi habilem criſtiſque decoram 365 *p*
Induit. Excedunt caſtris, et tuta capeſſunt. *m*

O R D O.

Rhœtum vigilántem et vidéntem cuncta: ſed métuens tegébat ſe poſt magnum cratéra: cui aſſurgénti cóndidit totum enſem cóminus in advérſo péctore, et recépit *eum* multâ morte. Ille vomit purpúream animam, et móriens refert vina miſta cum ſánguine. Hic *Euryalus* férvidus inſtat furto, *i. e. direptióni*. Jamque tendébat ad ſócios Meſſápi, ubi vidébat extrémum ignem deficere, et equos religátos ritè, *i. e. de more* cárpere gramen: cùm Niſus bréviter (enim ſenſit *ſe et ſócium* ferri nímiâ cæde atque cupídine:) ait talia, abſiſtámus: nam inimica lux propínquat. Satis pœnárum eſt exháuſtum: via *eſt* facta per hoſtes. Relínquunt multa armáque virórum, perfécta ſólido argénto, ſimúlque cratéras, pulchróſque tapétas. Euryalus *rapit* pháleras Rhamnétis, et cingula áurea, *i. e. áureis* bullis: quæ dona ditiſſimus Cædicus olim mittit Tibúrti Rémulo, cùm abſens júngeret *eum* hoſpítio: ille móriens dat ſuo nepóti habére *ea:* poſt *ejus* mortem Rútuli *ſunt* potíti *iis* bello pugnáque: rapit hæc, atque nequícquam aptat *ea* fórtibus húmeris. Tum índuit gáleam Meſſapi hábilem, decorámque criſtis. Excédunt caſtris, et capéſſunt tuta *loca*.

(a) *Syncope.*

Interea

Interea præmiſſi equites ex urbe Latina, *p*
Cætera dum legio campis inſtructa moratur, *l*
Ibant, et Turno regi reſponſa ferebant, *a*
Tercentum, ſcutati omnes, Volſcente magiſtro. *a*
Jamque propinquabant caſtris, muroque ſubibant; *m*
Cum procul hos lævo flectentes limite cernunt: *m*
Et gelea Euryalum ſubluſtri noctis in umbra *l*
Prodidit immemorem, radiiſque adverſa refulſit. *k*
Haud temere eſt viſum, conclamat ab agmine Volſcens: *n*
State, viri: quæ cauſa viæ? quive eſtis in armis? *p*
Quove tenetis iter? nihil illi tendere contra; *k*
Sed celerare fugam in ſylvas, et fidere (a) nocti. *l*
Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota *l*
Hinc atque hinc, omnemque aditum cuſtode (b) coronant. *g*
Sylva fuit late dumis atque ilice nigra *m*
Horrida, quem denſi (c) complerant undique ſentes: *m*
Rara per occultos ducebat ſemita calles. *m*
Euryalum tenebræ ramorum oneroſaque præda *q*
Impediunt, fallitque timor regione viarum. *o*
Niſus abit: jamque imprudens evaſerat hoſtes; *m*
Atque locos, qui poſt Albæ de nomine dicti *m*
Albani: tum rex ſtabula alta Latinus habebat. *c*

ORDO.

Intérea équites præmíſſi ex Latínâ urbe, dum cætera légio morátur inſtrúcta campis, ibant, et ferébant reſpónſa regi Turno, tercéntum *número*, omnes ſcutáti Volſcénte magiſtro. Jamque propinquábant caſtris, ſubibántque muro; cùm cernunt hos *duos júvenes* procul flecténtes lævo límite: et gálea *Meſſápi* prodidit Euryalum immémorem in ſublúſtri umbrâ noctis, adverſáque rádiis *lunæ* reſúlſit. Volſcens conclámat ab ágmine, haud témere eſt viſum *nobis*: viri ſtate: quæ *eſt* cauſa viæ? quive eſtis in armis? quove tenétis iter? illi *voluérunt* téndere, *i. e. reſpondére* nihil contrà; ſed *cæpérunt* celeráre fugam in ſylvas, et fídere nocti. Equites objiciunt ſeſe ad nota divórtia hinc atque hinc, coronántque omnem áditum cuſtóde. Fuit ſylva hórrida latè dumis atque nigrâ ílice, quam denſi ſentes compléverant úndique: rara ſémita ducébat *ad eam* per occúltos calles. Ténebræ ramórum oneroſáque præda impédiunt Euryalum, timórque *aberrándi à rectâ* regióne viárum fallit *eum*. Niſus abit: jamque imprúdens, *i. e. non próvidens amíco*, eváſerat hoſtes; atque locos, qui *ſunt* dicti Albáni de nómine Albæ: tum rex Latínus habébat alta ſtábula *illic*.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Syncope.*

Ut

Ut ſtetit, et fruſtrà abſentem reſpexit amicum: *m*
Euryale infelix, qua te regione reliqui? *n*
Quave ſequar? rurſus perplexum iter omne (a) revolvens *n*
Fallacis ſylvæ, ſimul et veſtigia retro *g*
Obſervata legit, dumiſque (a) ſilentibus errat: *b*
Audit equos, audit ſtrepitus, et ſigna ſequentum. *p*
Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures *f*
Pervenit: ac videt Euryalum; quem jam manus omnis, *k*
Fraude loci et noctis, ſubito turbante tumultu, *p*
Oppreſſum rapit, et conantem plurima fruſtra. *f*
Quid faciat? qua vi juvenem, quibus audeat armis *o*
Eripere? an ſeſe medios moriturus in hoſtes *o*
Inferat, et pulchram properet per vulnera mortem? *p*
Ocius adducto torquens haſtile lacerto, *m*
Suſpiciens altam Lunam, ſic voce precatur; *m*
Tu Dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori, *m*
Aſtrorum decus, et nemorum Latonia cuſtos. *e*
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris *n*
Dona tulit; ſi qua ipſe meis venatibus auxi, *p*
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi: *f*
Hunc ſine me turbare globum, et rege tela per auras. *o*
Dixerat: et toto connixus corpore (b) ferrum *m*

ORDO.

Ut ſtetit, et fruſtra reſpéxit abſéntem amícum: *ait*, infélix Euryale, quâ regione relíqui te? quâve ſequar *te?* rurſum revólvens omne perpléxum iter fallácis ſylvæ, ſimul et legit veſtígia obſerváta retro, errátque ſiléntibus dumis: audit equos, audit ſtrépitus, et ſigna ſequéntium. Nec *eſt* longum tempus in médio, cùm clamor pérvenit ad aures: ac videt Euryalum, quem jam omnis manus rapit oppréſſum fraude loci et noctis, ſúbito tumúltu turbánte, et conántem plúrima *pro ſalúte* fruſtra. Quid fáciat? quâ vi, quibus armis áudeat erípere júvenem? an *ille* moritúrus ínferat ſeſe in médios hoſtes, et próperet pulchram mortem per vúlnera? Ociùs torquens haſtile lacérto addúcto, ſuſpíciens altam Lunam, ſic precátur voce: tu Dea, tu præſens ſuccúrre noſtro labóri, Laténia, decus aſtrórum, et cuſtos némorum. Si unquam pater Hyrtacus tulit qua dona tuis aris pro me; ſi ipſe auxi qua meis venátibus, ſuſpendíve *qua è* tholo, aut fixi *áliqua* ad *tua* ſacra faſtígia: ſine me turbáre hunc globum, et rege *mea* tela per auras. Dixerat; et connixus toto córpore cónjicit ferrum:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Conjicit:

Conjicit: haſta volans noctis diverberat umbras, *l*
Et venit adverſi in tergum Sulmonis, ibique *m*
Frangitur, ac fiſſo tranſit præcordia ligno. *m*
Volvitur ille, vomens calidum de pectore (a) flumen *k*
Frigidus, et longis ſingultibus ilia pulſat. *n*
Diverſi circumſpiciunt. Hoc acrior idem *f*
Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure; *m*
Dum trepidant: it haſta Tago per tempus utrumque *p*
Stridens, trajectoque hæſit tepefacta cerebro. *b*
Sævit atrox Volſcens, nec teli conſpicit uſquam *m*
Auctorem, nec quo ſe (a) ardens immittere poſſit: *a*
Tu tamen interea calido mihi ſanguine pœnas *i*
Perſolves amborum, inquit. Simul enſe recluſo *b*
Ibat in Euryalum. Tunc vero exterritus, amens *l*
Conclamat Niſus: nec ſe celare tenebris *a*
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem: *p*
Me, me: adſum qui feci: in me convertite (b) ferrum, *a*
O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iſte, nec auſus, *q*
Nec potuit: cœlum hoc et conſcia ſidera teſtor: *n*
Tantum infelicem nimium dilexit amicum. *g*
Talia dicta dabat: ſed viribus enſis adactus *q*
Tranſadigit coſtas, et candida pectora rumpit. *n*

ORDO.

haſta volans divérberat umbras noctis, et venit in tergum Sulmónis advérſi, ibique frángitur, ac tranſit *ejus* præcórdia fiſſo ligno. Ille vólvitur, vomens cálidum flumen *cruóris* de péctore, frígidus, et pulſat ília longis ſingúltibus. Divérſi circumſpíciunt. Ecce idem, ácrior hoc *ſuccéſſu*, librat áliud telum ab ſummâ aure; dum trépidant: ſtridens haſta it per utrúmque tempus Tago, tepefactáque hæſit trajécto cérebro. Atrox Volſcens ſævit, nec cónſpicit auctórem teli uſquam, nec quo ardens poſſit immíttere ſe: tamen, inquit, tu *Euryale*, intérea perſólves pœnas ambórum mihi cálido ſánguine. Simul ibat in Euryalum reclúſo enſe. Tum verò Niſus extérritus, amens conclámat: nec pótuit celáre ſe ténebris ámpliùs, aut perférre tantum dolórem: *rápite* me, me: adſum, qui feci: ô Rútuli, convértite ferrum in me, omnis fraus *eſt* mea: iſte *fecit* nihil, nec *eſt* auſus, nec pótuit *fácere*: teſtor hoc cœlum, et cónſcia ſídera: tantùm nimiùm diléxit infelícem amícum. Dabat tália dicta: ſed enſis adáctus *ſummis* víribus tranſádigit coſtas, et rumpit cándida péctora.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Volvitur Euryalus leto, pulchroſque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapſa recumbit.
Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens; laſſove papavera collo
Demiſere caput, pluvia cum forte gravantur.
At Niſus ruit in medios, ſolumque per omnes
Volſcentem petit, in ſolo Volſcente moratur:
Quem circum glomerati hoſtes hinc cominus atque hinc
Proturbant: inſtat non ſegnius, ac (a) rotat enſem
(a) Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverſo, et moriens animam abſtulit hoſti.
Tum ſuper exanimem ſeſe projecit amicum
Confoſſus, placidâque ibi demum morte quievit.
Fortunati ambo! ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo:
Dum domus Æneæ (b) Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.
Victores prædâ Rutuli ſpoliiſque potiti,
Volſcentem exanimem flentes in caſtra ferebant.
Nec minor in caſtris luctus, Rhamnete reperto
Exſangui, et primis unâ tot cæde peremptis,
Serranoque, Numaque; ingens concurſus ad ipſa

ORDO.

Euryalus vólvitur leto, cruórque it per pulchros artus, cervíxque collápſa recúmbit in húmeros. Véluti cum purpúreus flos, ſucciſus arátro, languéſcit móriens; papaveráve demiſére caput laſſo collo, cùm fortè gravántur plúviâ. At Niſus ruit in médios, petítque Volſcéntem ſolum per omnes, morátur in Volſcénte ſolo: circum quem *Niſum* hoſtes glomeráti hinc atque hinc cóminus protúrbant *eum*: *Niſus* inſtat non ſégniùs, ac rotat fulmíneum enſem: donec cóndidit *eum* in advérſo ore Rútuli clamántis, et *ipſe* móriens ábſtulit ánimam hoſti. Tum conſóſſus projécit ſeſe ſuper exánimem amícum, ibíque demum quiévit plácidâ morte. Ambo fortunáti! ſi mea cármina poſſunt quid, nulla dies unquam éximet vos mémori ævo: dum domus Ænéæ áccolet immóbile ſaxum Capitólii, Romanúſque pater habébit ímpérium. Rútuli victóres, potíti prædâ ſpoliiſque, flentes ferébant exánimem Volſcéntem in caſtra. Nec *erat* minor luctus in caſtris, Rhamnéte repérto exſángui, et tot primis perémptis unâ cæde, Serranóque Numâque; *eſt* ingens concúrſus ad córpora ipſa,

(a) *Metaphora.* (b) *Hypocopr.*

Corpora,

Corpora, ſemineceſque viros, tepidâque recentem
Cæde locum, et plenos ſpumanti ſanguine rivos.
Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamque nitentem
Meſſapi, et multo phaleras ſudore receptas.
Et jam prima novo (a) ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Jam Sole infuſo, jam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipſe,
(a) Suſcitat, ærataſque acies in prœlia cogit
Quiſque ſuas, variiſque (a) acuunt rumoribus iras.
Quin ipſa arrectis, viſu miſerabile, in haſtis
Præfigunt capita, et multo clamore ſequuntur,
Euryali et Niſi.
(b) Æneadæ duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem, nam dextera cingitur amni:
Ingenteſque tenent foſſas, et turribus altis
Stant mœſti: ſimul (c) ora (d) virûm præfixa videbant,
Nota nimis miſeris, atroque fluentia tabo.
(e) Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuncia fama ruit, matriſque adlabitur aures
Euryali: ac ſubitus miſeræ calor oſſa reliquit:
Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa:

ORDO.

ſemineceſque viros, locúmque recéntem tépidâ cæde, et rivos plenos ſpumánti ſánguine. Agnóſcunt inter ſe ſpólia, nitentémque gáleam Meſſápi, et pháleras recéptas multo ſudóre. Et jam prima Auróra, linquens cróceum cubile Tithóni, ſpargébat terras novo lúmine: ſole jam infúſo, jam rebus retéctis luce, Turnus ſúſcitat viros in arma, ipſe circúmdatus armis, que quiſque cogit ſuas ærátas ácies in prœlia, accuúntque iras váriis rumóribus. Quin præfigunt cápita ipſa Euryali et Niſi in haſtis arréctis, miſerábile viſu, et ſequúntur multo clamóre. Duri Æneádæ oppoſuére áciem in ſiníſtrâ parte murórum, nam déxtera *pars* cíngitur amni: tenéntque ingéntes foſſas, et mœſti ſtant altis túrribus: ſimul vidébant ora virórum præfixa *haſtis*, nimis nota míſeris, fluentiáque atro tabo. Intérea pennáta fama, vólitans per pávidam urbem, ruit núncia, adlabitúrque aures matris Euryali: at ſúbitus calor reliquit oſſa miſeræ: rádii *ſunt* excúſſi mánibus, penſáque *eſt* revolúta:

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Synecdoche.* (d) *Syncope.* (e) *Allegoria.*

(a) Evolat infelix, et fœmineo ululatu, * *n*
(b) Sciſſa comam, muros amens atque agmina curſu *m*
Prima petit: non illa (c) virûm, non illa (c) pericli, *p*
Telorumque memor: cœlum dehinc queſtibus implet: *f*
Hunc ego te, Euryale, aſpicio? tune illa ſenectæ 481 *k*
Sera meæ requies? potuiſti linquere ſolam, *k*
Crudelis? nec te ſub tanta pericula miſſum *b*
Affari extremum miſeræ data copia matri? *c*
Heu! terra ignota, canibus data præda Latinis 485 *c*
Alitibuſque jaces! nec te tua funera mater *q*
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi, *g*
Veſte tegens; tibi quam noctes feſtina dieſque *l*
Urgebam, et telâ curas ſolabar aniles. *a*
Quò ſequar? aut quæ nunc artus avulſaque membra, 490 *m*
Et (d) funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te, *b*
Nate, refers? hoc ſum terrâque marique ſequuta? *n*
(a) Figite me, ſi qua eſt pietas: in me omnia tela *p*
Conjicite, ô Rutuli: me primam abſumite (d) ferro. *l*
Aut tu, magne pater Divûm, miſerere, tuoque 495 *b*
Inviſum hoc detrude caput ſub Tartara telo: *g*
Quando aliter nequeo crudelem (a) abrumpere vitam. *l*
Hoc fletu concuſſi animi, mœſtuſque per omnes *g*

ORDO.

infélix évolat, et, fœmíneo ululátu, ſciſſa *quoad* comam, amens petit muros atque prima ágmina curſu: illa non *erat* memor virórum, illa non *memor* periculi telorúmque: dehinc implet cœlum queſtibus. Euryale, ego aſpício te hunc? tune *es futúrus* illa ſera réquies meæ ſenéctæ? crudélis, potuíſti línquere *me* ſolam? nec *eſt* cópia data míſeræ matri affári te extremùm, miſſum ſub tanta perícula? Heu! jaces ignótâ terrâ, data præda Latínis cánibus alitibúſque! Nec *ego* mater prodúxi te *ad* tua fúnera, preſſive oculos, aut lavi vúlnera, tegens *cadáver* veſte; quam *ego* feſtina urgébam noctes diéſque tibi, et ſolábar aníles curas telâ. Quò ſequar? aut quæ tellus nunc habet *tuos* artus, avulſáque membra, et lacerum funus? nate, *an* refers hoc *caput* mihi de te? *propter* hoc ſum ſequúta *te* terrâque maríque? fígite me, ſi qua pietas eſt *vobis:* ô Rútuli conjícite ómnia *veſtra* tela in me; abſúmite me primam ferro. Aut tu, magne pater Divórum, miſerére *mei*, detrudéque hoc *meum* caput inviſum *tibi*, ſub Tártara tuo telo: quando néqueo abrúmpere crudélem vitam áliter. Animi *Trojanórum ſunt* concúſſi hoc fletu, mœſtúſque gémitus it per omnes:

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Syncope.* (d) *Metonymia.*

It

It gemitus: torpent infractæ ad prœlia vires. *m*
Illam (a) incendentem luctus Idæus et Actor, *a*
Ilionei monitu et multum lacrymantis Iüli, *q*
Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt. *p*
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro *i*
Increpuit: sequitur clamor, cœlumque remugit. *l*
Accelerant actâ pariter testudine Volsci, *p*
Et fossas implere parant, ac vellere vallum: *g*
Quærunt pars aditum, et scalis ascendere muros; *f*
Qua rara est acies, interlucetque corona *f*
Non tam spissa viris. Telorum (a) effundere contra *f*
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis, *m*
Assueti longo muros defendere bello. *a*
Saxa quoque infesto volvebant pondere, si quà *m*
Possent tectam aciem perrumpere: cum tamen omnes *b*
Ferre libet subter densa testudine casus. *m*
Nec jam sufficiunt: nam qua (a) globus imminet ingens, *b*
Immanem Teucri molem volvuntque ruuntque, *a*
Quæ stravit Rutulos late, armorumque resolvit *f*
Tegmina: nec curant cœco contendere (b) Marte *m*
Amplius audaces Rutuli; sed pellere vallo *p*
Missilibus certant. *m*

ORDO.

vires infractæ torpent ad prœlia. Idæus et Actor, mónitu Iliónei, et Iüli lacrymántis multùm, corrípiunt illam incendéntem luctus, intérque manus repónunt *illam* sub tecta. At tuba increpuit terribilem sónitum procúl canóro ære: clamor séquitur, cœlúmque remúgit. Volsci páriter accélerant, testúdine actâ, et parant implére fossas, ac véllere vallum: pars quærunt áditum, et ascéndere muros scalis; qua *parte* ácies *Trojanórum* est rara, coronáque non tam spissa viris interlúcet. Contrà Teucri *cæpérunt* effúndere omne genus telórum, ac detrúdere *hostes* duris contis, assuéti deféndere muros longo bello. Volvébant quoque saxa infésto póndere, si quâ *parte* possent perrúmpere áciem tectam *clypeis*: cùm tamen libet *Italis* ferre omnes casus subter densâ testúdine. Nec jam suffáciunt *sustinére*: nam quâ *parte* ingens globus *hóstium* imminet, Teucri volvúntque ruúntque immánem molem, quæ stravit Rútulos latè, resolvítque tégmina armórum: nec audáces Rútuli curant conténdere ámpliùs cæco Marte; sed certant péllere *Trojános à* vallo missílibus.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Parte

Parte aliâ horrendus viſu quaſſábat Etruſcam *m*
Pinum, et fumiferos infert Mezentius ignes. *f*
At Meſſápus, (a) equûm domitor, Neptunia proles, *e*
Reſcindit vallum, et ſcalas in mœnia poſcit. *a*
Vos, ô Calliope, precor (b) aſpirate canenti; *e*
Quas ibi tum (c) ferro ſtrages, quæ funera Turnus *m*
Ediderit, quem quiſque virum demiſerit Orco: *p*
Et mecum ingentes (b) oras (b) evolvite belli: *a*
Et meminiſtis enim, Divæ, et memorare poteſtis. *q*
Turris erat vaſto ſuſpectu et pontibus altis, *m*
Opportuna loco: ſummis quam viribus omnes *f*
Expugnare Itali ſummâque evertere opum vi *f*
Certabant: Troës contra defendere ſaxis, *a*
Perque cavas denſi tela intorquere feneſtras. *m*
Princeps ardentem conjecit lampada Turnus, *a*
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento *g*
Corripuit tabulas, et poſtibus hæſit adeſis. *q*
Turbati trepidare intus, fruſtraque malorum *f*
Velle fugam: dum ſe (b) glomerant, retroque reſidunt *p*
In partem, quæ (b) peſte caret; tum pondere turris *g*
Procubuit ſubito, et cœlum tonat omne fragore. *q*
Semineces ad terram, immani mole ſequutâ, *m*

ORDO.

Aliâ parte Mezéntius, horréndus viſu, quaſſábat Etrúſcam pinum, et infert fumíferos ignes. At Meſſápus, dómitor equórum, Neptúnia proles, reſcíndit vallum, et poſcit ſcalas in mœnia *ſcandénda*. Vos *Muſæ*, *præcípuè* ô Calliope, precor, aſpiráte *mihi* canénti; quas ſtrages, quæ fúnera Turnus tum ediderit ibi ferro, quem virum quiſque demíſerit orco: et evólvite ingéntes oras belli mecum: enim, Divæ, et meminíſtis, et potéſtis memoráre. Erat turris vaſto ſuſpéctu, et altis póntibus, opportúna loco: quam omnes Itali certábant expugnáre ſummis viribus, everteréque ſummâ vi opum: contrà Troës *conabántur* defén-dere ſaxis, denſíque intorquére tela per cavas fenéſtras. Turnus prin-ceps conjécit ardéntem lámpada, et affixit flammam láteri: quæ *flam-ma* plúrima, *i. e. aucta* vento corripuit tábulas, et hæſit póſtibus adéſis. *Trojáni* turbáti *cœpérunt* trepidáre intùs, fruſtráque velle fugam malórum: dum glómerant ſe, reſidúntque retrò in *eam* partem, quæ caret peſte; tum turris procúbuit ſúbito póndere, et omne cœlum tonat fra-góre. *Troës* ſemineces véniunt ad terram, immáni mole *turris* ſequútâ,

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Confixique

Confixique ſuis telis, et pectora duro *f*
Transfoſſi ligno, veniunt. Vix unus Helenor, *g*
Et Lycus elapſi: quorum primævus Helenor, *m*
Mæonio regi quem ſerva Lycimnia furtim *n*
Suſtulerat, vetitiſque ad Trojam miſerat armis: *l*
Enſe levis nudo, parmâque inglorius albâ. *m*
Iſque ubi ſe Turni media inter millia vidit; *p*
Hinc acies, atque hinc acies aſtare Latinas: *p*
Ut fera, quæ denſâ venantum (a) ſepta coronâ *m*
Contra tela furit, ſeſeque haud neſcia morti *m*
Injicit, et ſaltu ſupra venabula fertur; *m*
Haud aliter juvenis medios moriturus in hoſtes *i*
Irruit; et, qua tela videt denſiſſima, tendit. *p*
At pedibus longe melior Lycus, inter et hoſtes *o*
Inter et arma fugâ muros tenet; altaque certat *q*
Prendere tecta manu, (b) ſociûmque attingere dextras. *k*
Quem Turnus pariter curſu, teloque ſequutus, *f*
Increpat his victor: Noſtraſne evadere, demens, *m*
(b) Sperâſti te poſſe manus? ſimul arripit ipſum *c*
Pendentem, et magna muri cum parte revellit. *a*
Qualis ubi, aut leporem, aut candenti corpore cycnum *l*
Suſtulit alta petens pedibus Jovis armiger uncis: *i*

ORDO.

confixíque ſuis telis, et transfóſſi *per* péctora duro ligno. Vix unus Helénor et Lycus *ſunt* eláplí: quorum Helénor *erat* primævus, quem ſerva Lycímnia furtim ſuſtúlerat Mæónio regi, miſerátque ad Trojam vétitis armis: *erat* levis nudo enſe, ingloriúſque albâ parmâ. Ubique is vidit ſe inter média míllia Turni; Latínas ácies aſtáre hinc, atque ácies hinc: ut fera, quæ ſepta denſâ corónâ venántium, furit contra tela, haudque néſcia ínjicit ſeſe morti, et fertur ſaltu ſupra venábula; haud áliter júvenis *Helénor*, moritúrus, írruit in médios hoſtes; et tendit, quâ *parte* vidit tela denſíſſima. At Lycus longè mélior pédibus, et inter hoſtes, et inter arma tenet muros fugâ, certátque prendere alta tecta manu, attingeréque dextras ſociórum. Quem Turnus ſequútus páriter curſu, telóque, victor íncrepat his *verbis*: *tu*-ne demens ſperavíſti te poſſe evádere noſtras manus? ſimul árripit ipſum pendéntem, et revéllit *eum* cum magnâ parte muri. Qualis ubi *Aquila* ármiger Jovis, petens alta, ſúſtulit aut léporem, aut cycnum candénti córpore uncis pédibus:

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.*

Quæſitum

Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à ſtabulis rapuit lupus. Undique clamor
(a) Tollitur: invadunt, et foſſas aggere complent:
Ardentes tædas alii ad faſtigia jactant.
Ilioneus ſaxo, atque ingenti fragmine montis,
Lucetium, portæ ſubeuntem, igneſque ferentem:
Emathiona Liger, Chorinæum ſternit Aſylas:
Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagittâ:
Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus:
Turnus Ityn, Cloniumque, Dioxippum, Promulumque
Et Sagarim, et ſummis ſtantem pro turribus Idam:
Privernum Capys: hunc primo levis haſta Themillæ
Strinxerat: ille manum projecto tegmine demens
Ad vulnus tulit: ergo alis allapſa ſagitta,
Et lævo infixa eſt lateri manus, abditaque intus
(a) Spiramenta animæ letali vulnere rupit.
Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
(b) Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Iberâ,
Inſignis facie: genitor quem miſerat Arcens,
Eductum Martis luco, Simethia circum
Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici.
Stridentem fundam poſitis Mezentius armis

a i m g m p k l l k m b l f c f l n e a q g

O R D O.

aut *quando* Mártius lupus rápuit agnum à ſtábulis, quæſítum matri multis balátibus. Clamor tóllitur úndique: invádunt et complent foſſas ággere: álii jactant ardéntes tædas ad faſtígia *murórum*. Ilioneus *ópprimit* Lucétium, ſubeúntem portæ, ferentémque ignes, ſaxo, atque ingénti frágmine montis: Liger *ſternit* Emathiona; Aſylas ſternit Chorinæum: hic bonus jáculo, hic *bonus* ſagíttâ falléntе longè: Cæneus *óccidit* Ortygium, Turnus *óccidit* Cænea victórem: Turnus *intérficit* Ityn, Cloniúmque, Dioxíppum, Promulúmque, et Ságarim, et Idam ſtantem pro ſummis túrribus: Capys *necat* Privérnum: levis haſta Themillæ ſtrínxerat hunc primò: ille demens, tégmine projécto, tulit manum ad vulnus: ergo ſagítta *eſt* allápſa alis, et manus eſt infixa lævo láteri, rupítque ſpirámina ánimæ ábdita intus letáli vúlnere. Fílius Arcéntis ſtabat in egrégiis armis, pictus *per* chlámydem acu, et clarus Ibéríâ ferrúgine, *et* inſignis fácie: quem génitor Arcens míſerat Ænéæ, edúctum luco Martis, circum Siméthia flúmina, ubi pinguis et placábilis ara Palíci *eſt*. Mezéntius ipſe, armis póſitis, egit ſtridéntem fundam,

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Ipſe

Ipſe ter adducta circum caput egit habenâ: *n*
Et media adverſi liquefacto tempora plumbo *p*
Diffidit, ac multâ porrectum extendit arenâ. *m*
Tum primum bello celerem intendiſſe ſagittam *g*
Dicitur, ante feras ſolitus terrere fugaces, *k*
Aſcanius: fortemque manu fudiſſe Numanum, *p*
Cui Remulo cognomen erat; Turnique minorem *p*
Germanam, nuper thalamo ſociatus, habebat. *c*
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu *f*
Vociferans, (a) tumiduſque novo præcordia regno *k*
Ibat, et ingenti ſeſe clamore ferebat: *m*
Non pudet obſidione iterum valloque teneri, *k*
Bis capti Phryges, et morti prætendere muros? *f*
En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt! *f*
Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit? *l*
Non hic (b) Atridæ: nec fandi fictor Ulyſſes: *a*
(c) Durum à ſtirpe genus. Natos ad flumina primùm *f*
Deferimus, ſævoque gelu duramus et undis. *p*
Venatu invigilant pueri, ſylvaſque (c) fatigant: *e*
Flectere ludus equos, et (d) ſpicula tendere cornu. *q*
At patiens operum parvoque aſſueta juventus, *l*
Aut raſtris terram (d) domat, aut quatit oppida bello. *c*

ORDO.

habénâ addúctâ ter circum caput: et diffidit média témpora *júvenis* advérſi liquefácto plumbo, ac exténdit *eum* porréctum multâ aréná. Tum primùm Aſcánius dicitur intendíſſe célerem ſagíttam bello, ſólitus terrére fugáces feras *his* antè: manúque fudíſſe fortem Numánum, cui Rémulo erat cognómen; habebátque minórem Germánam Turni *uxórem*, nuper ſociátus *illi* thálamo. Is, ante primam áciem, vocíferans digna atque indígna relátu, tumidúſque *quoad* præcórdia novo regno, ibat et ferébat ſeſe ingénti clamóre: *ait*, non pudet *vos ó* Phryges bis capti, íterum teneri obſidióne vallóque, et præténdere muros morti? en *illos*, qui poſcunt noſtra connúbia ſibi bello! quis Deus, quæ deméntia adégit vos *in* Itáliam? Atrídæ non *ſunt* hic: nec Ulyſſes fictor fandi: *ſed* durum genus à ſtirpe. Deférimus natos ad flúmina primùm, duramúſque *eos* ſævo gelu et undis: púeri invígilant venátu, fatigántque ſylvas: ludus *eórum eſt* fléctere equos, et téndere ſpícula cornu. At juvéntus, pátiens óperum, aſſuetáque parvo, aut domat terram raſtris, aut quatit óppida bello.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Metaphora.* (d) *Synecdoche.*

Omne ævum ferro teritur, versâque (a) juvencûm g
Terga (b) fatigamus haſtâ. Nec (c) tarda ſenectus 610 m
Debilitat vires animi, mutatque vigorem. p
Canitiem galeâ premimus: ſemperque recentes k
Convectare juvat prædas, et vivere rapto. f
Vobis picta croco et fulgenti murice veſtis: f
Deſidiæ (c) cordi: juvat indulgere choreis: 615 p
Et tunicæ manicas et habent redimicula mitræ. i
O vere Phrygiæ, neque enim Phryges! ite per alta d
Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum. p
Tympana vos buxuſque vocat Berecynthia matris o
Idææ: ſinite arma viris, et cedite (c) ferro. 620 e
Talia jactantem dictis, ac dira canentem m
Non tulit Aſcanius: nervoque obverſus equino l
Contendit telum: diverſaque brachia ducens, b
Conſtitit, antè Jovem ſupplex per vota precatus: l
Jupiter omnipotens, audacibus annue cœptis. 625 q
Ipſe tibi ad tua templa feram ſolemnia dona: k
Et ſtatuam ante aras auratâ fronte juvencum m
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem; e
Jam cornu petat, et pedibus qui ſpargat arenam. e
(a) Audiit, et cœli genitor de parte ſerena 630 p

ORDO.

Omne ævum téritur ferro, fatigamúſque terga juvencórum versâ haſtâ. Nec tarda ſenéctus debilitat vires ánimi, mutátque vigórem. Prémimus canitiem gáleâ; juvátque *nos* ſemper convéctáre recéntes prædas, et vivere rapto. *Eſt* vobis veſtis picta croco et fulgénti múrice: deſídiæ *ſunt vobis* cordi: juvat *vos* indulgére choréis: et *veſtræ* túnicæ habent mánicas et redimícula mitræ. O verè Phrygiæ *mulieres*, neque enim *eſtis* Phryges! ite per alta Díndyma, ubi tíbia dat bíforem cantum *vobis* aſſuétis *huic ſono*. Tympana, Berecynthiáque buxus, *i. e. búxea tíbia* Idææ matris vocat vos: ſínite arma viris, et cédite ferro. Aſcánius non tulit *eum* jactántem tália dictis, ac canéntem dira: obverſúſque conténdit telum equíno nervo: ducénſque bráchia divérſa, cónſtitit, ſupplex precátus Jovem per vota antè: omnípotens Júpiter, ánnue *meis* audácibus cœptis. Ipſe feram ſolémnia dona tibi ad tua templa: et ante aram ſtátuam candéntem juvéncum aurátâ fronte, ferentémque caput páriter cum matre: *qui* jam petat cornu, et qui ſpargat arénam pédibus. Génitor *Deórum* audívit, et de ſerénâ parte cœli intónuit lævum.

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Intonuit

Intonuit lævum. Sonat unà letifer arcus: *p*
Et fugit (a) horrendum ſtridens elapſa ſagitta, *m*
Perque caput Remuli venit, et cava tempora (b) ferro *i*
Trajicit. I, verbis virtutem illude ſuperbis. *m*
Bis capti Phryges hæc Rutulis reſponſa remittunt. *e*
Hæc tantum Aſcanius: Teucri clamore ſequuntur, *f*
Lætitiâque fremunt, animoſque ad ſidera tollunt. *k*
Æthereâ tum forte plagâ crinitus Apollo *p*
Deſuper Auſonias acies urbemque videbat, *k*
Nube ſedens: atque his victorem affatur Iülum: *m*
Macte novâ virtute, puer: ſic itur ad aſtra; *p*
Dîs genite, et geniture Deos: jure omnia bella *k*
Gente ſub Aſſaraci fato ventura (c) reſident: *l*
Nec te Troja capit. Simul hæc effatus, ab alto *e*
Æthere ſe mittit, (c) ſpirantes dimovet auras, *m*
Aſcaniumque petit: forma tum vertitur (d) oris *l*
Antiquum in Buten. Hic Dardanio Anchiſæ * *b*
Armiger ante fuit, fiduſque ad limina cuſtos: *l*
Tum comitem Aſcanio pater addidit. Ibat Apollo *i*
(e) Omnia longævo ſimilis, vocemque, coloremque *p*
Et crines albos, et ſæva ſonoribus arma: *b*
Atque his ardentem dictis affatur Iülum: *a*

ORDO.

Létifer arcus ſonat unà: et ſagitta elápſa fugit ſtridens horréndùm, venítque per caput Rémuli, et trájicit *ejus* cava témpora ferro. I, illúde virtútem ſupérbis verbis. Phryges bis capti remíttunt hæc reſpónſa Rútulis. Aſcánius *dixit* hæc tantùm: Teucri ſequúntur clamóre, fremúntque lætítiâ, tollúntque animos ad ſidera. Tum fortè crinitus Apóllo æthéreâ plagâ déſuper vidébat Auſónias ácies urbémque, ſedens nube: atque affatur Iülum victórem his *verbis:* macte novâ virtúte, puer: ſic itur ad aſtra; génite Diis, et genitúre Deos: ómnia bella, ventúra fato, jure réſident ſub gente Aſſáraci: nec Troja capit te. Simul effátus hæc, mittit ſe ab alto æthere, dimovet ſpiránteſ auras, petítque Aſcánium: tum forma oris vértitur in antíquum Buten. Hic ſuit ármiger Dardánio Anchíſæ antè, fidúſque cuſtos ad límina: tum pater *Ænéas* áddidit *hunc* cómitem Aſcánio. Apóllo ibat ſímilis longævo *quoad* ómnia, vocémque, colorémque, et albos crines, et arma ſæva ſonóribus: atque affátur ardéntem Iúlum his dictis:

(a) *Antimeria.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.* (d) *Synecdoche.* (e) *Helleniſmus.*

Sit ſatis, (a) Æneide, telis impune Numanum *l*
Oppetiiſſe tuis: primam hanc tibi magnus Apollo *q*
Concedit laudem, et paribus non invidet armis. *g*
(b) Cætera parce, puer, bello. Sic orſus Apollo, *l*
Mortales medio aſpectus ſermone reliquit, *f*
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. *k*
Agnovere Deum proceres divinaque tela *e*
(a) Dardanidæ, pharetramque fugâ ſenſere ſonantem. *k*
Ergo avidum pugnæ dictis ac numine Phœbi *m*
Aſcanium prohibent: ipſi in certamina rurſus *l*
Succedunt, animaſque in aperta pericula mittunt. *d*
It clamor totis per propugnacula muris. *a*
Intendunt acres arcus, amentaque torquent. *a*
Sternitur omne ſolum telis: tum ſcuta cavæque *l*
Dant ſonitum flictu galeæ, pugna aſpera (c) ſurgit. *p*
Quantus ab occaſu veniens pluvialibus hœdis *o*
Verberat imber humum: quam multâ grandine nimbi *l*
In vada præcipitant, cum Jupiter horridus Auſtris *q*
Torquet aquoſam hyemem, et cœlo cava nubila rumpit. *q*
Pandarus et Bitias, Idæo Alcanore creti, *l*
Quos Jovis eduxit luco ſylveſtris Hiera, *m*
(d) Abietibus juvenes patriis et montibus æquos, *k*

O R D O.

Ænéide, ſit ſatis oppetiviſſe Numánum tuis telis impúne: magnus Apóllo concédit hanc primam laudem tibi, et non invidet *tuis* armis páribus. Cæterà parce bello, puer. Apóllo, ſic orſus, relíquit mortáles aſpéctus médio ſermóne, et evánuit procùl ex óculis in ténuem auram. Próceres, Dardánidæ, agnovére Deum, divináque tela, ſenſeréque ſonántem pharétram fugâ. Ergo próhibent Aſcánium ávidum pugnæ, dictis ac númine Phœbi: ipſi rurſus ſuccédunt in certámina, mittúntque ánimas in apérta perícula. Clamor it per propugnácula totis muris: inténdunt acres arcus, torquéntque aménta. Omne ſolum ſternitur telis: tum ſcuta cavæque gáleæ dant ſónitum flictu *ſpiculórum, et* áſpera pugna ſurgit. Quantus imber véniens *ſtellis* pluviálibus hœdis ab occáſu *ſolis* vérberat humum: quàm multâ grándine nimbi præcípitant in vada, cùm Júpiter hórridus Auſtris torquet aquóſam hyemem, et rumpit cava núbila cœlo. Pándarus et Bítias, creti Idæo Alcánore, quos ſylvéſtris Hiéra edúxit luco Jovis, júvenes æquos patriis abiétibus et móntibus,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Antimeria.* (c) *Metaphora.* (d) *Synæreſis.*

Portam,

Portam, quæ ducis imperio commiſſa, recludunt, e
Freti armis, ultroque invitant mœnibus hoſtem. a
Ipſi intus, dextrâ ac lævâ, pro turribus aſtant, a
Armati (a) ferro, et criſtis capita alta (b) coruſci. b
Quales aëriæ liquentia flumina circum, h
Sive Padi ripis, Atheſin ſeu propter amœnum, p
Conſurgunt geminæ quercus, intonſaque cœlo f
Attollunt capita, et ſublimi vertice nutant. f
Irrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentes. e
Continuo Quercens, et pulcher Equicolus armis, n
Et præceps animi Tmarus, et Mavortius Hæmon e
Agminibus totis aut verſi terga dedere, m
Aut ipſo portæ (c) poſuere in limine vitam. g
Tum magis increſcunt animis diſcordibus iræ: p
Et jam collecti Troës (c) glomerantur eodem, b
Et conferre manum et procurrere longius audent. h
Ductori Turno diverſa in parte furenti, a
Turbantique viros, perfertur nuncius: hoſtem f
(c) Fervere cæde novâ, et portas præbere patentes. l
Deſerit inceptum, atque immani concitus irâ m
Dardaniam ruit ad portam, fratreſque ſuperbos. l
Et primum Antiphaten, is enim ſe primus agebat, e

ORDO.

reclúdunt portam, quæ *erat* commiſſa *ipſis* império ducis, freti armis, ultróque invítant hoſtem mœnibus. Ipſi intus aſtant pro túrribus dextra ac lævâ, armáti ferro, et corúſci *quoad* alta cápita criſtis. Quales géminæ aériæ quercus conſúrgunt circum liquéntia flúmina, ſive ripis Padi, ſeu propter amœnum Atheſin, attollúntque intónſa cápita cœlo, et nutant ſublími vértice. Rútuli irrúmpunt, ut vidére áditus paténtes. Contínuò Quercens, et Equícolus pulcher armis, et Tmarus præceps ánimi, et Mavórtius Hæmon, aut verſi dedére terga totis agmínibus *hóſtium*, aut poſuére vitam in límine ipſo portæ. Tum iræ magis increſcunt diſcórdibus ánimis: et jam Troes collécti glomerántur eódem, et audent conférre manum, et procúrrere lóngiùs. Núncius perfértur Turno ductóri furénti in divérsâ parte, turbantíque viros: hoſtem férvere novâ cæde, et præbére portas paténtes. *Ille* déſerit incéptum, atque cóncitus immáni irâ ruit ad Dardániam portam, ſuperbóſque fratres. Et primùm, jáculo conjécto, ſternit Antíphaten, nothum, alti Sarpédonis de Thebánâ matre,

(a) *Metonymia.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Metaphora.*

Thebana

Thebana de matre nothum Sarpedonis alti, g
Conjecto ſternit jaculo: volat Itala (a) cornus c
Aëra per tenuem, ſtomachoque infixa ſub altum k
Pectus abit: reddit (b) ſpecus atri vulneris (b) undam p
Spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepeſcit. a
Tum Meropem atque Erymantha manu, tum ſternit Aphydnum: k
Tum Bitian (b) ardentem oculis animiſque frementem: o
Non jaculo, neque enim jaculo vitam ille dediſſet; k
Sed (c) magnum ſtridens contorta falarica venit b
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga, q
Nec duplici ſquamâ lorica fidelis et auro n
Suſtinuit: collapſa ruunt immania membra! p
Dat tellus gemitum, et clypeum ſuper (b) intonat ingens. d
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam l
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante l
Conſtructam jaciunt ponto: ſic illa ruinam f
Prona trahit, penituſque vadis illiſa recumbit: k
Miſcent ſe maria, et nigræ attolluntur arenæ: f
Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile k
Inarime Jovis imperiis impoſta Typhoëo. k
Hic Mars armipotens animum viresque Latinis e

ORDO.

enim is primus agébat ſe *óbvium:* Itala cornus volat per ténuem áëra, infixáque ſtómacho, abit ſub altum pectus: ſpecus atri vúlneris reddit ſpumántem undam *ſánguinis*, et ferrum tepéſcit in fixo pulmóne. Tum *ſternit* Méropem atque Erymántha manu, tum ſternit Aphydnum: tum Bitian ardéntem óculis, frementémque ánimis; non jáculo, neque enim ille dediſſet vitam jáculo; ſed falárica contórta ſtridens magnùm venit acta modo fúlminis, quam nec duo táurea terga, nec fidélis lorica, *defenſa* dúplici ſquamâ et auro, ſuſtínuit: immánia membra ruunt collápſa: tellus dat gémitum, et ingens *Bítias cadens* ſuper clypeum íntonat. Qualis, in Euboico líttore Baiárum, quondam ſáxea pila cadit, quam, conſtrúctam antè magnis mólibus, jáciunt ponto: ſic illa *cadens* prona trahit ruínam, penitúſque recúmbit illíſa vadis: mária miſcent ſe, et nigræ arénæ attollúntur: tum alta *ínſula* Próchyta tremit ſónitu, Inariméque *ínſula* impófita Typhoéo *quaſi* durum cubíle impériis Jovis. Hìc Mars armípotens áddidit ánimum viréſque Latínis,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Antimeria.*

Addidit,

Addidit, et ſtimulos acres ſub pectore vertit: *l*
Immiſitque fugam Teucris, atrumque timorem. *f*
Undique conveniunt: quoniam data copia pugnæ, *i*
Bellatorque animo Deus (a) incidit. *d*
Pandarus, ut fuſo Germanum corpore cernit, *m*
Et quo ſit fortuna loco, qui caſus agat res, *g*
Portam vi multâ converſo cardine torquet, *a*
Obnixus latis humeris: multoſque ſuorum *g*
Mœnibus excluſos, duro in certamine linquit: *m*
Aſt alios ſecum includit, recipitque ruentes: *n*
Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem *e*
Viderit irrumpentem, ultroque incluſerit urbi, *m*
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim. *d*
Continuo nova lux oculis effulſit, et arma *k*
(b) Horrendum ſonuere: tremunt in vertice criſtæ *e*
Sanguineæ, clypeoque micantia fulgura mittit. *i*
Agnoſcunt faciem inviſam atque immania membra *f*
Turbati ſubito (c) Æneadæ: tum Pandarus ingens *e*
Emicat, et mortis fraternæ fervidus irâ *m*
Effatur: non hæc dotalis regia Amatæ, *a*
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum. *d*
Caſtra inimica vides: nulla hinc exire poteſtas. *l*

ORDO.

et vertit acres ſtímulos ſub péctore *eórum:* immiſítque fugam, atrúmque timórem Teucris. *Latíni* convéniunt úndique, quóniam copia pugnæ *eſt* data *ipſis*, Deúſque Bellátor incidit ánimo. Pándarus, ut cernit Germánum córpore fuſo, et *in* quo loco fortúna ſit, qui caſus agat res, torquet portam multâ vi cárdine convérſo, obníxus latis húmeris: linquítque multos ſuórum exclúſos mœnibus, in duro certámine: aſt inclúdit álios ſecum, recepítque *eos* ruéntes: demens! qui non víderit Rútulum regem, in médio ágmine, irrumpéntem, ultroque inclúſerit *eum* urbi, véluti immánem tigrim inter inértia pécora. Continuò nova lux effúlſit óculis *Turni*, et *ejus* arma ſonuére horréndùm: ſanguíneæ criſtæ tremunt in vértice, mittítque micántia fúlgura clypeo. Æneádæ turbáti ſúbitò agnóſcunt inviſam fáciem atque immánia membra: tum ingens Pándarus émicat, et férvidus irâ fratérnæ mortis effátur: hæc non *eſt* dotális régia Amátæ, nec média Ardea cóhibet Turnum pátriis muris. Vides inimíca caſtra: *eſt* nulla potéſtas exíre hinc.

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.* (c) *Antonomaſia.*

Olli

Olli ſubridens ſedato pectore Turnus:
Incipe, ſiqua animo virtus, et conſere dextram:
Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat: ille rudem nodis et cortice crudo
Intorquet, ſummis adnixus viribus, haſtam.
Excepere auræ vulnus: Saturnia Juno
Detorſit veniens, portæque infigitur haſta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat,
Effugies: neque enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait, et ſublatum alte conſurgit in enſem:
Et mediam (a) ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, impubeſque immani vulnere malas.
Fit ſonus, ingenti concuſſa eſt pondere tellus:
Collapſos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.
Diffugiunt verſi trepidâ formidine Troes.
Et ſi continuo victorem ea cura ſubiſſet,
Rumpere clauſtra manu, ſocioſque immittere portis,
Ultimus ille dies bello gentique fuiſſet.
Sed furor (b) ardentem cædiſque inſana cupido
Egit in adverſos.

ORDO.

Turnus ſubridens olli *ait* ſedato pectore: incipe, ſi qua virtus *eſt* animo, et conſere dextram; narrabis Priamo Achillem *eſſe* inventum hic etiam. Dixerat: ille intorquet haſtam rudem nodis et crudo cortice, adnixus ſummis viribus. Auræ excepere vulnus: Saturnia Juno veniens detorſit *eam*, haſtaque infigitur portæ. At non effugies hoc telum, quod mea dextera verſat vi: neque enim *eſt* is, *i. e. idem* auctor teli nec vulneris. Sic *Turnus* ait, et conſurgit alte in enſem ſublatum: et ferro dividit mediam frontem *Pandari* inter gemina tempora, impubeſque malas immani vulnere. Sonitus fit, *et* tellus eſt concuſſa ingenti pondere. Moriens trahit collapſos artus, atque arma cruenta cerebro humi: atque caput pependit illi æquis partibus huc atque illuc ex utroque humero. Troes verſi trepidâ formidine diffugiunt. Et ſi continuo ea cura ſubiviſſet victorem *Turnum* rumpere clauſtra manu, immitteréque ſocios portis; ille dies fuiſſet ultimus bello gentique *Trojanorum*. Sed furor inſanáque cupido cædis egit *eum* ardentem in advérſos *hoſtes*.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Principio

Principio Phalarim, et ſucciſo poplite Gygen *l*
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit haſtas *o*
In tergum: Juno vires animumque miniſtrat. *b*
Addit Halyn comitem, et confixâ Phegea parmâ: *l*
Ignaros deinde in muris, (a) Martemque cientes, *a*
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Pytanimque. *d*
Lyncea tendentem contra, ſocioſque vocantem, *n*
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter *h*
Occupat; huic uno dejectum cominus ictu *m*
Cum galea longe jacuit caput: inde ferarum *o*
Vaſtatorem Amycum, quo non felicior alter *f*
Ungere tela manu (a) ferrumque armare veneno: *l*
Et Clytium (b) Æoliden, et amicum Cretea Muſis: *k*
Cretea Muſarum comitem; cui carmina ſemper *p*
Et citharæ (a) cordi, numeroſque intendere nervis; *p*
Semper equos atque arma (c) virûm pugnaſque canebat. *p*
Tandem ductores auditâ cæde ſuorum *a*
Conveniunt Teucri, Mneſtheus acerque Sereſtus: *m*
Palanteſque vident ſocios, hoſtemque receptum. *e*
Et Mneſtheus, quo deinde fugam? quo tenditis? inquit, *g*
Quos alios muros, quæ jam ultra mœnia habetis? *m*
Unus homo, veſtris, ô cives, undique ſeptus *m*

ORDO.

Princípio éxcipit Phálarim, et Gygen póplite ſuccíſo: hinc íngerit haſtas raptas *ab occíſis* in tergum fugiéntibus: Juno miníſtrat vires animúmque. Addit Halyn cómitem *bis*, et Phégea, parmâ *ejus* confixâ: deínde ignáros *ſui ingréſſus* in muris, cientéſque Martem, *i. e. pugnam* Alcandrúmque, Haliúmque, Noëmonáque, Prytanímque. Connixus dexter ab ággere óccupat Lyncea tendéntem contrà, vocantémque ſócios, vibránti gládio; caput huic, cóminus dejéctum uno ictu, jácuit longè cum gáleâ: inde *intérficit* Amycum vaſtatórem ferárum, quo non *erat* alter felícior úngere tela manu, armaréque ferrum venéno: et Clytium Æóliden, et Crétea amícum Muſis: Crétea cómitem Muſárum; cui cármina ſemper et cítharæ *fuérunt* cordi, intenderéque números nervis; ſemper canébat equos, atque arma virórum, pugnáſque. Tandem Teucri ductóres, Mneſtheus acérque Seréſtus, cæde ſuórum auditâ, convéniunt: vidéntque ſócios palántes, hoſtémque recéptum *muris*. Et Mneſtheus inquit, quò deínde *dirígitis* fugam? quò ténditis? quos álios muros, quæ mœnia jam habétis ultra? ô cives, *an* unus homo, ſeptus veſtris aggéribus úndique,

(a) *Metonymia.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Syncope.*

Aggeribus, tantas ſtrages impune per urbem *m*
Ediderit? juvenum primos tot miſerit Orco? *l*
Non infelicis patriæ, veterumque Deorum, *c*
Et magni Æneæ ſegnes miſeretque pudetque? *b*
Talibus (a) accenſi firmantur, et agmine denſo *n*
Conſiſtunt. Turnus paulatim excedere pugnâ, *a*
Et fluvium petere ac partem quæ cingitur amni. *l*
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno, *m*
Et (a) glomerare manum. Ceu ſævum turba leonem *l*
Cum telis premit infenſis: at territus ille *f*
Aſper, (b) acerba tuens, retro redit: et neque terga *q*
Ira dare aut virtus patitur; nec tendere contra *p*
Ille quidem hoc cupiens potis eſt per tela viroſque. *k*
Haud aliter retrò dubius veſtigia Turnus *p*
Improperata refert, et mens (a) exæſtuat irâ. *l*
Quin etiam bis tum medios invaſerat hoſtes, *p*
Bis converſa fugâ per muros agmina vertit. *f*
Sed manus è caſtris propere coit omnis in unum: *o*
Nec contra vires audet Saturnia Juno *a*
Sufficere: aëream cœlo nam Jupiter Irim *l*
Demiſit, germanæ haud (a) mollia juſſa ferentem; *b*
Ni turnus cedat Teucrorum mœnibus altis. *a*

ORDO.

ediderit tantas ſtrages per urbem impúnè? míſerit tot, primos júvenum, orco? Non miſerétque pudétque *vos* ſegnes infelícis pátriæ, veterúmque Deórum, et magni Ænéæ? Accénſi tálibus *verbis* firmántur, et conſiſtunt denſo ágmine. Turnus paulátim *incipit* excédere pugnâ, et pétere flúvium, ac *eam* partem, quæ cíngitur amni. Teucri *pergunt* ácriùs hoc incúmbere magno clamóre, et glomeráre manum. Ceu cùm turba premit ſævum leónem infénſis telis: at ille térritus, aſper, tuens acérbà, redit retro: et neque ira aut virtus pátitur *eum* dare terga; nec ille quidem eſt potis téndere contra per tela viróſque, cúpiens hoc. Haud áliter Turnus, dúbius refert improperáta veſtígia retrò, et *ejus* mens exæſtuat irâ. Quin étiam tum bis inváſerat médios hoſtes, bis vertit ágmina convérſa *in ſe* fugâ per muros. Sed omnis manus coit próperè è caſtris in *eum* unum: nec Satúrnia Juno audet ſufficere vires *Turno* contra *Teucros:* nam Júpiter demíſit aëream Irim cœlo, feréntem haud móllia juſſa germánæ; ni Turnus cedat altis mœnibus Teucrórum.

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.*

Ergo

Ergo nec clypeo juvenis ſubſiſtere tantum, *e*
Nec dextrâ valet: injectis ſic undique telis *f*
Obruitur. Strepit aſſiduo cava tempora circum *i*
Tinnitu galea, et ſaxis ſolida æra fatiſcunt: *h*
Diſcuſſæque jubæ capiti, nec ſufficit umbo *e*
Ictibus; ingeminant haſtis et Troës, et ipſe *l*
(a) Fulmineus Mneſtheus: tum toto corpore ſudor *m*
Liquitur; et (a) piceum, nec reſpirare poteſtas, *l*
Flumen agit: feſſos quatit æger anhelitus artus. *o*
Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis *a*
In fluvium dedit: ille ſuo cum gurgite flavo *k*
Accepit venientem, ac (a) mollibus extulit undis: *h*
Et lætum ſociis ablutâ (b) cæde remiſit. *f*

ORDO.

Ergo júvenis valet ſubſíſtere tantum *ímpetum* nec clypeo nec dextrâ: ſic obrúitur telis injéctis úndique. Gálea, circum cava témpora, ſtrepit aſſíduo tinnítu, et ſólida æra fatíſcunt ſaxis: jubæque *ſunt* diſcúſſæ cápiti, nec umbo ſúfficit íctibus; et Troës, et fulmíneus Mneſtheus ipſe ingéminant haſtis: tum ſudor líquitur toto córpore; et agit píceum flumen, nec *eſt* potéſtas reſpiráre: æger anhélitus quatit feſſos artus. Tum demum præceps dedit ſeſe *cum* ómnibus armis ſaltu in flúvium: ille *flúvius* accépit *eum* veniéntem cum ſuo flavo gúrgite, ac éxtulit *eum* móllibus undis: et remíſit *eum* lætum ſóciis, cæde ablútâ.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER X.

PAnditur interea domus omnipotentis Olympi: *i*
Conciliumque vocat (a) Divûm pater atque hominum rex *q*
Sideream in ſedem, terras unde arduus omnes, *m*
Caſtraque (a) Dardanidum aſpectat, populoſque Latinos. *q*
Conſidunt (b) tectis bipatentibus: incipit ipſe: 5 *c*
Cœlicolæ magni, quianam ſententia vobis *p*
(c) Verſa retro? tantumque animis certatis iniquis? *p*
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris: *p*
Quæ contra vetitum diſcordia? quis metus, aut hos, *h*
Aut hos arma ſequi (d) ferrumque laceſſere ſuaſit? 10 *h*
Adveniet juſtum pugnæ, ne accerſite, tempus: *m*
Cum fera (d) Carthago Romanis arcibus olim *g*
Exitium magnum atque Alpes immittet apertas: *m*

ORDO.

Intérea domus omnipoténtis Olympi pánditur: patérque Divórum atque rex hóminum vocat concílium in fidéream ſedem, unde árduus aſpéctat omnes terras, caſtráque Dardanidárum, Latinóſque pópulos. *Súperi* conſídunt tectis bipaténtibus: *Júpiter* ipſe íncipit *ſic:* magni cœlícolæ, quíanam *eſt* ſenténtia verſa retro vobis? certatíſque tantùm iníquis ánimis? *Ego* abnúeram Itáliam concúrrere Teucris bello: quæ *eſt hæc* diſcórdia contra *meum* vétitum? quis metus ſuaſit, aut hos *Italos*, aut hos *Teucros* ſequi arma, laceſſeréque ferrum? Juſtum tempus pugnæ advéniet, ne accérſite. Cùm olim fera Carthágo immíttet magnum exítium, atque apértas Alpes Románis árcibus:

(a) *Syncope.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metaphora.* (d) *Metonymia.*

Tum

Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebit: *b*
Nunc ſinite, et placitum læti componite fœdus. *l*
Jupiter hæc paucis: at non Venus aurea contra *n*
Pauca refert. *m*
O pater, ô hominum (a) Divûmque æterna poteſtas, *l*
(Namque aliud quid ſit, quod jam implorare queamus?) *m*
Cernis ut inſultent Rutuli? Turnuſque feratur *p*
Per medios inſignis equis, tumiduſque ſecundo *o*
(b) Marte ruat? non clauſa tegunt jam mœnia Teucros: *p*
Quin intra portas atque ipſis prœlia miſcent *a*
Aggeribus murorum, et inundant ſanguine foſſæ. *p*
Æneas ignarus abeſt. Numquamne levari *m*
Obſidione ſines? muris iterum imminet hoſtis *q*
Naſcentis Trojæ, necnon exercitus alter: *a*
Atque iterum in Teucros Ætolis ſurgit ab Arpis *m*
(c) Tydides. Equidem, credo, mea vulnera reſtant: *h*
Et tua progenies mortalia demoror arma. *q*
Si ſine pace tua atque invito numine Troës *l*
Italiam (a) petiere; luant peccata, neque illos *k*
Juveris auxilio: ſin tot reſponſa ſequuti, *l*
Quæ Superi Maneſque dabant; cur nunc tua quiſquam *p*
(d) Flectere juſſa poteſt? aut cur nova (d) condere fata? *q*

ORDO.

tum licébit certáre ódiis, tum *licébit* rapuíſſe *Trojánas* res. Nunc ſínite, et læti compónite plácitum fœdus. Júpiter *dixit* hæc paucis *verbis:* at áurea Venus refert non pauca contrà. *Ait*, ô pater, ô ætérna potéſtas hóminum Divorúmque, (namque quid áliud *numen* ſit, quod jam queámus imploráre?) cernis, ut Rútuli inſúltent? *ut*-que Turnus inſignis equis ferátur per médios, ruátque túmidus ſecúndo Marte? jam clauſa mœnia non tegunt Teucros: quin miſcent prœlia intra portas atque *in* aggéribus ipſis murórum, et foſſæ inúndant ſánguine. Ænéas ignárus *illárum rerum* abeſt *illinc*. Numquámne ſines *eos* levári obſidióne? íterum hoſtis imminet muris naſcéntis Trojæ, necnon alter exércitus: atque íterum Tydides ſurgit ab Ætólis Arpis in Teucros. Equidem, credo, mea vúlnera reſtant: et *ego* tua progénies démoror, *i. e. exſpécto* mortália arma. Si Troës petivére Itáliam ſine tuâ pace, atque *tuo* númine invíto; luant peccáta, neque *tu* júveris illos auxílio: ſin *fecérunt id* ſequúti tot reſpónſa *oraculórum*, quæ Súperi Manéſque dabant; cur nunc quiſquam poteſt fléctere tua juſſa? aut cur *poteſt* cóndere nova fata?

(a) *Syncope.* (b) *Metonymia.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Metaphora.*

Quid

Quid repetam exuſtas Erycino in littore claſſes? 36 *p*
Quid tempeſtatum regem, ventoſque furentes *a*
Æoliâ excitos, aut actam nubibus Irim? *m*
Nunc etiam Manes (hæc intentata manebat *m*
Sors rerum) movet: et ſuperis immiſſa repente 40 *e*
Alecto, medias (a) Italûm bacchata per urbes. *e*
Nil ſuper imperio moveor: ſperavimus iſta, *k*
Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mavis. *f*
Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua conjux *f*
(b) Dura: per everſæ, genitor, fumantia Trojæ 45 *p*
Excidia obteſtor; liceat dimittere ab armis *p*
Incolumem Aſcanium, liceat ſupereſſe nepotem. *i*
Æneas ſane ignotis jactetur in undis; *a*
Et, quamcumque viam dederit fortuna, ſequatur: *e*
Hunc tegere, et diræ valeam ſubducere pugnæ. 50 *p*
Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera, *o*
Idaliæque domus: poſitis inglorius armis *k*
(b) Exigat hic ævum: magna ditione jubeto *n*
(c) Carthago premat (c) Auſoniam: nihil urbibus inde *d*
Obſtabit Tyriis. Quid (b) peſtem evadere belli 55 *f*
Juvit, et Argolicos medium fugiſſe per ignes? *k*
Totque maris vaſtæque exhauſta pericula terræ, *n*

ORDO.

quìd répetam claſſes exúſtas in Erycíno líttore? quìd *mémorem* regem tempeſtátum, ſurentéſque ventos excítos Æóliâ, aut Irim actam núbibus? Nunc étiam *Juno* movet Manes (hæc ſors rerum manébat intentáta:) et Aléćto, repéntè immíſſa ſúperis *auris*, *eſt* baccháta per médias urbes Italórum. Móveor nil ſuper império: ſperávimus iſta, dum ſortúna fuit *propítia*: *illi* vincant, quos *tu* mavis víncere. Si eſt nulla régio, quam tua dura conjux det Teucris: génitor, obtéſtor *te* per fumántia excídia evérſæ Trojæ; líceat *mihi* dimíttere Aſcánium incólumem ab armis, líceat nepótem ſuperéſſe *mihi*. Ænéas jactétur ſanè in ignótis undis; et, quamcúmque viam fortúna déderit *illi*, ſequátur *eam*: váleam tégere hunc, et ſubdúcere *hunc* diræ pugnæ. Eſt *mihi* Amathus, eſt mihi celſa Paphos, atque Cythéra, Idaliæque domus: *Ænéas* inglórius éxigat ævum hìc, armis póſitis: jubéto *ut* Carthágo premat Auſóniam magnâ ditióne: nihil *ortum* inde, *i. e. ab Aſcánio* obſtábit Tyriis úrbibus. Quid juvit *Ænéam* evádere peſtem belli, et *eum* médium fugíſſe per Argólicos ignes? totque perícula maris vaſtæque terræ *fuíſſe* exhauſta,

(a) *Syncope.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

Dum

Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quærunt? o
Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremos, k
Atque ſolum quo Troja fuit? Xanthum et Simoënta p
Redde, oro, miſeris: iterumque (a) revolvere caſus d
Da, pater, Iliacos Teucris. Tum regia Juno l
Acta furore gravi: Quid me alta ſilentia cogis q
Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? m
Æneam hominum quiſquam (b) Divûmque ſubegit f
Bella ſequi, aut hoſtem regi ſe inferre Latino? m
Italiam (b) petiit fatis auctoribus, eſto, l
Caſſandræ impulſus furiis. Num linquere caſtra g
Hortati ſumus, aut vitam committere ventis? f
Num puero ſummam belli, num credere muros? m
Tyrrhenamve fidem, aut gentes agitare quietas: b
Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra n
Egit? ubi hic Juno, demiſſave nubibus Iris? n
Indignum eſt, Italos Trojam circumdare flammis f
Naſcentem, et patriâ Turnum conſiſtere terrâ; f
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater. b
Quid, face Trojanos atrâ vim ferre Latinis? m
Arva aliena (a) jugo premere, atque avertere prædas? k
Quid, ſoceros legere, et gremiis abducere pactas? k

ORDO.

dum Teucri quærunt Látium recidiváque Pérgama? Nonne *fuit* ſátius inſediſſe ſuprémos cíneres pátriæ, atque ſolum, quo Troja fuit? oro, redde Xanthum et Simoënta míſeris: daque Teucris, pater, íterum revólvere Iliacos caſus. Tum régia Juno, acta gravi furóre, *ait:* quìd cogis me rúmpere alta ſiléntia, et vulgáre obdúctum dolórem verbis? Quiſquam hóminum Divorúmque ſubégit Ænéan ſequi bella, aut inférre ſe hoſtem regi Latíno? Petívit Itáliam fatis auctóribus, impúlſus fúriis Caſſándræ, eſto. Num *nos* ſumus hortáti *eum* línquere caſtra, aut committere vitam ventis? Num *ſuáſimus ei crédere* ſummam belli, num crédere muros púero? *Num ſuáſimus* agitáre Tyrrhenámve fidem, aut gentes quiétas? Quis Deus, quæ noſtra dura poténtia egit *eum* in fraudem? Ubi *eſt* Juno hìc, Iríſve demíſſa núbibus? *Nempe* eſt indígnum, Italos circúmdare naſcéntem Trojam flammis, et Turnum conſíſtere pátria terrâ; *Turnum*, cui Pilúmnus *erat* avus, cui diva Venília *erat* mater. Quid *eſt illud*, Trojános ferre vim Latínis atrâ face? prémere aliéna arva jugo, atque avértere prædas? quìd *eſt illud*, légere ſóceros, et abdúcere *ſponſas* pactas grémiis *ſponſórum*?

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.*

Pacem

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma? *b*
Tu potes Æneam manibus ſubducere Graiûm, *p*
Proque viro nebulam et ventos obtendere inanes; *l*
Et potes in totidem claſſem convertere Nymphas: *l*
Nos aliquid Rutulos contra juviſſe, nefandum eſt. *l*
Æneas ignarus abeſt: ignarus et abſit. *g*
Eſt Paphos, Idaliumque tibi, ſunt alta Cythera: *k*
Quid (a) gravidam bellis urbem et (b) corda aſpera tentas: *m*
Noſne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo *p*
Conamur? nos? an miſeros qui Troas Achivis *g*
Objecit? quæ cauſa fuit conſurgere in arma *g*
(b) Europamque (b) Aſiamque, et fœdera ſolvere furto? *h*
Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter? *l*
Aut ego tela dedi, (a) fovique cupidine bella? *q*
Tunc decuit metuiſſe tuis: nunc ſera querelis *k*
Haud juſtis aſſurgis, et irrita jurgia (a) jactas. *c*
Talibus orabat Juno: cunctique fremebant *m*
Cœlicolæ aſſenſu vario: ceu flamina prima *p*
Cum deprenſa fremunt ſylvis, et cæca (a) volutant *f*
Murmura, venturos nautis prodentia ventos. *m*
Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas, *l*
Infit: eo dicente, Deûm (b) domus alta ſileſcit, *o*

ORDO.

oráre pacem manu, *et* præfígere arma púppibus? Tu potes ſubdúcere Ænéam mánibus Graiórum, obtenderéque nébulam et inánes ventos pro *illo* viro; et potes convértere *ejus* claſſem in tótidem nymphas: eſt neſándum nos juviſſe Rútulos áliquid contra *eum*. Ænéas ignárus abeſt: et ignárus abſit. Eſt Paphos, Idaliúmque tibi, ſunt alta Cythéra: quìd tentas urbem grávidam bellis, et áſpera corda? Noſne conámur vértere fluxas res Phrygiæ tibi *à* fundo? nos? an *ille*, qui objécit míſeros Troas Achívis? quæ fuit cauſa Europámque Aſiámque conſúrgere in arma, et ſólvere fœdera furto? *an* Dardánius adúlter expugnávit Spartam, me duce? aut ego dedi tela, ſovíque bella cupídine? Tunc décuit *te* metuíſſe tuis: nunc ſera aſſúrgis haud juſtis querélis, et jactas írrita júrgia. Juno orábat tálibus: cunctíque cœlícolæ fremébant vário aſiénſu: ceu cùm prima flámina deprénſa ſylvis fremunt, et volútant cæca múrmura, prodéntia nautis ventos ventúros. Tum omnípotens pater, cui eſt ſumma potéſtas rerum, infit: eo dicénte, alta domus Deórum ſiléſcit,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Et

Et tremefacta ſolo tellus, ſilet arduus æther: q
Tum Zephyri poſuere, premit placida æquora pontus. i
Accipite ergo animis, atque hæc mea (a) figite dicta. q
Quandoquidem Auſonios conjungi fœdere Teucris 105 l
Haud licitum eſt, nec veſtra capit diſcordia finem: p
Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque (a) ſecat ſpem, g
Tros Rutuluſve fuat, nullo diſcrimine habebo: l
Seu fatis Italûm caſtra obſidione tenentur, h
Sive errore malo Trojæ, monitiſque ſiniſtris. 110 h
Nec Rutulos ſolvo. Sua cuique exorſa laborem p
Fortunamque ferent. Rex Jupiter omnibus idem. h
Fata viam invenient. Stygii per flumina fratris, k
Per pice torrentes atrâque voragine (b) ripas, n
Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. 115 n
Hic finis fandi: ſolio tum Jupiter (d) aureo g
Surgit: cœlicolæ medium quem ad limina ducunt. e
Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant l
Sternere cæde viros, et mœnia cingere flammis. q
Aſt legio (c) Æneadûm vallis obſeſſa tenetur, 120 l
Nec ſpes ulla fugæ. Miſeri ſtant turribus altis e
Nequicquam, et rarâ muros cinxere coronâ. a
Aſius (c) Imbracides, (c) Hicetaoniuſque Thymœtes, i

ORDO.

et tellus *eſt* tremefácta ſolo, *et* árduus æther ſilet. Tum Zéphyri poſuére *flatum*, pontus premit plácida æquora. Ergo accípite, atque fígite hæc mea dicta ánimis. Quandóquidem haud eſt licitum Auſónios conjúngi Teucris fœdere, nec veſtra diſcórdia capit finem: quæ fortúna eſt cuique hódie, quam ſpem quiſque ſecat, ſuat Tros Rutulúſve, habébo *eos* nullo diſcrímine: ſeu caſtra *Teucrórum* tenéntur obſidióne fatis Italórum, ſive malo erróre Trojæ, ſiniſtríſque mónitis. Nec ſolvo Rútulos *fatis*. Sua exórſa ferent labórem, ſortunámque cuique. Rex Júpiter *erit* idem ómnibus. Fata invénient viam. Annuit per flúmina Stygii fratris, per ripas torréntes pice, atrâque voráginе, et tremefécit totum Olympum nutu. Hic *erat* finis fandi: tum Júpiter ſurgit aûreo ſolo: quem *Deum* médium cœlicolæ ducunt ad lúmina. Intérea Rútuli, *in* ómnibus portis, inſtant ſtérnere viros circùm cæde, et cíngere mœnia flammis. Aſt légio Æneadárum tenétur obſéſſa vallis, nec *eſt* ulla ſpes fugæ. Miſeri ſtant altis túrribus nequícquam, et cinxére muros rarâ coróná *virorum*. Aſius Imbrácides, Hicetaoniúſque Thymœtes,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Antonomaſia.* (d) *Synæreſis.*

Aſſaracique duo, et ſenior cum Caſtore Tybris, *k*
Prima acies: hos germani Sarpedonis ambo, *m*
Et Clarus, et Hæmon, Lycia comitantur ab alta. *o*
Fert ingens toto connixus corpore ſaxum, *a*
Haud partem exiguam montis, Lyrneſſius Acmon, *f*
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Mneſtheo. * *k*
Hi jaculis, illi certant defendere ſaxis: *m*
Molirique ignem, nervoque aptare ſagittas. *a*
Ipſe inter medios, Veneris juſtiſſima cura, *e*
Dardanius caput ecce puer (a) detectus honeſtum, *k*
Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum, *f*
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem *e*
Incluſum buxo, aut Oriciâ terebintho *b*
Lucet ebur. Fuſos cervix cui (b) lactea crines *m*
Accipit et molli ſubnectit circulus auro. *m*
Te quoque magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes *l*
Vulnera dirigere, et calamos (b) armare veneno, *k*
Mæoniâ generoſe domo: ubi pinguia culta *i*
Exercentque viri, Pactoluſque irrigat auro. *f*
Affuit et Mneſtheus, quem pulſi priſtina Turni *m*
Aggere murorum ſublimem gloria tollit: *m*
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. *m*

ORDO.

duóque Aſſáraci, et ſénior Tybris cum Cáſtore, *ſunt* prima ácies: ambo germáni Sarpédonis, et Clarus, et Hæmon ab altâ Lyciâ comitántur hos. Lyrnéſſius Acmon, minor nec Clytio genitóre, nec fratre Mneſtheo, connixus toto córpore, fert ingens ſaxum, haud exíguam partem montis. Hi certant defendere *urbem* jáculis, illi ſaxis: molirique ignem, aptaréque ſagittas nervo. Ecce Dardánius puer ipſe, juſtiſſima cura Véneris, detéctus *quoád* honéſtum caput, inter médios, micat qualis gemma, quæ dívidit fulvum aurum, decus aut collo aut cápiti: vel quale ebur lucet per artem inclúſum buxo, aut Oríciâ terebíntho. Cui láctea cervix áccipit fuſos crines, et círculus ſubnéctit *eos* molli auro. Iſmare, magnánimæ gentes vidérunt te quoque dirígere vúlnera, et armáre cálamos venéno, *Iſmare*, generóſe *júvenis è* Mæóniâ domo: ubi virique exércent pínguia culta *rura*, Pactolúſque írrigat *ea* auro. Et Mneſtheus áffuit, quem príſtina glória Turni pulſi ággere murórum tollit ſublímem: et Capys: hinc nomen dúcitur Campánæ urbi.

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metaphora.*

Illi

Illi inter ſeſe (a) duri certamine belli *a*
Contulerant: media Æneas freta nocte ſecabat: *q*
Namque ut ab Evandro caſtris ingreſſus Etruſcis *m*
Regem adit, et regi memorat nomenque genuſque; *p*
Quidve petat; quidve ipſe ferat, Mezentius arma *p*
Quæ ſibi conciliet, violentaque pectora Turni *i*
Edocet: humanis quæ ſit fiducia rebus, *m*
Admonet, immiſcetque preces: haud fit mora, Tarchon *p*
Jungit opes, fœduſque (a) ferit. Tum libera fatis *p*
Claſſem conſcendit, juſſis gens Lydia Divûm *a*
Externo commiſſa duci. Æneïa puppis *g*
Prima tenet, roſtro Phrygios (b) ſubjuncta leones: *p*
Imminet Ida ſuper, profugis gratiſſima Teucris. *k*
Hic magnus ſedet Æneas, ſecumque (a) volutat *f*
Eventus belli varios: Pallaſque ſiniſtro *g*
Affixus lateri, jam quærit ſidera, opacæ *f*
Noctis iter; jam quæ paſſus terraque marique. *m*
Pandite nunc Helicona, Deæ, cantuſque movete: *k*
Quæ manus interea Tuſcis comitetur ab oris *q*
Æneam, armetque rates, pelagoque vehatur. *c*
Maſſicus æratâ princeps ſecat æquora Tigri: *n*
Sub quo mille manus juvenum; qui mœnia (c) Cluſi, *e*

ORDO.

Illi contúlerant certámina duri belli inter ſeſe: Ænéas ſecábat freta médiâ nocte: namque ut ab Evándro adit regem *Tarchóntem* ingréſſus Etrúſcis caſtris, et mémorat regi noménque genúſque; édocet quidve petat, quidve ipſe ferat, quæ arma Mezéntius conciliet ſibi, violentáque péctora Turni: ádmonet, quæ fidúcia ſit humánis rebus, immiſcétque preces: mora haud fit, Tarchon jungit opes, feritque fœdus. Tum Lydia gens, líbera fatis, conſcéndit claſſem, commiſſa extérno duci juſſis Divórum. Ænéia puppis tenet prima *loca*, ſubjúncta *quoad* Phrygios leónes roſtro: *Mons* Ida imminet ſuper, gratiſſima profugis Teucris. Hìc magnus Ænéas ſedet, volutátque vários evéntus belli ſecum: Palláſque affixus ſiniſtro láteri, jam quærit ſidera, *quómodo dírigat* iter opácæ noctis; jam *revólvit ſecum* quæ *Ænéas eſt* paſſus terrâque maríque. Deæ *Muſæ*, nunc pándite Helicóna, movetéque *meos* cantus: quæ manus comitétur Ænéan interea ab Tuſcis oris, armétque rates, vehatúrque pélago. Máſſicus princeps ſecat æquora ærátâ Tigri: ſub quo *erat* manus mille júvenum; qui *liquére* mœnia Clúſii,

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Apocope.*

Quique urbem liquere Coſas: queis tela, ſagittæ, g
Corytique leves humeris, et letifer arcus. e
Unà torvus Abas: huic totum inſignibus armis f
Agmen, et aurato fulgebat Apolline puppis. n
Sexcentos illi dederat Populonia (a) mater c
Expertos belli juvenes: aſt Ilva trecentos, g
Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis. o
Tertius, ille hominum Divûmque interpres Aſylas, l
Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent, m
Et linguæ volucrum, et præſagi fulminis ignes: f
Mille rapit denſos acie, atque horrentibus haſtis. p
Hos parere jubent Alpheâ ab origine Piſæ, b
Urbs Etruſca ſolo. Sequitur pulcherrimus Aſtur, e
Aſtur equo fidens et verſicoloribus armis. n
Tercentum adjiciunt (mens omnibus una ſequendi) b
Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in arvis; b
Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Graviſcæ. f
Non ego te, Ligurum ductor fortiſſime bello, l
Tranſierim, Cinyra; et paucis comitate Cupavo, q
Cujus olorinæ ſurgunt de vertice pennæ. m
Crimen amor veſtrum, formæque inſigne paternæ. m
Namque ferunt luctu Cycnum Phaëtontis amati, n

ORDO.

quique liquére urbem Coſas: queis tela *erant*, ſagittæ, levéſque Coryti húmeris, et létifer arcus. Torvus Abas *erat* unà *cum illo:* huic totum agmen *fulgébat* inſignibus armis, et puppis fulgébat auráto Apólline. Populónia mater, *i. e. natális urbs* déderat illi ſexcéntos júvenes expértos belli: aſt ínſula Ilva, generóſa inexháuſtis metállis Chálybum, *déderat* trecéntos. Tértius *erat*, ille Aſylas intérpres hóminum Divorúmque, cui fibræ pécudum, cui ſídera cœli, et linguæ vólucrum, et ignes præſagi fúlminis parent: *ille* rapit mille *viros* denſos ácie, atque horréntibus haſtis. Piſæ, urbs Etrúſca ſolo, ab Alphéâ orígine, jubent hos parére *Aſylæ*. Pulchérrimus Aſtur ſéquitur, Aſtur fidens equo et verſicolóribus armis. Qui *ſunt* ex domo Cæréte, qui ſunt in arvis Miniónis; et véteres Pyrgi, intempeſtæque Graviſcæ adjíciunt tercéntum (*erat* ómnibus una mens ſequéndi.) Ego non tranſíverim te, Cinyra, ductor Ligurum fortíſſime bello; et *te*, Cupávo comitáte paucis, de vértice cujus olorinæ pennæ ſurgunt. Amor *eſt* veſtrum crimen, inſignéque patérnæ formæ. Namque ferunt Cycnum, luctu Phaëtóntis amáti,

(a) *Metaphora.*

Populeas

Populeas inter frondes umbramque ſororum m
Dum canit, et mœſtum muſa ſolatur amorem, m
Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam, a
Linquentem terras, et ſidera voce ſequentem. b
Filius æquales comitatus claſſe catervas, p
Ingentem remis Centaurum promovet: ille a
Inſtat aquæ, ſaxumque undis immane minatur m
Arduus, et longâ (a) ſulcat maria alta carinâ. n
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris, q
Fatidicæ Mantûs et Tuſci filius amnis, m
Qui muros matriſque dedit tibi, Mantua, nomen; c
Mantua dives avis; ſed non genus omnibus unum: q
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni, g
Ipſa (a) caput populis: Tuſco de ſanguine vires. l
Hinc quoque quingentos in ſe Mezentius armat, m
Quos patre Benaco, velatus arundine glauca, n
Mincius infeſtâ ducebat in æquora pinu. n
It gravis Auletes, centenâque (b) arbore fluctum m
Verberat aſſurgens, ſpumant vada (a) marmore verſo. n
Hunc vehit immanis Triton, et cœrula concha m
Exterrens freta: cui laterum tenus hiſpida nanti d
Frons hominem præfert, in Priſtin deſinit alvus: m

ORDO.

dum canit inter popúleas frondes, umbrámque ſorórum, et ſolátur mœſtum amórem muſâ, canéntem, *i. e. albeſcéntem* molli plumâ duxiſſe ſenéctam, linquéntem terras, et ſequéntem ſídera voce. Fílius, comitátus æquáles catérvas claſſe, prómovet ingéntem *navem* Centáurum remis: ille *Centáurus* inſtat aquæ, arduúſque minátur immáne ſaxum undis, et ſulcat alta maria longâ carínâ. Etiam ille Ocnus ciet agmen ab pátriis oris, fílius fatídicæ Mantûs et Tuſci amnis, qui dedit muros noménque matris tibi, Mántua; Mántua dives avis; ſed non *eſt* unum genus ómnibus: *eſt* illi triplex gens, *ſunt* quatérni pópuli ſub *unaquáque* gente, *Mántua* ipſa *eſt* caput pópulis: *ſunt illi* vires de Tuſco ſánguine. Mezéntius quoque armat quingéntos hinc in ſe, quos Míncius *ex* patre Benáco, velátus glaucâ arúndine, ducébat in æquora pinu infeſtâ *Mezéntio*. Gravis Aulétes it, aſſurgénſque vérberat fluctum centénâ árbore: vada ſpumant mármore verſo. Triton immánis, et exterrens cœrula freta conchâ, vehit hunc: cui *Tritóni*, nanti tenus láterum, híſpida frons præfert hóminem, alvus définit in Priſtin:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Spumea

Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda. q
Tot lecti proceres ter denis navibus ibant f
Subſidio Trojæ, et campos (a) ſalis ære ſecabant. n
(b) Jamque dies cœlo conceſſerat, almaque curru n
Noctivago Phœbe medium pulſabat Olympum: p
Æneas (neque enim membris dat cura quietem) f
Ipſe ſedens clavumque regit, veliſque miniſtrat. p
Atque illi medio in ſpatio, chorus ecce ſuarum d
Occurrit comitum, Nymphæ, quas alma Cybele f
Numen habere maris, Nymphaſque è navibus eſſe l
Juſſerat: innabant pariter, fluctuſque ſecabant; p
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ. p
Agnoſcunt longe regem, luſtrantque choreis. a
Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea, b
Pone ſequens, dextra puppim tenet: ipſaque dorſo n
Eminet, ac læva (c) tacitis ſubremigat undis. p
Tum ſic ignarum alloquitur: vigilaſne, Deûm (c) gens, c
Ænea? vigila, et velis immitte rudentes. f
Nos ſumus Idææ ſacro de vertice pinus, m
Nunc pelagi Nymphæ, claſſis tua. Perfidus ut nos n
Præcipites (a) ferro Rutulus flammâque premebat: p
Rupimus invitæ tua vincula, teque per æquor o

O R D O.

ſpúmea unda múrmurat ſub ſemiſero péctore. Tot lecti próceres ibant ter denis návibus ſubsídio Trojæ, et ſecábant campos ſalis ære, *i. e. æráto roſtro.* Jamque dies concéſſerat cœlo, almáque Phœbe pulſábat médium Olympum noctívago curru: Ænéas ipſe ſedens regítque clavum, miniſtrátque velis (neque enim cura dat quietem *ejus* membris.) Atque ecce chorus ſuárum cómitum occúrrit illi in médio ſpátio, *ſcíli-cet* Nymphæ, quas alma Cybéle júſſerat habére numen maris, eſſéque Nymphas è návibus: *tot* innábant páriter, ſecabántque fluctus; quot ærátæ proræ ſtetêrant priùs ad littora. *Illæ* agnóſcunt regem *Ænéam* longè, luſtrántque *eum* chóreis. Quarum Cymodocéa, quæ eſt doctiſſima fandi, ſequens ponè, tenet puppim dextrâ: ipſáque éminet dorſo, ac ſubrémigat lævâ tácitis undis. Tum allóquitur *eum* ignárum ſic: Ænéa, gens Deórum, vigiláſne? vígila, et immítte rudéntes velis. Nos ſumus Idææ pinus de ſacro vértice *illíus montis, olim* tua claſſis, nunc Nymphæ pélagi. Ut pérfidus Rútulus premébat nos præcípites ferro flammâque: invítæ rúpimus tua víncula, quærimúſque te per æquor.

(a) *Metonymia.* (b) *Periphraſis.* (c) *Metaphora.*

Quærimus.

Quærimus. Hanc genitrix faciem miſerata refecit: *i*
Et dedit eſſe Deas, ævumque agitare ſub undis. *q*
At puer Aſcanius muro foſſiſque tenetur *l*
Tela inter media, atque horrentes (a) Marte Latinos. *ſ*
Jam loca juſſa tenet forti permixtus Etruſco *l*
Arcas eques: medias illis opponere turmas, *l*
Ne caſtris jungant, certa eſt ſententia Turno. *a*
Surge, age, et Aurora ſocios veniente vocari *o*
Primus in arma jube: et clypeum cape, quem dedit ipſe *i*
Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro *ſ*
Craſtina lux (mea ſi non irrita dicta (b) putaris) *q*
Ingentes Rutulæ ſpectabit cædis acervos. *ſ*
Dixerat, et dextrâ diſcedens impulit altam, *m*
Haud ignara modi, (c) puppim: fugit illa per undas, *b*
(d) Ocior et jaculo et ventos æquante ſagittâ. *l*
Inde aliæ celerant curſus. Stupet inſcius ipſe *q*
Tros (e) Anchiſiades: animos tamen omine tollit. *d*
Tum breviter ſupera aſpectans convexa precatur: *l*
Alma parens Idæa Deûm, cui Dindyma (â) cordi, *p*
Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna leones: *p*
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite (f) propinques *m*

ORDO.

Génitrix *Deórum Cybéle* miſeráta refécit hanc fáciem: et dedit eſſe deas, agitaréque ævum ſub undis. At puer Aſcánius tenétur muro foſsíſque inter médıa tela, atque Latínos horréntes marte. Jam Arcas eques, permíxtus forti Etrúſco, tenet loca juſſa: eſt certa ſenténtia Turno oppónere médias turmas illis, ne jungant *ſe* caſtris. Age, ſurge, et, Auróra veniénte, primus jube ſócios vocári in arma: et cape clypeum, quem *Vulcánus* Ignípotens ipſe dedit invíctum, atque ambívit oras *illius* auro. Cráſtina lux ſpectábit ingéntes acérvos Rútulæ cædis, (ſi non putáveris mea dicta írrita.) Díxerat, et diſcédens ímpulit altam puppim dextrâ *manu*, haud ignára modi: illa *navis* fugit per undas, ócior et jáculo et ſagíttâ æquánte ventos. Inde áliæ *naves* célerant curſus. Tros Anchiſíades ipſe ínſcius ſtupet: tamen tollit ánimos ómine. Tum aſpéctans ſúpera convéxa *cæli* precátur bréviter: Idæa *Cybele*, alma parens Deórum, cui Díndyma *ſunt* cordi, turrigeræque urbes, bijugíque leónes *dóciles* ad fræna: tu nunc *es* princeps, *i. e. auctor* pugnæ mihi, tu, Diva, propínques augúrium ritè,

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.* (c) *Synecdoche.* (d) *Hyperbole.* (e) *Antonomaſia.* (f) *Metaphora.*

Augurium,

Augurium, Phrygibuſque adſis pede, Diva, ſecundo. *q*
Tantum effatus: et interea revoluta ruebat *d*
Maturâ jam luce dies, noctemque fugarat. *g*
Principio ſociis edicit, ſigna ſequantur, *l*
Atque animos aptent armis, pugnæque parent ſe. *m*
Jamque in conſpectu Teucros habet et ſua caſtra, *b*
Stans celſa in puppi: clypeum tum deinde ſiniſtrâ *g*
Extulit (a) ardentem. Clamorem ad ſidera tollunt *m*
(b) Dardanidæ è muris: ſpes addita ſuſcitat iras: *n*
Tela manu jaciunt. Quales ſub nubibus atris *l*
Strymoniæ dant ſigna grues, atque æthera tranant *p*
Cum ſonitu, fugiuntque Notos clamore ſecundo. *k*
At Rutulo regi ducibuſque ea mira videri *o*
Auſoniis: donec verſas ad littora (c) puppes *m*
Reſpiciunt, totumque allabi claſſibus æquor. *m*
Ardet apex capiti, criſtiſque à vertice flamma *l*
(a) Funditur, et vaſtos umbo (a) vomit aureus ignes: *n*
Non ſecus ac liquida ſi quando nocte cometæ *l*
Sanguinei (d) lugubre rubent: aut Sirius ardor, *l*
Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris, *p*
(a) Naſcitur, et lævo contriſtat lumine cœlum. *m*
Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit *m*

O R D O.

adsíſque Phrygibus ſecúndo pede. *Eſt* effátus *hæc* tantùm: et intérea dies revolúta jam ruébat matúrâ luce, fugaverátque noctem. Princípio edícit ſóciis, *ut* ſequántur ſigna, atque aptent ánimos armis, paréntque ſe pugnæ. Jamque habet Teucros et ſua caſtra in conſpéctu, ſtans in celsâ puppi: tum déinde éxtulit ardéntem clypeum ſiníſtrâ *manu*. Dardánidæ tollunt clamórem è muris ad ſídera: ſpes áddita ſúſcitat iras: jáciunt tela manu. Quales Strymóniæ grues dant ſigna ſub atris núbibus, atque tranant æthera cum ſónitu, fugiúntque Notos ſecúndo clamóre. At ea *cæpérunt* vidéri mira Rútulo regi Auſoniíſque dúcibus: donec reſpíciunt puppes verſas ad líttora, totúmque æquor állabi cláſſibus. Apex *gáleæ* ardet cápiti, flammáque fúnditur criſtis à vértice, et áureus umbovomit vaſtos ignes: non ſecus ac ſi quando ſanguínei cométæ rubent lúgubrè líquidâ, *i. e. húmidâ* nocte: aut Sirius ardor, ille ferens ſitim morbóſque mortálibus ægris, náſcitur, et contríſtat cœlum lævo lúmine. Tamen fidúcia haud ceſſit audáci Turno prærípere líttora,

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Synecdoche.* (d) *Antimeria.*

Littora

Littora præripere, et venientes pellere terra. *k*
Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro: *m*
Quod votis optastis, adest perfringere dextrâ: *g*
In manibus (a) Mars ipse, viri: nunc conjugis esto *p*
Quisque suæ (b) tectique memor; nunc magna referto *p*
Facta, patrum laudes: ultro occurramus ad undam, *m*
Dum trepidi, egressisque labant vestigia prima. *p*
Audentes fortuna juvat. *g*
Hæc ait: et secum (c) versat, quos ducere contrà, *m*
Vel quibus obsessos possit concredere muros. *m*
Interea Æneas socios de puppibus altis *p*
Pontibus exponit. Multi servare recursus *m*
(c) Languentis pelagi, et brevibus se credere saltu: *e*
Per remos alii. Speculatus littora Tarchon, *e*
Qua vada non sperat, nec fracta remurmurat unda, *n*
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu, *m*
Advertit subito proras: socioque precatur: *h*
Nunc, ô lecta manus, validis incumbite remis: *e*
Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris *k*
Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina. *c*
Frangere nec tali (b) puppim statione recuso, *n*
Arreptâ tellure semel. Quæ talia postquam *g*

ORDO.

et péllere veniéntes terrâ. Ultro tollit ánimos dictis, atque ultro increpat *eos: ait*, adest *vobis* perfríngere dextrâ, quod optavístis vobis: viri, Mars ipse *est* in mánibus: nunc quisque esto memor suæ cónjugis tectíque; nunc *quisque* reférto magna facta, laudes patrum: ultro occurrámus *iis* ad undam, dum *sunt* trépidi, primáque vestígia labant *iis* egréssis *aquâ*. Fortúna juvat audéntes. *Turnus* ait hæc: et versat secum, quos *possit* dúcere contra *Ænéam*, vel quibus possit concrédere obséssos muros. Intérea Ænéas expónit socios de altis púppibus póntibus. Multi *incípiunt* serváre recúrsus languéntis pélagi, et crédere se brévibus saltu: álii *expónunt se* per remos. Tarchon, speculátus líttora, quâ *parte* non sperat vada, nec fracta unda remúrmurat, sed mare inoffénsum allábitur crescénti æstu, advértit proras súbitò: precatúrque sócios: nunc, ô lecta manus, incúmbite válidis remis: tóllite, ferte rates: findite hanc inimícam terram rostris, carináque ipsa premat sulcum sibi. Nec recúso frángere puppim tali statióne, tellúre semel arréptâ. Quæ tália postquam Tarchon *est* effátus:

(a) *Metonymia.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metaphora.*

Effatus Tarchon: ſocii conſurgere tonſis, g
Spumanteſque rates arvis inferre Latinis: f
Donec roſtra tenent ſiccum, et ſedere carinæ f
Omnes (a) innocuæ; ſed non (b) puppis tua, Tarchon. f
Namque inflicta vadis dorſo dum pendet iniquo, f
Anceps ſuſtentata diu, fluctuſque (a) fatigat, g
Solvitur, atque viros mediis exponit in undis: k
Fragmina remorum quos et fluitantia tranſtra n
Impediunt, retrahitque pedes ſimul unda relabens. i
Nec Turnum ſegnis retinet mora, ſed rapit acer c
Totam aciem in Teucros, et contra in littore ſiſtit. m
Signa canunt: primus turmas invaſit agreſtes m
Æneas, omen pugnæ: ſtravitque Latinos, a
Occiſo Therone: virûm qui maximus ultro g
Æneam petit. Huic gladio, perque ærea ſuta, e
Per tunicam ſqualentem auro, latus (a) haurit apertum. n
Inde Lycam ferit, exſectum jam matre peremptâ, l
Et tibi, Phœbe, ſacrum: caſus evadere (c) ferri l
Quod licuit parvo. Nec longe Ciſſea durum, m
Immanemque Gyam, ſternentes agmina clavâ, f
Dejecit leto. Nihil illos Herculis arma, g
Nil validæ juvere manus, genitorque Melampus, o

ORDO.

ſócii *cæpérunt* conſúrgere tonſis, inferréque ſpumántes rates Latínis arvis: donec roſtra tenent ſiccum *locum*, et omnes carínæ ſedére innócuæ *i. e. illæſæ*; ſed tua puppis non *erat illæſa*, ô Tarchon. Namque inflicta vadis, dum pendet iníquo dorſo *aréna*, ſuſtentáta diù anceps, fatigátque fluctus, ſolvitur, atque expónit viros in médiis undis: quos frágmina remórum, et fluitántia tranſtra impédiunt, ſimúlque relábens unda rétrahit pedes *eórum*. Nec ſegnis mora rétinet Turnum, ſed *ille* acer rapit totam áciem *ſuórum* in Teucros, et ſiſtit *eos* in líttore cóntra *Ænéam*. Canunt ſigna *belli*: Ænéas primus inváſit agréſtes turmas, omen pugnæ: ſtravítque Latínos, Theróne occíſo: qui máximus hóminum ultrò petit Ænéam. *Ænéas* haurit apértum latus huic gládio, perque ærea ſuta *clypei*, *et* per túnicam ſqualéntem auro. Inde ferit Lycam, exſéctum matre jam perémptâ, et ſacrum tibi, Phœbe: quòd licuit *illi* parvo evádere caſus ferri. Nec longè dejécit durum Ciſſea leto, immanémque Gyam, ſterneńtes ágmina clavâ. Arma Hérculis *juvére* illos nihil, válidæ manus juvére nil, genitórque Melámpus,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

(a) Alcidæ

(a) Alcidæ comes, uſque graves dum terra labores *e*
Præbuit. Ecce Pharo, voces dum (b) jactat inertes, *l*
Intorquens jaculum, clamantis ſiſtit in ore. *f*
Tu quoque (c) flaventem prima lanugine malas *m*
Dum ſequeris Clytium infelix nova gaudia, Cydon: *q*
Dardaniâ ſtratus dextrâ, ſecurus amorum, *m*
Qui juvenum tibi ſemper erant, miſerande, jaceres: *i*
Ni fratrum ſtipata cohors foret obvia, Phorci *c*
Progenies: ſeptem numero, ſeptenaque tela *p*
Conjiciunt: partim galeâ clypeoque reſultant *o*
Irrita, deflexit partim ſtringentia corpus *m*
Alma Venus. Fidum Æneas affatur Achaten: *m*
Suggere tela mihi (non ullum dextera fruſtra *l*
Torſerit in Rutulos) ſteterunt quæ in corpore Grajûm *k*
Iliacis campis. Tum magnam corripit haſtam, *m*
Et jacit; illa volans clypei tranſverberat æra *k*
Mæonis, et thoraca ſimul cum pectore rumpit. *p*
Huic frater ſubit Alcanor, fratremque ruentem *f*
Suſtentat dextrâ: trajecto miſſa lacerto *a*
Protinus haſta fugit, ſervatque cruenta tenorem: *q*
Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit. *q*
Tum Numitor, jaculo fratris de corpore rapto, *i*

ORDO.

comes Alcídæ, uſque dum terra præbuit graves labóres *illi*. Ecce intórquens jáculum Pharo, dum jactat inértes voces, ſiſtit *illud* in ore *ejus* clamántis. Dum tu quoque, infélix Cydon, ſéqueris Clytium nova gáudia, flavéntem *quoad* malas primâ lanúgine: miſeránde, jacéres ſtratus Dardániâ dextrâ, ſecúrus amórum, *nempe* júvenum, qui ſemper erant *cordi* tibi: ni ſtipáta *i. e. denſa* cohors fratrum, progénies Phorci, foret óbvia *Ænéæ: ſunt* ſeptem número, conjiciúntque ſepténa tela: *ea* partim írrita reſúltant gáleâ clypeóque, partim alma Venus defléxit *ea tantùm* ſtringéntia corpus *Ænéæ*. Ænéas affátur fidum Achátem ſic: ſúggere tela mihi, quæ ſtéterunt in córpore Grajórum Iliacis campis, (*mea* déxtera non tórſerit ullum *ex iis* fruſtrà in Rútulos.) Tum córripit magnam haſtam, et jacit *eam*; illa volans tranſvérberat æra clypei Mæonis, et rumpit thoráca ſimul cum péctore: frater Alcanor ſubit huic, ſuſtentátque fratrem ruéntem dextrâ: prótinus haſta, miſſa lacérto trajécto, fugit, cruentáque ſervat tenórem: dexteráque *Alcanóris* moribúnda nervis pepéndit ex húmero. Tum Númitor, jáculo rapto de córpore fratris,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.* (c) *Helleniſmus.*

Æneam petiit: ſed non et figere contra *f*
Eſt licitum, magnique femur perſtrinxit Achatæ. *p*
Hic Curibus, fidens primævo corpore, Clauſus *m*
Advenit, et rigidâ Dryopen ferit eminus haſtâ *i*
Sub mentum graviter preſsâ, pariterque loquentis *h*
Vocem animamque (a) rapit trajecto gutture: at ille *l*
Fronte ferit terram, et craſſum vomit ore cruorem: *n*
Tres quoque Threïcios, Boreæ de gente ſuprema; *k*
Et, tres, quos Idas pater et patria Iſmara mittit, *c*
Per varios ſternit caſus. Occurrit Haleſus, *m*
Auruncæque manus: ſubit et Neptunia proles, *e*
Inſignis Meſſapus equis: expellere tendunt *g*
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipſo *a*
Auſoniæ. Magno diſcordes æthere venti *m*
Prœlia ceu tollunt, animis et viribus æquis: *p*
Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit: *b*
Anceps pugna diu, ſtant obnixi omnia contra. *f*
Haud aliter Trojanæ acies, acieſque Latinæ *o*
Concurrunt: hæret pede pes, denſuſque viro vir. *g*
At parte ex alia, qua ſaxa rotantia late *h*
Intulerat torrens, arbuſtaque diruta ripis: *n*
Arcadas, inſuetos acies inferre pedeſtres, *p*

ORDO.

petívit Æneam: ſed non eſt licitum figere *cum* contrà, perſtrinxítque femur magni Achátæ. Hìc Clauſus, fidens primævo córpore, ádvenit Cúribus, et éminus ferit Dryopen rigidâ haſtâ, preſsâ gráviter ſub mentum, paritérque rapit vocem animámque *ejus* loquéntis gútture: at ille ferit terram fronte, et vomit craſſum cruórem ore: et per vários caſus ſternit tres Threícios quoque, de ſuprémâ gente Bóreæ, et tres, quos pater Idas, et pátria *urbs* Iſmara mittit *ad bellum*. Haléſus occúrrit *illi*, Aruncæque manus: et Neptúnia proles, Meſſápus insígnis equis, ſubit: nunc hi, nunc illi tendunt expéllere *álii álios è loco*: certátur in ipſo límine Auſóniæ. Ceù venti, diſcórdes tollunt prœlia magno æthere, æquis ánimis et víribus: non *venti* ipſi *cedunt* inter ſe, non núbila, non mare cedit: pugna *fuit* anceps diu, ſtant obníxi contra ómnia. Haud áliter Trojánæ ácies, Latinæque ácies concúrrunt: pes hæret pede, denſúſque vir *hæret* viro. At ex áliâ parte, quâ torrens intúlerat ſaxa rotántia latè, arbuſtáque diruta ripis: ut Pallas vidit Arcadas, inſuétos inférre pedéſtres ácies,

(a) *Metaphora.*

Ut

Ut vidit Pallas Latio dare terga ſequaci: c
Aſpera queis natura loci dimittere quando p
Suaſit equos: unum quod rebus reſtat egenis: m
Nunc prece, nunc dictis virtutem (a) accendit amaris. m
Quò fugitis ſocii? per vos, et fortia facta; l
Per ducis Evandri nomen, devictaque bella, m
Spemque meam, patriæ quæ nunc ſubit æmula laudis, q
Fidite ne pedibus: (b) ferro rumpenda per hoſtes l
Eſt via, qua (a) globus ille virûm denſiſſimus urget: k
Hac vos et Pallanta ducem patria alta repoſcit. c
Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoſte i
Mortales: totidem nobis, animæque manuſque. b
Ecce, maris magno claudit nos obice pontus: m
Dêſt jam terra fugæ: pelagus Trojamne petemus? e
Hæc ait, et medius denſos prorumpit in hoſtes. l
Obvius huic primum fatis adductus iniquis m
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere ſaxum, m
Intorto figit telo, diſcrimina coſtis a
Per medium quà ſpina dedit: haſtamque receptat p
Oſſibus hærentem. Quem non ſuper occupat Hiſbon, n
Ille quidem hoc ſperans: nam Pallas ante ruentem, m
Dum furit, incautum, crudeli morte ſodalis, m

ORDO.

dare terga ſequáci Látio: queis *Arcádibus* quando áſpera natúra loci ſuaſit dimittere equos: quod unum reſtat egénis rebus: accéndit virtútem *ſuórum* nunc prece, nunc amáris dictis. Sócii, quò fúgitis? *oro*, per vos, et fórtia facta; per nomen ducis Evándri, devictáque bella, meámque ſpem, quæ nunc ſubit æmula pátriæ laudis, ne fídite pédibus: via eſt rumpénda ferro per hoſtes, quâ *parte* ille denſíſſimus globus virórum urget: hâc *parte* alta pátria repóſcit vos et Pallántæ ducem. Nulla númina premunt *nos*: *nos* mortáles urgemur ab mortáli hoſte: *ſunt* nobis tótidem animæque manúſque, *quot ſunt illis*. Ecce pontus claudit nos magno óbice maris: jam terra deeſt fugæ: petémus pélagus, Trojámne? ait hæc, et prorúmpit médius in denſos hoſtes. Primùm Lagus, addúctus iníquis fatis, ſit óbvius huic: figit hunc intórto telo, dum vellit ſaxum magno póndere, quà ſpina dedit diſcrímina coſtis per médium dorſi: receptátque haſtam hæréntem óſſibus. Quem *Pallánta* Hiſbon non óccupat ſuper *hoc ópere*, ille quidem ſperans hoc: nam Pallas éxcipit *eum* antè, ruéntem, incaútum, dum furit crudéli morte ſodális:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Excipit:

Excipit: atque enſem tumido in pulmone recondit. *p*
Hinc Helenum petit, et Rhœti de gente vetuſta *l*
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare novercæ. *l*
Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in arvis, *i*
Daucia, Laride Tymberque, ſimillima proles, *n*
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error: *b*
At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas. *f*
Nam tibi, Tymbre, caput Evandrius abſtulit enſis: *q*
Te deciſa ſuum, Laride, dextera quærit: *f*
Semianimeſque micant digiti, (a) ferrumque retractant. *k*
Arcadas (b) accenſos monitu, et præclara tuentes *p*
Facta viri, miſtus dolor et pudor armat in hoſtes. *o*
Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter *e*
Trajicit: hoc ſpatium, tantumque moræ fuit Ilo. *q*
Ilo namque procul validam direxerat haſtam: *e*
Quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra, *n*
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque volutus *p*
Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arva. *e*
Ac velut optato, ventis æſtate coortis, *m*
Diſperſa immittit ſylvis incendia paſtor: *a*
Correptis ſubito mediis, extenditur una *e*
Horrida per latos (b) acies Vulcania campos: *p*

O R D O.

atque recóndit enſem in túmido pulmóne. Hinc petit Hélenum, et Anchémolum, de vetúſtâ gente Rhœti, auſum inceſtáre thálamos novércæ. Vos etiam gémini fratres, Laríde Tymbérque, cecidíſtis in Rútulis arvis, *vos* Daucia proles, ſimíllima, indiſcréta, gratúſque error ſuis paréntibus: at nunc Pallas dedit dura diſcrímina vobis. Nam Evándrius ábſtulit caput tibi, Tymbre: déxtera *manus* deciſa quærit te ſuum Laríde: digitíque ſemiánimes micant, retractántque ferrum. Miſtus dolor et pudor armat Arcadas accénſos mónitu, et tuéntes præclára facta viri, in hoſtes. Tum Pallas trájicit Rhœtea fugiéntem præter *eum* bijugis. Hoc ſpátium *vitæ*, tantúmque moræ *ad mortem* fuit Ilo. Namque procùl direxerat válidam haſtam Ilo: quam Rhœteus médius intércipit, fúgiens te, óptime Teuthra, fratrémque Tyren: volutúſque curru, ſemianimis cædit arva Rutulórum cálcibus. Ac velut, ventis coórtis optátò æſtáte, paſtor immíttit incéndia diſpérſa ſylvis: médiis *ſylvis* corréptis ſúbitò, hórrida Vulcánia ácies exténditur unà per latos campos.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Ille

Ille ſedens victor flammas deſpectat ovantes. *m*
Non aliter ſociûm virtus coit omnis in unum, *q*
Teque juvat, Palla. Sed bellis acer Haleſus *m*
Tendit in adverſos, ſeque in ſua colligit arma. *n*
Hic (a) mactat Ladona, Pheretaque, Demodocumque: *c*
Strymonio dextram fulgenti diripit enſe, *m*
Elatam in jugulum: ſaxo ferit (b) ora Thoantis, *b*
Oſſaque diſpergit cerebro permixta cruento. *p*
Fata canens ſylvis genitor celarat Haleſum: *p*
Ut ſenior leto canentia (c) lumina ſolvit; *n*
Injecere manum Parcæ, teliſque ſacrarunt *f*
Evandri: quem ſic Pallas petit ante precatus: *b*
Da nunc, Tybri pater, (c) ferro, quod miſſile libro, *f*
Fortunam atque viam duri per pectus Haleſi: *f*
Hæc arma exuviaſque viri tua quercus habebit. *d*
Audiit illa Deus, dum texit Imaona Haleſus, *q*
Arcadio infelix telo dat pectus inermum. *m*
At non cæde viri tanta perterrita Lauſus, *f*
Par ingens belli, ſinit agmina. Primus Abantem *c*
Oppoſitum interimit, pugnæ (a) nodumque (a) moramque, *l*
Sternitur Arcadiæ proles, ſternuntur Etruſci: *l*
Et vos, ô Grajis imperdita corpora, Teucri. *b*

ORDO.

Ille *paſtor* victor, ſedens, deſpéctat ovántes flammas. Non áliter omnis virtus ſociórum coit in unum, juvátque te, Palla. Sed Haléſus, acer bellis, tendit in *hoſtes* advérſos, colligítque ſe in ſua arma. Hic mactat Ladóna, Pheretáque, Demodocúmque: díripit dextram Strymónio, elátam in júgulum, fulgénti enſe: ferit ora Thoántis ſaxo, diſpergítque *ejus* oſſa permixta cruénto cérebro. Génitor, canens fata, celáverat *filium* Haléſum ſylvis: ut ſenior ſolvit canéntia lúmina leto; Parcæ injecére manum *in Haſelum*, ſacraverúntque *eum* telis Evándri: quem Pallas petit, ſic precátus antè: Tibri pater, nunc da fortúnam atque viam ferro, quod libro míſſile, per pectus duri Haléſi: tua quercus habébit hæc arma, exuviáſque viri. Deus *Tybris* audívit illa *verba*; dum Haléſus texit Imaóna, infélix dat inermum pectus Arcádio telo. At Lauſus, ingens pars belli, non finit ágmina *eſſe* pertérrita tantâ cæde viri. Primus intérimit Abántem oppóſitum, nodúmque morámque pugnæ. Proles Arcádiæ ſtérnitur, Etruſci ſternúntur: et vos Teucri, ò córpora impérdita *à* Grájis.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Metonymia.*

Agmina

Agmina concurrunt, ducibuſque et viribus æquis: p
Extremi addenſent acies: nec turba moveri g
Tela manuſque ſinit. Hinc Pallas inſtat et urget; l
Hinc contrà Lauſus: nec multum diſcrepat ætas: a
Egregii forma; ſed queis fortuna negarat m
In patriam reditus. Ipſos concurrere paſſus l
Haud tamen inter ſe magni regnator Olympi: m
Mox illos ſua fata manent majore ſub hoſte. e
Interea ſoror alma monet ſuccurrere Lauſo k
Turnum, qui volucri curru medium (a) ſecat agmen. b
Ut vidit ſocios: tempus deſiſtere pugnâ, f
Solus ego in Pallanta feror, ſoli mihi Pallas p
Debetur: cuperem, ipſe parens ſpectator adeſſet. e
Hæc ait: et ſocii ceſſerunt æquore juſſo. l
At (b) Rutulûm abſceſſu juvenis, tum juſſa ſuperba p
Miratus, ſtupet in Turno: corpuſque per ingens f
(c) Lumina volvit, obitque truci procul omnia viſu, :
Talibus et dictis it contra dicta tyranni: m
Aut ſpoliis ego jam raptis laudabor opimis, l
Aut leto inſigni: ſorti pater æquus utrique eſt: b
Tolle minas. Fatus medium procedit in æquor. p
Frigidus Arcadibus coit in præcordia ſanguis. k

ORDO.

Agmina concúrrunt, æquis ducibúſque et víribus: extrémi addénſent ácies *pugnántium:* nec turba ſinit tela manúſque movéri. Hinc Pallas inſtat et urget; hinc contrà Lauſus *urget:* nec ætas *utriúſque* diſcrepat multùm: *erant* egregii formâ; ſed queis fortúna negáverat réditus in pátriam. Tamen *Júpiter*, regnátor magni Olympi, haud *eſt* paſſus ipſos concúrrere inter ſe: mox ſua fata manent illos ſub majóre hoſte. Intérea alma ſoror *Jutúrna* monet Turnum, qui ſecat médium agmen vólucri curru, ſuccúrrere Lauſo. Ut vidit ſócios: *eſt* tempus deſiſtere pugnâ, ego ſolus feror in Palláta, Pallas debétur mihi ſoli: cúperem, *ut ejus* parens ipſe adéſſet ſpectátor *pugnæ*. Ait hæc: et ſocii ceſſérunt æquore juſſo. At abſcéſſu Rutulórum, júvenis, tum mirátus ſupérba juſſa, ſtupet in Turno: volvítque lúmina per *ejus* ingens corpus, procúlque obit ómnia truci viſu, et it contra dicta tyranni tálibus dictis: jam ego laudábor aut opímis ſpóliis raptis, aut insígni leto: *meus* pater eſt æquus utríque ſorti: tolle minas. Fatus *hæc*, procédit in médium æquor *i. e. campum.* Frígidus ſanguis coit Arcádibus in præcórdia.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Metonymia.*

Deſiluit

Deſiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire o
Cominus: utque leo, ſpeculâ cum vidit ab altâ k
Stare procul campis meditantem prœlia taurum, p
Advolat: haud alia eſt Turni venientis imago. q
Hunc ubi contiguum miſſæ fore credidit haſtæ, q
Ire prior Pallas, ſi qua fors adjuvet auſum, m
Viribus imparibus: magnumque ita ad æthera fatur: q
Per patris hoſpitium, et menſas quas advena adiſti, l
Te precor, (a) Alcide, cœptis ingentibus adſis: m
Cernat ſemineci ſibi me rapere arma cruenta, d
Victoremque ferant morientia (b) lumina Turni. d
Audiit (a) Alcides juvenem, magnumque ſub imo p
Corde premit gemitum, lacrymaſque effudit inanes. k
Tum genitor natum dictis affatur amicis: m
Stat ſua cuique dies, breve et irreparabile tempus i
Omnibus eſt vitæ; ſed famam extendere factis, m
Hoc virtutis opus. Trojæ ſub mœnibus altis f
Tot nati cecidere Deûm: quin occidit unà e
Sarpedon, mea progenies: etiam ſua Turnum d
Fata vocant, metasque dati pervenit ad ævi. p
Sic ait, atque oculos Rutulorum rejicit arvis. k
At Pallas magnis emittit viribus haſtam: a

ORDO.

Turnus deſiluit bijugis, pedes apparat ire cominus: utque leo advolat, cùm ab altâ ſpeculâ vidit taurum ſtare procùl campis meditántem prœlia: imágo Turni veniéntis haud eſt ália. Ubi Pallas crédidit hunc fore contíguum haſtæ miſſæ, *cæpit* ire prior impáribus viribus, *explórans* ſi qua fors ádjuvet auſum: itaque fatur ad magnum æthera: Alcide, precor te, per hoſpítium *mei* patris, et menſas quas *tu* ádvena adiviſti, adſis *meis* ingéntibus cœptis: *iſte* cernat me ráperе cruénta arma ſibi ſemíneci, morientiáque lúmina Turni ferant *me* victórem. Alcides *Hércules* audivit júvenem, premítque magnum gémitum ſub imo corde, effuditque inánes lácrymas. Tum *Júpiter* génitor *Hérculis* affátur natum amicis dictis: ſua dies ſtat cuique, eſt ómnibus breve et irreparábile tempus vitæ; ſed exténdere famam factis, hoc *eſt* opus virtútis. Tot nati Deórum cecidére ſub altis mœnibus Trojæ: quin Sarpédon, mea progénies, óccidit unà *cum illis:* étiam ſua fata vocant Turnum, pervenítque ad metas ævi dati *ei*. Sic *Júpiter* ait, atque réjicit óculos *ab* arvis Rutulórum. At Pallas emíttit haſtam magnis víribus:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metonymia.*

Vaginâque cavâ fulgentem diripit enſem : f
Illa volans, humeris ſurgunt quà tegmina ſumma, l
Incidit : atque viam clypei molita per oras, k
Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni. m
Hic Turnus (a) ferro præfixum (a) robur acuto a
In Pallanta diu librans jacit, atque ita fatur : b
Aſpice, num mage ſit noſtrum penetrabile telum. q
Dixerat : ac clypeum, tot ferri (b) terga, tot æris, l
Cum pellis toties obeat circumdata tauri, e
Vibranti cuſpis medium tranſverberat ictu, g
Loricæque moras et pectus perforat ingens. h
Ille rapit calidum fruſtra de vulnere telum : l
Unâ eâdemque viâ ſanguiſque animuſque ſequuntur. q
Corruit in vulnus : ſonitum ſuper arma dedere : o
Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento. c
Quem Turnus ſuper aſſiſtens : f
Arcades, hæc, inquit, memores mea dicta referte o
Evandro : qualem meruit, Pallanta remitto. g
Quiſquis honos tumuli, quicquid ſolamen humandi eſt, l
Largior : haud illi (c) ſtabunt Æneïa parvo m
Hoſpitia. Et lævo preſſit pede, talia fatus, n
Exanimum : rapiens immania pondera baltei, q

ORDO.

diripítque fulgéntem enſem cavâ vaginâ : illa volans incidit quà ſumma tégmina ſurgunt húmeris : atque molita viam *ſibi* per oras clypei, tandem étiam ſtrinxit de magno córpore Turni. Hìc Turnus, diù vibrans robur, præfixum acúto ferro, jacit *illud* in Pallánta, atque ita fatur : áſpice, num noſtrum telum ſit mage penetrábile. Dixerat : ac cuſpis *teli* tranſvérberat médium clypeum vibránti ictu, cùm tot terga *i. e. lámina* ferri, tot æris, pellis tauri circúmdata tóties óbeat *eum*, perforátque moras loricæ, et ingens pectus. Ille fruſtra rapit cálidum teſum de vúlnere : ſanguíſque animúſque ſequúntur unâ eâdémque viâ. Córruit in vulnus : arma dedére ſónitum ſuper *eum :* et móriens petit hoſtílem terram cruénto ore. Super quem Turnus aſsíſtens : inquit, Arcades, mémores reférte hæc mea dicta Evándro : remítto *filium* Pallánta *ei*, qualem méruit. Quiſquis honos túmuli *eſt*, quicquid ſolámen humándi eſt, lárgior *hoc :* Ænéïa hoſpítia ſtabunt illi haud parvo. Et fatus tália, preſſit *eum* exánimum lævo pede : rápiens immánia póndera báltei,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Aphæreſis.*

Impreſſumque

Impreſſumque nefas (una ſub nocte jugali
Cæſa manus juvenum fœdè, thalamique cruenti)
Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro:
Quo nunc Turnus ovat ſpolio gaudetque potitus,
Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ,
Et ſervare modum, rebus ſublata ſecundis!
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta; et cum ſpolia iſta diemque
Oderit. At ſocii multo gemitu lacrymiſque
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum rediture parenti!
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert;
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos.
Nec jam fama mali tanti, ſed certior auctor
Advolat Æneæ: tenui diſcrimine leti
Eſſe ſuos, tempus verſis ſuccurrere Teucris.
Proxima quæque metit gladio, latumque per agmen
(a) Ardens limitem agit (b) ferro: te, Turne ſuperbum
Cæde nova quærens. Pallas, Evander, in ipſis
Omnia ſunt oculis: menſæ, quas advena primas
Tunc (c) adiit, dextræque datæ. Sulmone creatos
Quattuor hic juvenes, totidem, quos educat Uſens,

f
q
l
e
l
f
f
b
q
p
q
b
p
f
p
m
k
f
m
l
p
k

ORDO.

nefáſque impréſſum *in eo ſut* manus júvenum *fuerit* cæſa fœdè ſub unâ jugáli nocte, thalamíque *facti* cruénti) quæ bonus Eurytion celáverat multo auro: quo ſpólio nunc Turnus ovat, gaudéque potitus *eo*. O mens hóminum néſcia fati futuræque ſortis, et ſerváre modum, ſubláta ſecúndis rebus! erit tempus Turno, cùm optáverit emptum magno *pretio* intáctum Pallanta; et cùm óderit iſta ſpólia, diémque *quo interfecit eum*. At ſócii frequéntes réferunt Pallánta, impóſitum ſcuto, multo gémitu lacrymíſque. O *Palla*, reditúre dolor, atque magnum decus parénti! hæc dies prima dedit te bello, hæc éadem aufert *te*; cùm tamen linquis ingéntes acérvos Rutulórum. Nec jam fama tanti mali, ſed cértior auctor *ejus* ádvolat Ænéæ: ſuos eſſe *in* ténui diſcrímine leti, *eſſe* tempus ſuccúrrere verſis Teucris. *Ænéas* metit quæque próxima gládio, ardénſque agit límitem ferro per látum agmen: quærens te, Turne, ſupérbum novâ cæde. Pallas, Evánder, ómnia ſunt in óculis ipſis: *imprímis* menſæ, quas primas tunc ádvena adívit, dextræque datæ. Hic rapit quáttuor júvenes, creátos Sulmóne, tótidem, quos Uſens éducat,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Syncope.*

Viventes rapit: inferias quos immolet umbris, *e*
Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas. *f*
Inde Mago procul infenſam cum tenderet haſtam; *l*
Ille aſtu ſubit, ac tremebundâ ſupervolat haſta: *d*
Et genua amplectens effatur talia ſupplex: *m*
Per patrios manes, et ſpes ſurgentis Iüli, *m*
Te precor, hanc animam ſerves natoque patrique: *l*
Eſt domus alta: jacent penitus defoſſa talenta *k*
Cælati argenti: ſunt auri pondera facti *a*
Infectique mihi: non hic victoria (a) Teucrûm *f*
Vertitur: haud anima una dabit diſcrimina tanta. *k*
Dixerat: Æneas contra cui talia reddit, *m*
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta, *g*
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus *f*
Suſtulit iſta prior, jam tum Pallante perempto. *l*
Hoc Patris Anchiſæ manes, hoc ſentit Iülus. *m*
Sic fatus, galeam læva tenet, atque reflexâ *b*
Cervice orantis capulo tenus abdidit enſem. *c*
Nec procul (b) Æmonides, Phœbi Triviæque ſacerdos, *q*
Infula cui ſacrâ redimibat tempora vittâ: *p*
Totus collucens veſte atque inſignibus armis. *a*
Quem congreſſus agit campo, lapſumque ſuperſtans *f*

ORDO.

viventes: quos immolet inferias umbris *Pallantis*, perfundatque flammas rogi captivo ſanguine. Inde cùm procùl tenderet infenſam haſtam Mago; ille ſubit aſtu, ac tremebunda haſta ſupervolat: et ampléctens genua, ſupplex effatur talia: per patrios manes, et ſpes ſurgentis Iüli, precor te, ſerves hanc animam natóque patrique: eſt *mihi* alta domus: talenta cæláti argénti jacent penitus defóſſa: ſunt mihi pondera auri facti infectique: victória Teucrórum non vértitur hìc: una anima non dabit tanta diſcrimina. *Magus* dixerat: cui contrà Æneas reddit talia, parce tuis gnatis, quæ multa talenta argénti atque auri memoras: Turnus prior ſuſtulit iſta commércia belli, jam tum Pallante perempto. Manes patris Anchiſæ *ſentiunt* hoc, Iülus ſentit hoc. Fatus ſic, tenet galeam lævâ *manu*, atque abdidit enſem tenus capulo reflexâ cervice *ejus* orántis. Nec *erat* Æmonides procùl, ſacerdos Phœbi, Triviæque, cui tempora infula redimibat ſacrâ vittâ: *ille* totus collucens veſte atque insignibus armis. Quem *Æneas* congreſſus agit campo, ſuperſtánſque immolat *eum* lapſum,

(a) *Syncope.* (b) *Antonomaſia.*

Immolat,

Immolat, ingentique umbrâ tegit: arma Sereſtus *n*
Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, trophæum. *k*
Inſtaurant acies, Vulcani ſtirpe creatus *f*
Cæculus, et veniens Marſorum montibus Umbro. *l*
(a) Dardanides contra furit. Anxuris enſe ſiniſtram, 545 *o*
Et totum clypei ferro dejecerat orbem. *f*
Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo *l*
Crediderat, cœloque animum fortaſſe ferebat, *p*
Canitiemque ſibi et longos promiſerat annos. *l*
Tarquitus exſultans contrà fulgentibus armis, 550 *m*
Sylvicolæ Fauno Dryope quem Nympha crearat, *p*
Obvius ardenti ſeſe obtulit: ille reductâ *n*
Loricam clypeique ingens onus impedit haſtâ: *b*
Tum caput orantis nequicquam, et multa parantis *m*
Dicere, deturbat terræ: truncumque tepentem 555 *m*
Provolvens, ſuper hæc inimico pectore fatur: *e*
Iſtic nunc, metuende, jace: non te optima mater *e*
Condet humi, patriove onerabit membra ſepulcro; *k*
Alitibus linquêre feris, aut gurgite merſum *p*
Unda feret, piſceſque impaſti vulnera lambent. 560 *m*
Protinus Antæum et Lycam, prima agmina Turni *m*
Perſequitur; fortemque Numam, fulvumque Camertem, *p*

ORDO.

tegítque ingénti umbrâ *mortis*: Seréſtus refert *ejus* arma lecta húmeris, trophæum tibi, rex Gradíve. Cæculus, creátus ſtirpe Vulcáni, et Umbro, véniens móntibus Marſórum, inſtáurant ácies. Dardánides furit contra *eos*. Dejécerat ſiníſtram Anxuris enſe, et totum orbem clypei ferro. Ille *Anxur* díxerat áliquid magnum, crediderátque vim affóre verbo, ferebátque ánimum cœlo fortáſſe, promiſerátque canítiem et longos annos ſibi. Tárquitus contrà, exſúltans fulgéntibus armis, quem Nympha Dryope creáverat Fauno Sylvícolæ, óbvius óbtulit ſeſe ardénti *Æneæ*: ille, haſtâ *Tárquiti* redúctâ, ímpedit *ejus* loricam, ingénſque onus clypei: tum detúrbat caput *ejus* oránti nequícquam, et paránti dícere multa, terræ: provolvénſque tepéntem truncum, fatur hæc ſuper inimíco péctore: *hoſtis* metuénde, nunc jace iſtic: *tua* óptima mater non condet te humi, onerabítve membra pátrio ſepúlchro; linquére feris alítibus, aut unda feret *te* merſum gúrgite, impaſtíque piſces lambent *tua* vúlnera. Prótinus perſéquitur Antæum, et Lycam, prima ágmina Turni; fortémque Numam, fulvúmque Camértem,

(a) *Antonomaſia.*

Magnanimo

Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri p
Qui fuit (a) Auſonidûm, et tacitis regnavit Amyclis. k
Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt a
Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem f
Pectoribuſque arſiſſe: Jovis cum fulmina contra p
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes. k
Sic toto Æneas deſævit in æquore victor, b
Ut ſemel intepuit mucro. Quin ecce Nyphæi l
Quadrijuges in equos adverſaque pectora tendit: q
Atque illi longe gradientem et (b) dira frementem g
Ut videre, metu verſi, retroque ruentes, f
(c) Effunduntque ducem, rapiuntque ad littora currus. e
Interea bijugis infert ſe Lucagus albis l
In medios, fraterque Liger: ſed frater habenis p
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem. p
Haud tulit Æneas tanto fervore furentes: m
Irruit, adversâque ingens apparuit haſtâ. m
Cui Liger: l
Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis, l
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis et ævi m
His dabitur terris. Veſano talia late m
Dicta volant Ligeri: ſed non et Troïus heros l

O R D O.

ſatum magnánimo Volſcénte: qui fuit ditiſſimus agri *ómnium* Auſonidárum, et regnávit tácitis Amyclis. Qualis *Ægæon*, cui dicunt *fuiſſe* centum brachia, centenáſque manus, *et* ignem arsiſſe quinquagínta óribus pectoribúſque: cùm ſtréperet tot páribus clypeis contra fúlmina Jovis, *et* ſtríngeret tot enſes. Sic *Ænéas*, victor, deſævit in toto æquore, ut ſemel mucro *gládii* intépuit *cæde*. Quin ecce tendit in quadrijuges equos, adverſáque péctora Nyphæi: atque illi *equi*, ut vidére *eum* longè gradiéntem, et freméntem dira, verſi metu, ruentéſque retro, effundúntque ducem, rapiúntque currus ad littora. Intérea Lúcagus infert ſe in médios albis bijugis, Ligérque *ejus* frater: ſed frater flectit equos habénis, *et* acer Lúcagus rotat ſtrictum enſem. Ænéas haud tulit *eos* furéntes tanto fervóre: irruit, ingénſque appáruit advérsâ haſtâ. Cui Liger *ait*. Non *cernis* equos Diomédis, non cernis currum Achillis aut campos Phrygiæ: nunc finis belli et *tui* ævi dábitur his terris. Tália dicta volant latè *à* veſáno Ligeri: ſed et Trójus heros non parat dicta contrà:

(a) *Synecdoche.* (b) *Antimeria.* (c) *Metaphora.*

Dicta

Dicta parat contra: jaculum nam torquet in hoſtem. 585 p
Lucagus, ut pronus pendens in verbera telo m
Admonuit bijugos, projecto dum pede lævo l
Aptat ſe pugnæ; ſubit oras haſta per imas g
Fulgentis clypei, tum lævum perforat inguen. f
Excuſſus curru moribundus volvitur arvis: 590 g
Quem pius Æneas dictis affatur amaris: m
Lucage, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum q
Prodidit, aut vanæ vertere ex hoſtibus umbræ: m
Ipſe rotis ſaliens juga deſeris. Hæc ita fatus, i
Arripuit bijugos. Frater tendebat inermes 595 l
Infelix (a) palmas, curru delapſus eodem: a
Per te, per qui te talem genuere parentes, b
Vir Trojane, ſine hanc animam, et miſerere precantis. d
Pluribus oranti Æneas: haud talia dudum m
Dicta dabas: morere, et fratrem ne deſere frater. 600 l
Tum (b) latebras animæ pectus (a) mucrone recludit. l
Talia per campos edebat (c) funere ductor m
Dardanius: torrentis aquæ vel turbinis atri p
More furens. Tandem erumpunt et caſtra relinquunt m
Aſcanius puer et nequicquam obſeſſa juventus. 605 l
Junonem interea compellat Jupiter ultro: f

ORDO.

nam torquet jáculum in hoſtem. Lúcagus, ut pronus, pendens in vérbera, admónuit bíjugos telo, dum aptat ſe pugnæ lævo pede projécto; haſta ſubit per imas oras fulgéntis clypei, tum pérforat lævum inguen. Excúſſus curru, moribúndus vólvitur arvis: quem pius Ænéas affátur amáris dictis: Lúcage, nulla ſegnis mora equórum pródidit tuos currus, aut vanæ umbræ vertére *eos* ex hoſtibus: *tu* ipſe, ſáliens rotis, déſeris juga. Ita fatus hæc, arripuit bíjugos. Infélix frater, delápſus eódem curru, tendébat inérmes palmas: *oro* per te, per paréntes, qui genuére te talem, Trojáne vir, ſine hanc ánimam, et miſerére precántis. Ænéas *ait illi* oránti plúribus *verbis:* haud dabas tália dicta dudum: mórere, et frater, ne déſere fratrem. Tum reclúdit pectus, látebras ánimæ, mucróne. Dardánius ductor edébat tália fúnera per campos: furens more torréntis aquæ, vel atri túrbinis. Tandem Aſcánius puer, et juvéntus obſéſſa nequícquam erúmpunt et relínquunt caſtra. Intérea Júpiter compéllat Junónem ultrò:

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.* (c) *Metonymia.*

O germana

O germana mihi atque eadem gratiſſima conjux: *e*
Ut rebare, Venus (nec te ſententia fallit) *f*
Trojanas ſuſtentat opes: non vivida bello *g*
Dextra viris, animuſque ferox, patienſque pericli. *i*
Cui Juno ſubmiſſa: quid, ô pulcherrime conjux, *g*
Solicitas ægram et tua triſtia dicta timentem? *o*
Si mihi, quæ quondam fuerat, quamque eſſe decebat, *p*
Vis in amore foret; non hoc mihi namque negares, *q*
Omnipotens: quin et pugnæ ſubducere Turnum, *m*
Et Dauno poſſem incolumem ſervare parenti. *g*
Nunc pereat; Teucriſque pio det ſanguine pœnas. *p*
Ille tamen noſtrâ deducit origine nomen: *b*
Pilumnuſque illi quartus pater: et tua largâ *b*
Sæpe manu multiſque oneravit limina donis. *p*
Cui rex ætherei breviter ſic fatur Olympi: *e*
Si mora præſentis leti tempuſque caduco *m*
Oratur juveni, meque hoc ita ponere ſentis; *h*
Tolle fugâ Turnum, atque inſtantibus eripe fatis: *n*
Hactenus indulſiſſe vacat. Sin altior iſtis *p*
Sub precibus venia ulla latet, totumque moveri *k*
Mutarive putas bellum; ſpes (a) paſcis inanes. *f*
Cui Juno illacrymans: quid ſi, quod voce gravaris, *f*

ORDO.

O germána, atque éadem conjux gratiſſima mihi: ut *tu* rebáre (nec ſenténtia fallit te) Venus ſuſténtat Trojánas opes: non *eſt illis* viris dextra vívida bello, animúſque ferox, patiénſque periculi. Cui Juno ſubmíſſa *ait:* ô pulcherrime conjux, quid ſolícitas *me* ægram, et timéntem tua tríſtia dicta? ſi foret mihi *ea* vis in amóre, quæ fúerat quondam, quamque decébat eſſe; namque non negáres hoc mihi, *cùm ſis* omnípotens: quin et poſſem ſubdúcere Turnum pugnæ, et ſerváre *eum* incólumem Dauno parénti. Nunc péreat; detque pœnas Teucris pio ſánguine. Tamen ille dedúcit nomen *à* noſtrâ orígine: Pilumnúſque *eſt* quartus pater illi: et ſæpe onerávit tua límina largâ manu, multíſque donis. Cui rex æthérei Olympi ſic fatur bréviter: ſi mora præſéntis leti, tempúſque orátur caduco júveni, ſentíſque me *poſſe* pónere hoc ita; tolle Turnum fugâ, atque éripe *eum* inſtántibus fatis: vacat indulſíſſe *tibi* háctenus. Sin ulla áltior venia latet ſub iſtis précibus, putáſque totum bellum *poſſe* movéri mutaríve; paſcis inánes ſpes. Cui Juno illácrymans *ait:* quid ſi dares *id* mente, quod graváris voce;

(a) *Metaphora.*

Mente

Mente dares; atque hæc Turno rata vita maneret? *n*
Nunc manet inſontem gravis exitus: aut ego veri *o*
Vana feror: quod ut ô potius formidine falſa *k*
Ludar; et in melius tua, qui potes, orſa reflectas. *i*
Hæc ubi dicta dedit, cœlo ſe protinus alto *l*
Miſit, agens (a) hyemem nimbo ſuccincta per auras: *l*
Iliacamque aciem et Laurentia caſtra petivit. *q*
Tum Dea nube cavâ tenuem ſine viribus umbram, *i*
In faciem Æneæ (viſu mirabile monſtrum) *m*
Dardaniis ornat telis: clypeumque jubaſque *n*
Divini aſſimulat capitis, dat inania verba, *d*
Dat ſine mente ſonum, greſſuſque effingit euntis. *l*
Morte obitâ quales fama eſt volitare figuras, *n*
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus. *a*
At primas læta ante acies exſultat imago, *g*
Irritatque virum telis, et voce laceſſit. *f*
Inſtat cui Turnus, ſtridentemque eminus haſtam *a*
Conjicit: illa dato vertit veſtigia tergo. *l*
Tum vero Æneam averſum ut cedere Turnus *a*
Credidit, atque animo ſpem turbidus (b) hauſit inanem: *q*
Quo fugis, Ænea? thalamos ne deſere pactos: *p*
Hâc dabitur dextrâ tellus quæſita per undas. *m*

ORDO.

atque hæc vita manéret rata Turno? nunc gravis éxitus manet inſóntem: aut ego feror *eſſe* vana *i. e. ignára* veri: quod ô *ita ſit*, ut pótiùs ludar falsâ formidine; et *tu*, qui potes, reflectas tua orſa in méliùs. Ubi dedit hæc dicta, prótinus miſit ſe alto cælo, ſuccincta nimbo, agens hyemem per auras: petivítque Ilíacam áciem, et Lauréntia caſtra. Tum Dea ornat, Dardániis telis, ténuem umbram ſine víribus cavâ nube, in fáciem Ænéæ (monſtrum mirábile viſu:) affimulátque clypeum jubáſque divíni cápitis, dat inánia verba, dat ſonum ſine mente, effingítque greſſus *Ænéæ* eúntis. Quales figúras fama eſt volitáre morte obitâ, aut ſómnia quæ delúdunt ſopítos ſenſus. At læta imágo exſúltat ante primas ácies, irritátque virum telis, et lacéſſit *eum* voce. Cui Turnus inſtat, conjicítque ſtridéntem haſtam éminus: illa *imágo* vertit veſtígia tergo dato. Tum verò, ut Turnus crédidit Ænéan *eſſe* avérſum, atque túrbidus hauſit inánem ſpem ánimo: *ait*, Ænéa, quò fugis? ne défere thálamos pactos: tellus quæsíta per undas dábitur *tibi* hâc *meâ* dextrâ.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Talia vociferans ſequitur, ſtrictumque coruſcat *k*
Mucronem: nec ferre videt ſua gaudia ventos. *c*
Forte ratis, celſi conjuncta crepidine ſaxi *n*
Expoſitis ſtabat ſcalis et ponte parato, *m*
Quâ rex Cluſinis advectus Oſinius oris. *b*
Huc ſeſe trepida Æneæ fugientis imago *h*
Conjicit in latebras: nec Turnus ſegnior inſtat, *l*
Exſuperatque moras, et pontes tranſilit altos. *l*
Vix proram attigerat: rumpit (a) Saturnia funem, *f*
Avulſamque rapit revoluta per æquora navem. *d*
Illum autem Æneas abſentem in prœlia poſcit: *a*
Obvia multa virûm demittit corpora morti. *l*
Tunc levis haud ultra latebras jam quærit imago, *p*
Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ: *f*
Cum Turnum medio interea fert æquore turbo. *e*
Reſpicit ignarus rerum, ingratuſque ſalutis: *m*
Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit: *p*
Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum *l*
Duxiſti? et tales voluiſti expendere pœnas? *g*
Quo feror? unde abii? quæ me fuga, quemve reducet? *q*
Laurenteſne iterum muros aut caſtra videbo? *f*
Quid manus illa virûm, qui me meaque arma ſequuti? *q*

O R D O.

Vociferans tália ſequitur, coruſcátque ſtrictum mucrónem: nec videt ventos ferre ſua gáudia. Fortè ratis, conjuncta crepídine celſi ſaxi, ſtabat ſcalis expóſitis, et ponte paráto, quâ *nave* rex Oſinius *fuerat* advéctus *à* Cluſínis oris. Trépida imágo Ænéæ fugiéntis cónjicit ſeſe huc in látebras: nec Turnus ſégnior inſtat, exſuperátque moras, et tranſilit altos pontes. Vix attígerat proram *navis:* Satúrnia rumpit funem, rapítque navem avúlſam per æquora revolúta. Autem Ænéas poſcit illum abſéntem in prœlia: demittit multa córpora virórum óbvia morti. Tunc levis imágo haud quærit látebras ultra jam, ſed volans ſublimè immíſcuit ſe atræ nubi: cùm intérea turbo fert Turnum médio æquore. *Ille* réſpicit ignárus rerum, ingratúſque ſalútis: et tendit dúplices manus cum voce ad ſidera: *dicens,* omnípotens génitor, duxiſtíne me dignum tanto crímine? et voluíſti *me* expéndere tales pœnas? quò feror? unde abivi? quæ fuga redúcet me, quemve? videbóne Lauréntes muros aut caſtra iterum? quid illa manus virórum *dicet,* qui ſunt ſequúti me meáque arma?

(a) *Antonomaſia.*

Quoſque,

Quoſque, nefas, omnes infanda in morte reliqui? *m*
Et nunc palantes video, gemitumque cadentum *c*
(a) Accipio. Quid agam? aut quæ jam ſatis ima dehiſcat *q*
Terra mihi? vos ô potius miſereſcite, venti; 676 *o*
In rupes, in ſaxa, volens vos Turnus adoro, *g*
Ferte ratem, ſæviſque vadis immittite ſyrtis: *p*
Quo neque me Rutuli, neque conſcia fama ſequatur. *i*
Hæc memorans, animo nunc huc, nunc (a) fluctuat illuc: *l*
An ſeſe (b) mucrone ob tantum dedecus amens 681 *a*
Induat, et (a) crudum per coſtas exigat enſem; *m*
Fluctibus an jaciat mediis, et littora nando *k*
Curva petat: (c) Teucrumque iterum ſe reddat in arma. *p*
Ter conatus utramque viam: ter maxima Juno 685 *e*
Continuit, juvenemque animo miſerata repreſſit. *i*
Labitur alta ſecans, fluctuque æſtuque ſecundo: *l*
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem. *m*
At Jovis interea monitis Mezentius (a) ardens *k*
Succedit pugnæ, Teucroſque invadit ovantes. 690 *a*
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atque omnibus uni, *g*
Uni odiiſque viro telisque frequentibus inſtant. *q*
Ille, velut rupes vaſtum quæ prodit in æquor, *m*
Obvia ventorum furiis, (c) expoſtaque ponto, *p*

ORDO.

omnéſque quos reliqui, *ô* nefas, in infándâ morte? Et nunc vídeo *eos* palántes, accipióque gémitum cadéntium *meis aúribus*. Quid agam? aut quæ ima terra jam ſatis dehíſcat mihi? vos, ô venti, pótiùs miſeréſcite *mei*; *ego* Turnus volens adóro vos, ferte ratem in rupes, in ſaxa, immittitéque *eam* ſævis vadis ſyrtis: quò neque Rútuli, neque cónſcia fama ſequátur me. Mémorans hæc, flúctuat ánimo nunc huc nunc illuc: an amens ob tantum dédecus índuat ſeſe mucróne, et éxigat crudum enſem per coſtas; an jáciat *ſe* médiis flúctibus, et petat curva líttora nando: reddátque ſe iterum in arma Teucrórum. *Eſt* conátus utrámque viam ter: ter máxima Juno continuit *eum*, miſeratáque ánimo repréſſit júvenem. Lábitur ſecans alta, ſecúndo fluctúque æſtúque: et defértur ad antíquam domum patris Dauni. At intérea Mezéntius, mónitis Jovis, ardens ſuccédit pugnæ, invadítque Teucros ovántes. Tyrrhénæ ácies concúrrunt, atque inſtant *illi* uni, *inquam* uni viro ómnibus ódiis frequentibúſque telis. Ille *Mezéntius*, velut rupes, quæ prodit in vaſtum æquor, óbvia fúriis ventórum, expoſitáque ponto,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.* (c) *Syncope.*

Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque, 695 *f*
Ipsa immota manens: prolem Dolichaonis Hebrum *h*
Sternit humi: cum quo Latagum, Palmumque fugacem: *p*
Sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis *m*
Occupat os faciemque adversam: poplite Palmum *l*
Succiso volvi segnem sinit: armaque Lauso 700 *b*
Donat habere humeris, et vertice figere cristas. *q*
Nec non Evantem Phrygium, Paridisque Mimanta *c*
Æqualem comitemque: unâ quem nocte Theano *f*
In lucem genitori Amyco dedit; et face prægnans *d*
Cisseis regina Parin creat: urbe paternâ 705 *c*
Occubat, ignarum Laurens habet ora Mimanta. *n*
Ac velut ille canum morsu de montibus altis *l*
Actus aper (multos Vesulus quem pinifer annos *p*
Defendit, multosque palus Laurentia) sylvâ *g*
Pastus arundineâ: postquam inter retia ventum est, 710 *l*
Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos: *i*
Nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus, *g*
Sed jaculis tutisque procul clamoribus instant: *p*
Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes, *f*
Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas. 715 *m*
Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ, *p*

ORDO.

perfert cunctam vim atque minas cœlique marísque, ipsa manens immota: sternit Hebrum, prolem Dolichaónis, humi: cum quo *sternit* Látagum fugacémque Palmum: sed óccupat Látagum *per* os faciémque adversam saxo, atque ingénti frágmine montis: finit Palmum volvi segnem póplite succíso: donátque Lauso habére *ejus* arma húmeris, et figere cristas vértice *cápitis*. Nec non *ópprimit* Phrygium Evántem, Mimantáque æquálem comitémque Páridis: quem Theáno dedit in lucem genitóri Amyco unâ nocte; et Cisseis regina, prægnans face, creat Parin: *Paris* óccubat patérnâ urbe, Laurens ora habet Mimánta ignárum *i. e. ignotum*. Ac velut ille aper, actus de altis móntibus morsu canum, pastus arundíneâ sylvâ (quem *aprum* pinifer Vésulus deféndit multos annos, Laurentiáque palus *defendit* multos *annos:*) postquam est ventum inter rétia, súbstitit, feróxque infrémuit, et inhórruit armos: nec *est* virtus cuiquam iráisci, accedereve própiùs, sed instant jáculis tutísque clamóribus procùl: autem ille *aper* impávidus cunctátur in omnes partes, infréndens déntibus, et décutit hastas tergo. Haud áliter non est ánimus ulli *eórum*, quibus Mezéntius est justæ iræ,

Non

Non ulli eſt animus ſtricto concurrere (a) ferro; *f*
Miſſilibus longe et vaſto clamore laceſſunt. *m*
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron, *p*
Grajus homo, infectos linquens profugus hymenæos. *n*
Hunc ubi miſcentem longe media agmina vidit, *n*
Purpureum pennis et pactæ conjugis oſtro: *m*
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans; *e*
(Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem *p*
Conſpexit capream, aut ſurgentem in cornua cervum; *f*
Gaudet hians (b) immane, comaſque arrexit, et hæret *p*
Viſceribus ſuper accumbens: lavit improba teter *q*
Ora cruor: *l*
Sic ruit in denſos alacer Mezentius hoſtes. *p*
Sternitur infelix Acron, et calcibus atram *m*
Tundit humum exſpirans, infractaque tela cruentat. *n*
Atque idem fugientem haud eſt dignatus Oroden *f*
Sternere, nec jactâ cæcum dare cuſpide vulnus; *u*
Obvius adverſoque occurrit, ſeque viro vir *m*
Contulit: haud furto melior, ſed fortibus armis. *p*
Tum ſuper abjectum poſito pede nixus et haſtâ: *o*
Pars belli haud temnenda, viri, jacet altus Orodes. *c*
Conclamant ſocii, lætum pæana ſequuti. *f*

ORDO.

concúrrere *cum eo* ſtricto ferro; laceſſunt *eum* longè miſsílibus, et vaſto clamóre. Acron, Grájus homo, vénerat de antiquis finibus Córiti, prófugus linquens hymenæos inféctos. Ubi *Mezéntius* vidit hunc longè miſcéntem média ágmina, purpúreum pennis, et oſtro cónjugis pactæ: ceu ſæpe impáſtus leo perágrans alta ſtábula (enim veſána fames ſuadet) ſi fortè conſpéxit fugácem cápream, aut cervum ſurgéntem in córnua; gaudet hians immánè, arrexítque comas, et hæret accúmbens ſuper viſcéribus: teter cruor lavit *ejus* improba ora: ſic Mezéntius álacer ruit in denſos hoſtes. Infélix Acron ſtérnitur, et exſpírans tundit atram humum cálcibus, cruentátque infrácta tela. Atque idem *Mezentius* haud eſt dignátus ſtérnere Oróden fugiéntem, nec dare cæcum vulnus jactâ cúſpide; óbvius occurrítque advérſo, virque cóntulit ſe viro: haud mélior furto, ſed fórtibus armis. Tum nixus pede póſito ſuper *eum* abjéctum, et haſtâ: *ait*, viri, *hìc* altus Orodes, pars belli haud temnénda, jacet. Sócii conclámant, ſequúti lætum pæána.

(a) *Metonymia.* (b) *Antimeria.* (c) *Metaphora.*

Ille

Ille autem exſpirans: non me, quicunque es, inulto, *a*
Victor, nec longum lætabere: te quoque fata *b*
Proſpectant paria, atque eadem mox arva tenebis. *e*
Ad quem ſubridens mixtâ Mezentius irâ: *a*
Nunc morere: aſt de me Divûm pater atque hominum rex *n*
Viderit. Hoc dicens, eduxit corpore telum: *m*
Olli (a) dura quies oculos et (a) ferreus urget *e*
Somnus, in eternam clauduntur (b) lumina noctem. *m*
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpem: *l*
Partheniumque Rapo et prædurum viribus Orſen: *l*
Meſſapus Cloniumque Lycaoniumque Ericeten: *d*
Illum infrænis equi lapſu tellure jacentem; *f*
Hunc peditem pedes. Et Lycius proceſſerat Agis, *k*
Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitæ *p*
Dejicit: Atronium Salius; Saliumque Nealces, *i*
Inſignis jaculo et longe fallente ſagitta. *f*
Jam gravis æquabat luctus et mutua Mavors *m*
(b) Funera: cædebant pariter, pariterque ruebant *o*
Victores victique: neque his fuga nota, neque illis. *c*
Dî Jovis in (c) tectis iram miſerantur inanem *n*
Amborum, et tantos mortalibus eſſe labores. *b*
Hinc Venus, hinc contra ſpectat Saturnia Juno. *m*

O R D O.

autem ille exſpirans *ait:* quicúnque es, non *vives* me inúlto, nec lætábere longum *tempus:* pária fata proſpéctant te quoque, atque mox ténebis éadem arva. Ad quem Mezéntius ſubridens mixtâ irâ: nunc mórere: aſt pater Divórum atque rex hóminum víderit de me. Dicens hoc, edúxit telum córpore: dura quies, et férreus ſomnus urget óculos olli, *et* lúmina claudúntur in ætérnam noctem. Cædicus obtrúncat Alcáthoum, Sacrátor *obtrúncat* Hydáſpem: Rapo *intérimit* Partheniúmque, et Orſen prædúrum víribus: Meſſápus *óppримit* Cloniúmque Lycaoniúmque Ericéten: illum *Clónium* jacéntem tellúre lapſu infrænis equi; pedes *obtrúncat* hunc *Ericéten* péditem. Et Lycius Agis procéſſerat *in Meſſápum*, quem tamen Válerus, haud expers avítæ virtútis, déjicit: Sálius *déjicit* Atrónium; Nealcéſque insignis jáculo, et ſagíttâ longè falléntе, *intérficit* Sálium. Jam gravis Mavors æquábat luctus et mútua fúnera: victóres victíque cædébant páriter, paritérque ruébant: fuga *eſt* nota neque his, neque illis. Dii, in tectis Jovis, miſerántur inánem iram ambórum, et eſſe mortálibus tantos labóres. Hinc Venus, hinc Satúrnia Juno ſpectat contrà.

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Synecdoche.*

Pallida

Pallida Tiſiphone media inter millia ſævit. *k*
At vero ingentem quatiens Mezentius haſtam *g*
Turbidus ingreditur campo: quàm magnus Orion, *l*
Cum pedes incedit medii per maxima (a) Nerei *p*
Stagna viam ſcindens, humero ſupereminet undas, *o*
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum, *f*
Ingrediturque ſolo, et (b) caput inter nubila condit. *k*
Talis ſe vaſtis infert Mezentius armis. *a*
Hinc contra Æneas, ſpeculatus in agmine longo, *c*
Obvius ire parat. Manet imperterritus ille, *k*
Hoſtem magnanimum opperiens, et mole ſuâ ſtat. *e*
Atque oculis ſpatium emenſus quantum ſatis haſtæ: *l*
Dextra mihi Deus, et telum, quod miſſile libro, *l*
Nunc adſint. Voveo prædonis corpore raptis *f*
Indutum ſpoliis ipſum te, Lauſe, trophæum *f*
Æneæ. Dixit, ſtridentemque eminus haſtam *a*
Jecit: at illa volans clypeo eſt excuſſa, proculque *k*
Egregium Anthorem latus inter et Ilia figit: *o*
Herculis Anthorem comitem, qui miſſus ab Argis *p*
Hæſerat Evandro, atque Italâ conſederat urbe. *p*
Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumque *p*
Aſpicit, et dulces moriens reminiſcitur Argos. *o*

ORDO.

Pállida Tisíphone ſævit inter média míllia. At verò Mezéntius, quátiens ingéntem haſtam, túrbidus ingréditur campo: quàm magnus Orion, cùm incédit pedes, ſcindens viam per máxima ſtagna médii Nerei, ſuperéminet undas húmero, aut referens annóſam ornum ſummis móntibus, ingreditúrque ſolo, et condit caput inter núbila. Mezentius talis infert ſe vaſtis armis. Contrà Ænéas, ſpeculatus *eum* in longo ágmine, parat ire óbvius huic. Ille *Mezéntius* manet impertérritus, oppériens magnánimum hoſtem, et ſtat ſuâ mole. Atque eménſus óculis quantum ſpátium *eſſet* ſatis haſtæ: *ait*, dextra *manus*, *quæ eſt* Deus mihi, et telum, quod libro míſſile, nunc adſint *mihi*. Lauſe *fili*, vóveo te ipſum *futúrum* trophæum Ænéæ, indútum ſpóliis raptis *è* córpore prædónis. Dixit, jecítque ſtridéntem haſtam éminus: at illa volans eſt excúſſa clypeo *Ænéæ*, procúlque figit egrégium Anthórem inter latus et Ilia: Anthórem cómitem Hérculis, qui, miſſus ab Argis, hæſerat Evándro, atque conſéderat Italâ urbe. Infélix ſtérnitur aliéno vúlnere, aſpicítque cœlum, et móriens reminíſcitur dulces Argos.

(a) *Metonymia.* (b) *Hyperbole.*

Tum

Tum pius Æneas haſtam jacit: illa per orbem *n*
Ære cavum triplici, per linea terga, tribuſque *q*
Tranſiit intextum tauris opus: imaque ſedit *n*
Inguine; ſed vires haud pertulit. Ocius enſem *n*
Æneas, viſo Tyrrheni ſanguine lætus, *a*
Eripit à femore, et trepidanti fervidus inſtat. *k*
Ingemuit cari graviter genitoris amore, *o*
Ut vidit, Lauſus; lacrymæque per (a) ora volutæ. *c*
Hic mortis duræ caſum, tua optima facta, *b*
Si qua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas, *p*
Non equidem, nec te, juvenis memorande, ſilebo. *o*
Ille pedem referens, et inutilis, (b) inque ligatus *i*
Cedebat, clypeoque inimicum haſtile trahebat: *e*
Prorupit juvenis, ſeſeque immiſcuit armis, *f*
Jamque aſſurgentis dextrâ, plagamque ferentis *a*
Æneæ ſubiit (c) mucronem: ipſumque morando *f*
Suſtinuit: ſocii magno clamore ſequuntur, *l*
Dum genitor nati parmâ protectus abiret: *m*
Telaque conjiciunt, proturbantque eminus hoſtem *l*
Miſſilibus: furit Æneas, tectuſque tenet ſe. *l*
Ac velut, effusâ ſi quando grandine nimbi *m*
Præcipitant, omnis campis diffugit arator, *m*

O R D O.

Tum pius Ænéas jacit haſtam: illa transívit per orbem *clypei* cavum tríplici ære, per línea terga, opúſque intéxtum tribus tauris: imáque ſedit inguine; ſed haud pértulit vires *eo uſque*. Ænéas, lætus, ſánguine Tyrrhéni viſo, ociùs éripit enſem à fémore, et férvidus inſtat trepidánti. Lauſus, ut vidit, gráviter ingémuit amóre cari genitóris, lacrymæque *ſunt* volútæ per *ejus* ora. Si qua vetúſtas ſit latúra fidem tanto óperi, équidem non ſilébo caſum duræ mortis hìc, tuáque óptima facta, nec te *ipſum*, júvenis memoránde. Ille *pater* réferens pedem *retrò*, et inútilis *pugnæ*, inligatúſque cedébat, trahebátque inimicum haſtile clypeo; júvenis prorúpit, immiſcuítque ſeſe armis, ſubivítque mucrónem Ænéæ, jam aſſurgéntis dextrâ, ferentíſque plagam: ſuſtinuítque ipſum morándo: ſócii ſequúntur *eum* magno clamóre, dum génitor, protéctus parmâ nati, abíret: conjiciúntque tela, proturbántque hoſtem miſsílibus éminus: Ænéas furit, tectúſque *clypeo* tenet ſe. Ac velut, ſi quando nimbi præcípitant grándine effusâ, omnis arátor diffúgit campis,

(a) *Synecdoche.* (b) *Tmeſis.*

Omnis

Omnis et agricola, et tutâ latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi,
Dum pluit; in terris ut poſſint, ſole reducto,
Exercere diem: ſic obrutus undique telis
Æneas, (a) nubem belli, dum detonet, omnem
Suſtinet: et Lauſum increpitat, Lauſoque minatur:
Quo moriture ruis? majoraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exſultat demens: ſævæ jamque altius iræ
Dardanio (a) ſurgunt ductori, extremaque Lauſo
Parcæ fila legunt. Validum namque exigit enſem
Per medium Æneas juvenem, totumque recondit.
Tranſiit et parmam mucro, levia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neverat auro:
Implevitque ſinum ſanguis: tum vita per auras
Conceſſit mœſta ad manes, corpuſque reliquit.
At vero ut vultum vidit morientis et ora,
Ora modis (b) Anchiſiades pallentia miris:
Ingemuit miſerans graviter, dextramque tetendit:
Et mentem patriæ ſubiit pietatis imago:
Quid tibi nunc, miſerande puer, pro laudibus iſtis,
Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?

q
a
m
h
a
p
q
c
a
m
e
p
n
m
f
a
b
p
k
d
k
n

ORDO.

et omnis agrícola, et viátor latet tutâ arce, aut ripis amnis, aut fórnice alti ſaxi, dum pluit; ut poſſint exercére diem, ſole redúcto: ſic Ænéas, óbrutus telis úndique, ſúſtinet omnem nubem belli, dum détonet: et increpitat Lauſum, minatúrque Lauſo: *ait*, quò ruis, moritúre? audéſque majóra *tuis* víribus? tua píetas fallit te incaútum. Nec minus ille demens exſúltat: jamque ſævæ iræ ſurgunt áltiùs Dardánio ductóri, Parcæque legunt extréma fila *vitæ* Lauſo. Namque Ænéas éxigit válidum enſem per médium júvenem, recondítque totum *enſem*. Mucro tranſívit et parmam, lévia arma minácis *júvenis*, et túnicam, quam mater néverat molli auro: ſanguíſque implévit *ejus* ſinum: tum vita mœſta concéſſit per auras ad manes, reliquítque corpus. At verò ut Anchiſiades vidit vultum et ora *ejus* moriéntis, ora palléntia miris modis: míſerans ingémuit gráviter, tetenditque dextram: et imágo pátriæ pietátis ſubívit mentem: puer miſeránde, quid *honóris* nunc *erit* tibi pro iſtis láudibus, quid pius Ænéas dabit *tibi* dignum tantâ índole?

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.*

Arma, quibus lætatus, habe tua: teque parentum *o*
Manibus, et cineri, ſi qua eſt ea cura, remitto. *q*
Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem: *p*
Æneæ magni dextra cadis. Increpat ultro *b*
Cunctantes ſocios, et terrâ ſublevat ipſum, *f*
Sanguine turpantem comptos de more capillos. *m*
Interea genitor Tyberini ad fluminis undam *k*
Vulnera ſiccabat lymphis, corpuſque levabat, *m*
Arboris acclinis trunco: procul ærea ramis *n*
Dependet galea, et prato gravia arma (a) quieſcunt. *b*
Stant lecti circum juvenes: ipſe æger, anhelans *g*
Colla fovet, (b) fuſus propexam in pectore barbam. *m*
Multa ſuper Lauſo rogitat: multoſque remittit *p*
Qui revocent, mœſtique ferant mandata parentis. *p*
At Lauſum ſocii exanimum ſuper arma ferebant *d*
Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum. *a*
Agnovit longe gemitum præſaga mali mens: *g*
Canitiem immundo deformat pulvere, et ambas *m*
Ad cœlum tendit (c) palmas, et corpore inhæret: *a*
Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas; *l*
Ut pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ *g*
Quem genui? tua-ne hæc genitor per vulnera ſervor, *k*

ORDO.

habe tua arma, quibus *es* lætátus: remittóque te mánibus et cineri paréntum, ſi ea eſt qua cura. Tamen infélix ſolábere míſeram mortem hoc: cadis dextrâ magni Ænéæ. Increpat ultrò ſócios cunctántes, et ſúblevat ipſum terrâ, turpántem capillos, comptos de more, ſánguine. Intérea génitor ficcábat vúlnera lymphis ad undam Tyberíni flúminis, levabátque corpus, acclínis trunco: ærea gálea depéndit procùl ramis, et grávia arma quiéſcunt prato. Lecti júvenes ſtant circum *eum:* ipſe æger anhélans fovet colla, fuſus *quoad* propéxam barbam in péctore. Rógitat multa ſuper Lauſo: remittítque multos qui révocent *eum à prælio*, ferántque mandáta mœſti paréntis. At ſócii flentes ferébant Lauſum exánimum ſuper arma, ingéntem, atque victum ingénti vúlnere. Mens præſága mali agnóvit gémitum longè. Deſórmat canitiem immúndo púlvere, et tendit ambas palmas ad cœlum, et inhæret córpore *filii:* nate, tantáne volúptas vivéndi ténuit me; ut páterer *te*, quem génui, ſuccédere hoſtili dextræ pro me? *ego*-ne génitor ſervor per hæc tua vúlnera,

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Synecdoche.*

Morte

Morte tua vivens? heu! nunc miſero mihi demum *n*
Exſilium infelix, nunc alte vulnus adactum. *m*
Idem ego, nate, tuum (a) maculavi crimine nomen, *k*
Pulſus ob invidiam ſolio ſceptriſque paternis. *k*
Debueram patriæ pœnas, odiiſque meorum *q*
Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſe: *g*
Nunc vivo, neque adhuc homines lucemque relinquo. *e*
Sed linquam. Simul hæc dicens, attollit in ægrum *f*
Se femur: et, quanquam vis alto vulnere tardat, *m*
Haud dejectus equum duci jubet: hoc decus illi, *b*
Hoc ſolamen erat; bellis hoc victor abibat *f*
Omnibus: alloquitur mœrentem, et talibus infit: *l*
Rhœbe, diu, res ſi qua diu mortalibus ulla eſt, *p*
Viximus: aut hodie victor ſpolia illa cruenta *q*
Et caput Æneæ referes, Lauſique dolorum *p*
Ultor eris mecum; aut, aperit ſi nulla viam vis, *p*
Occumbes pariter: neque enim, fortiſſime, credo *e*
Juſſa aliena pati et dominos dignabere Teucros. *k*
Dixit: et exceptus tergo conſueta locavit *m*
Membra, manuſque ambas jaculis oneravit acutis: *o*
Ære caput (b) fulgens, criſtâque hirſutus equinâ. *m*
Sic curſum in medios rapidus dedit. (a) Æſtuat ingens *d*

ORDO.

vivens tuâ morte? heu! demum *eſt* mihi míſero infélix exsílium, nunc vulnus *eſt* adáctum altè. Nate, ego idem maculávi tuum nomen crímine, pulſus ſólio paterníſque ſceptris ob invídiam *i. e. tyránnidem.* Debúeram pœnas pátriæ, ipſeque *debúeram* dediſſe ſontem ánimam ódiis meórum *ſubditórum* per omnes mortes: nunc vivo, neque adhuc relínquo hómines lucémque. Sed linquam. Simul dicens hæc, attóllit ſe in ægrum femur: et quanquam vis *dolóris* tardat *eum* alto vúlnere, haud dejéctus jubet equum duci: hoc *erat* decus illi, hoc erat ſolámen; abíbat victor hôc ómnibus bellis: allóquitur *equum* mœréntem, et infit tálibus *dictis:* Rhœbe, víximus diu, ſi eſt ulla res qua *durat* diu mortálibus: aut victor hódie réferes illa cruénta ſpólia, et caput Ænéæ, eríſque ultor dolórum Lauſi mecum; aut, ſi nulla vis áperit viam, occúmbes páriter *mecum:* neque enim, fortíſſime *eque*, credo, dignábere pati aliéna juſſa, et Teucros dóminos. Dixit: et excéptus tergo *equi*, locâvit membra conſuéta, oneravítque ambas manus acútis jáculis: fulgens ære *ſuper* caput, hirſutúſque equínâ criſtâ. Sic rápidus dedit curſum in médios: ingens pudor æſtuat in imo corde,

(a) *Metaphora.* (b) *Heleniſmus.*

Imo in corde pudor, mixtoque inſania luctu, *f*
Et furiis agitatus amor, et conſcia virtus. *k*
Atque hic Ænean magnâ ter voce vocavit. *a*
Æneas agnovit eum, lætuſque precatur: *g*
Sic pater ille Deûm faciat, ſic altus Apollo, *k*
Incipias conferre manum. *p*
Tantum effatus, et infeſtâ ſubit obvius haſtâ. *b*
Ille autem: quid me erepto, ſæviſſime, nato *a*
Terres? hæc via ſola fuit, qua perdere poſſes. *e*
Nec mortem horremus, nec Divûm parcimus ulli: *a*
Deſine: jam venio moriturus, et hæc tibi porto *i*
Dona prius. Dixit, telumque intorſit in hoſtem: *m*
Inde aliud ſuper atque aliud figitque, volatque *k*
Ingenti gyro: ſed ſuſtinet aureus umbo. *b*
Ter circum aſtantem lævos equitavit in orbes, *b*
Tela manu jaciens: ter ſecum Troïus heros *l*
Immanem ærato circumfert tegmine ſylvam. *a*
Inde ubi tot traxiſſe moras, tot ſpicula tædet *p*
Vellere; et urgetur pugnâ congreſſus iniquâ: *m*
Multa movens animo, jam tandem erumpit, et inter *l*
Bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam. *d*
Tollit ſe arrectum quadrupes, et calcibus auras *g*
Verberat, effuſumque equitem ſuper ipſe ſequutus *o*

ORDO.

inſaniáque luctu mixto, et amor agitátus fúriis, et cónſcia virtus. Atque hic vocávit *Ænéan* ter magnâ voce. *Ænéas* agnóvit eum, lætúſque precátur: ſic ille pater Deórum, ſic altus Apóllo fáciat, *ut* incípias conférre manum *mecum*. *Ænéas eſt* effátus tantùm, et ſubit óbvius *illi* inféſtâ haſtâ. Autem ille *Mezéntius ait*: ſæviſſime, quìd terres me, nato erépto? hæc fuit ſola via, quâ poſſes pérdere *me*. Nec horrémus mortem, nec párcimus *i. e. reverémur* ulli Divórum: défine: jam vénio moritúrus, et priùs porto hæc dona tibi. Dixit, intorsítque telum in hoſtem: inde figit áliud atque áliud ſuper, volátque ingénti gyro: ſed áureus umbo *Æniæ* ſúſtinet *illa*. Equitávit in lævos orbes circum *Æníam* aſtántem, jáciens tela manu: Troïus heros ter circúmfert ſecum immánem ſylvam *jaculórum infixam* ærâto tégmine. Inde ubi tædet iſſe tot moras, *et* véllere tot ſpícula *è clypeo*; et urgétur congréſſus iniquâ pugnâ: movens multa ánimo, jam tandem erúmpit, et cónjicit haſtam inter cava témpora equi bellatóris. Quádrupes tollit ſe arréctum, et vérberat auras *poſterióribus* cálcibus, ipſeque, ſequútus *i. e. cadens* ſuper effúſum équitem, ímplicat *eum*,

Implicat,

Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo. *m*
Clamore (a) incendunt cœlum Troëſque Latinique. *a*
(a) Advolat Æneas, vaginaque eripit enſem: *m*
Et ſuper hæc: Ubi nunc Mezentius acer, et illa *q*
Effera vis animi? contra Tyrrhenus, ut auras *l*
Suſpiciens hauſit cœlum, mentemque recepit: *m*
Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris? *k*
Nullum in cœde nefas, nec ſic ad prœlia veni, *f*
Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lauſus. *d*
Unum hoc, per, ſi qua eſt victis venia hoſtibus, oro; *b*
Corpus humo patiare tegi: ſcio acerba meorum *i*
Circumſtare odia: hunc, oro, defende furorem, *f*
Et me conſortem nati concede ſepulcro. *a*
Hæc loquitur, juguloque haud inſcius accipit enſem, *q*
Undantique animam (a) diffundit in arma cruore. *b*

ORDO.

cernuúſque incúmbit armo ejécto. Troéſque Latiníque incéndunt cœlum clamóre. Ænéas ádvolat, eripítque enſem vaginâ: et ſuper hæc *dixit:* ubi nunc *eſt* acer Mezéntius, et illa éffera vis ánimi? contrà Tyrrhénus, ut, ſuſpíciens cœlum, hauſit auras, recepítque mentem: *ait*, amáre hoſtis, quid increpitas, et mináris mortem? *eſt* nullum nefas in *meâ* cæde, nec ſic veni ad prœlia, *ut párceres mihi*, nec meus *filius* Lauſus pépigit mihi hæc fœdera tecum. Oro hoc unum, per *véniam*, ſi *quidem* qua vénia eſt *data* victis hóſtibus; *ut* patiáre *meum* corpus tegi humo: ſcio acérba ódia meórum *ſubditórum* circúmſtare: oro, defénde hunc furórem *eórum*, et concéde me conſórtem ſepúlcro nati. *Mezéntius* lóquitur hæc, haudque ínſcius áccipit enſem júgulo, diffundítque ánimam cruóre undánti in arma.

(a) *Metaphora.*

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER XI.

OCEANUM interea ſurgens Aurora reliquit. *l*
Æneas (quanquam et ſociis dare tempus humandis *c*
Præcipitant curæ, turbataque funere mens eſt) *n*
Vota Deûm primo victor ſolvebat Eoo. *m*
Ingentem quercum deciſis undique ramis *a*
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma, *q*
(a) Mezentî ducis exuvias; tibi, magne, trophæum, *d*
Bellipotens: aptat (b) rorantes ſanguine criſtas, *m*
Telaque trunca viri, et bis ſex thoraca petitum *l*
Perfoſſumque locis: clypeumque ex ære ſiniſtræ *e*
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum. *m*
Tum ſocios (namque omnis eum ſtipata (b) tegebat *p*
Turba ducum) ſic incipiens hortatur ovantes: *p*

ORDO.

Intérea Auróra, ſurgens, reliquit Océanum. Ænéas, victor, ſolvébat vota Deórum primo Eoo (quanquam curæ præcípitant *eum* dare tempus ſóciis humándis, menſque eſt turbáta fúnere *Pallantis*.) Conſtituit ingéntem quercum túmulo, *ejus* ramis deciſis úndique, induítque fulgéntia arma, exúvias ducis Mezéntii; *quod erat* trophæum tibi, magne bellípotens: aptat criſtas rorántes ſánguine, truncáque tela viri, et thoráca petítum, perfoſſúmque bis ſex locis: ſubligátque clypeum ex ære ſiniſtræ *parti*, atque ſuſpéndit ebúrnum enſem collo. Tum hortátur ſocios ovántes (nam omnis turba ducum ſtipáta tegébat eum) incípiens ſic:

(a) *Apocope.* (b) *Metaphora.*

Maxima

Maxima res effecta, viri: timor omnis abeſto. *o*
Quod ſupereſt: hæc ſunt ſpolia, et de rege ſuperbo *p*
Primitiæ: manibuſque meis Mezentius hic eſt. *k*
Nunc iter ad regem nobis muroſque Latinos. *m*
Arma parate, animis et ſpe præſumite bellum: *l*
Ne qua mora ignaros (ubi primum vellere ſigna *p*
Annuerint ſuperi, pubemque educere caſtris) *l*
Impediat, ſegneſque metu ſententia tardet. *p*
Interea ſocios inhumataque corpora terræ *i*
Mandemus: qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt. *c*
Ite, ait: egregias animas, quæ ſanguine nobis *k*
Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis *i*
Muneribus: mœſtamque Evandri primus ad urbem *m*
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem *a*
Abſtulit atra dies, et funere merſit (a) acerbo. *q*
Sic ait illacrymans, recipitque ad limina greſſum: *k*
Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acœtes *k*
Servabat ſenior: qui Parrhaſio Evandro * *f*
Armiger ante fuit; ſed non felicibus æque *l*
Tum comes auſpiciis caro datus ibat alumno. *q*
Circum omnes (b) famulûmque manus, Trojanaque turba, *c*
Et mœſtæ Iliades crinem de more (c) ſolutæ. *f*

ORDO.

viri, máxima res *eſt* effécta: omnis timor abéſto. Quod ſúpereſt: hæc ſunt ſpólia, et primítiæ *belli* de ſupérbo rege: Mezentiúſque eſt hìc *in* meis mánibus. Nunc *eſt* nobis iter ad regem Latinóſque muros. Paráte arma, et præſúmite bellum ánimis et ſpe: ne qua mora impédiat *vos* ignáros, ſententiáque tardet *vos* ſegnes, ubi primùm ſúperi annúerint véllere ſigna, educeréque pubem caſtris. Intérea mandémus ſócios inhumatáque córpora terræ: qui honos ſolus eſt *iis* ſub imo Acherónte. Ait, ite: decoráte egrégias animas, quæ peperére hanc patriam nobis ſuo ſánguine, ſuprémis munéribus: Palláſque, quem non egéntem virtútis atra dies ábſtulit, et merſit acérbo fúnere, primus mittátur ad mœſtam urbem Evándri. Sic ait illácrymans, recipítque greſſum ad límina: ubi ſénior Acœtes ſervábat póſitum corpus exánimi Pallántis: qui *Acœtes* fuit antè ármiger Parrháſio Evándro; ſed tum ibat comes caro alúmno non æquè felícibus auſpíciis. Omnes *ſtant* circùm, manúſque famulórum, Trojanáque turba, et mœſtæ Iliades, ſolútæ *quoad* crinem de more.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Helleniſmus.*

Ut

Ut vero Æneas foribus ſeſe intulit altis, g
Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt f
Pectoribus, mœſtoque (a) immugit regia luctu. m
Ipſe caput nivei fultum Pallantis et ora l
Ut vidit, levique patens in pectore vulnus g
Cuſpidis Auſoniæ, lacrymis ita fatur obortis: i
Tene, inquit, miſerande puer, cum læta veniret, e
Invidit fortuna mihi? ne regna videres g
Noſtra, neque ad ſedes victor veherere paternas? n
Non hæc Evandro de te promiſſa parenti a
Diſcedens dederam: cum me complexus euntem f
Mitteret in magnum imperium; metuenſque moneret o
Acres eſſe viros, cum (a) dura prœlia gente. f
Et nunc ille quidem ſpe multum (a) captus inani, f
Fors et vota facit, cumulatque altaria donis: c
Nos juvenem exanimum, et nil jam cœleſtibus ullis l
Debentem, vano mœſti comitamur honore. b
Infelix! nati funus crudele videbis. a
Hi noſtri reditus, exſpectatique triumphi! f
Hæc mea magna fides! at non, Evandre, pudendis l
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum p
Optabis nato funus pater. Hei mihi, quantum b

ORDO.

Verò ut Ænéas íntulit ſeſe altis foribus, tollunt ingéntem gémitum ad ſídera pectóribus tunſis, regiáque immúgit mœſto luctu. Ut ipſe vidit fultum caput, et ora nívei Pallántis, paténſque vulnus Auſóniæ cúſpidis in levi péctore, ita fatur lácrymis obórtis: inquit, puer miſeránde, fortuná ne, cùm veníret læta, invídit te mihi; ne vidéres noſtra regna, neque veherére victor ad patérnas ſedes? *Ego* diſcédens non déderam hæc promíſſa parénti Evándro de te: cùm compléxus me eúntem, mítteret *me* in magnum impérium; metuénſque monéret *me Latínos* eſſe acres viros, dura prœlia *eſſe mihi* cum durâ gente. Et nunc quidem ille, multùm captus ináni ſpe, fors et facit vota *pro te*, cumulátque altária donis: *dum* nos mœſti comitámur júvenem exánimum, et jam debéntem nil ullis cœléſtibus, vano honóre. Infélix! vidébis crudéle funus nati. Hi *ſunt* noſtri réditus, exſpectatíque triúmphi! hæc *eſt* mea magna fides! at, Evándre, non aſpícies *eum* pulſum vulnéribus pudéndis: nec *tu* pater optábis dirum funus *tibi* nato *túrpiter* ſóſpite. Hei mihi, quantum præſídium *tu*,

(a) *Metaphora.*

Præſidium,

Præſidium, Auſonia, et quantum tu perdis, Iüle! *l*
Hæc ubi deflevit, tolli miſerabile corpus *n*
Imperat: et toto lectos ex agmine mittit *m*
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem, *n*
Interſintque patris lacrymis, ſolatia luctûs *e*
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri. *p*
Haud ſegnes alii, crates et molle feretrum *f*
Arbuteis texunt virgis et vimine querno: *m*
Exſtructoſque toros obtentu frondis inumbrant. *f*
Hic juvenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt: *m*
Qualem virgineo demeſſum pollice florem *f*
Seu mollis violæ, ſeu languentis hyacinthi; *f*
Cui neque fulgor adhuc, nec dum ſua forma receſſit: *q*
Non jam mater alit tellus, vireſque miniſtrat. *f*
Tum geminas veſtes, auroque oſtroque rigentes, *m*
Extulit Æneas: quas illi læta laborum *m*
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido *p*
Fecerat, et tenui telas diſcreverat auro. *l*
Harum unam juveni, ſupremum mœſtus honorem *f*
Induit; arſuraſque comas obnubit amictu. *p*
Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ *l*
Aggerat, et longo prædam jubet ordine duci. *n*

ORDO.

Auſónia, perdis, et quantum *amicum* tu, Iüle, *perdis!* Ubi deflévit hæc, imperat miſerábile corpus tolli: et mittit mille viros, lectos ex toto ágmine, qui comiténtur ſuprémum honórem, interſíntque lácrymis patris; *quæ ſunt* exígua ſolátia ingéntis luctûs, ſed débita míſero patri. Alii, haud ſegnes, texunt crates et molle feretrum arbúteis virgis et querno vímine: inumbrántque extrúctos toros obténtu frondis. Hìc ponunt júvenem ſublímem in agréſti ſtrámine: qualem florem ſeu mollis violæ, ſeu languéntis hyacínthi, demétſum virgíneo póllice; cui *flori* neque fulgor adhuc, necdum ſua forma recéſſit: jam mater tellus non alit *eum*, miniſtrátque vires. Tum Ænéas éxtulit géminas veſtes, rigéntes auróque oſtróque: quas Sidónia Dido ipſa, lxta labórum, quondam ſécerat illi ſuis mánibus, et diſcréverat telas ténui auro. Mœſtus índuit unam harum júveni, *quaſi* ſuprémum honórem; obnubítque comas arſúras *álterâ quaſi* amictu. Prætereáque ággerat multa prædia Lauréntis pugnæ, et prædam duci longo órdine.

Addit equos et tela, quibus ſpoliaverat hoſtem. o
Vinxerat et poſt terga manus, quos mitteret umbris p
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammam: m
Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis f
Ipſos ferre duces, inimicaque nomina figi. d
Ducitur infelix ævo confectus Acœtes, m
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora: m
Sternitur et toto projectus corpore terræ. m
Ducunt et Rutulo perfuſos ſanguine currus. f
Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon e
It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora. m
Haſtam alii galeamque ferunt, nam cætera Turnus k
Victor habet. Tum mœſta phalanx Teucrique ſequuntur, p
Tyrrhenique duces, et verſis Arcades armis. f
Poſtquam omnis longe comitum proceſſerat ordo, g
Subſtitit Æneas, gemituque hæc addidit alto: p
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli o
Fata vocant. Salve (a) æternum mihi, maxime Palla, n
(a) Æternumque vale. Nec plura effatus, ad altos f
Tendebat muros, greſſumque in caſtra ferebat. a
Jamque oratores aderant ex urbe Latina, g
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes: c

ORDO.

Addit equos et tela, quibus ſpoliáverat hoſtem. Et vinxerat manus *eórum* poſt terga, quos mitteret inférias umbris *Pallántis*, ſparſúros flammam ſánguine cæſo: jubétque duces ipſos ferre truncos indútos hoſtilibus armis, inimicáque nómina figi *arbóribus*. Infelix Acœtes, conféctus ævo, dúcitur, fœdans nunc péctora pugnis, nunc ora únguibus: et ſtérnitur terræ, projéctus toto córpore. Et ducunt currus perfúſos Rútulo ſánguine. Pòſt Æthon equus bellátor it lácrymans, inſignibus pófitis, humectátque ora grándibus guttis. Alii ferunt haſtam galeámque; nam Turnus victor habet cætera. Tum mœſta phalanx, Teucríque Tyrrheníque duces, et Arcades, armis verſis, ſequúntur. Poſtquam omnis ordo cómitum procéſſerat longè, Ænéas ſúbſtitit, addiditque hæc alto gémitu: éadem hórrida fata belli vocant nos hinc ad álias lácrymas. Salve ætérnùm mihi máxime Palla, valéque ætérnùm. Nec effátus plura, tendébat ad altos muros, ferebátque greſſum in caſtra. Jamque oratóres áderant ex Latínâ urbe, veláti ramis óleæ, rogantéſque véniam:

(a) *Antimeria.*

Corpora,

Corpora, per campos, ferro quæ fuſa jacebant, *m*
Redderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terræ: *k*
Nullum cum victis certamen et æthere caſſis: *b*
Parceret hoſpitibus quondam ſoceriſque vocatis. *q*
Quos bonus Æneas, haud aſpernanda precantes, *m*
Proſequitur veniâ, et verbis hæc inſuper addit: *l*
Quænam vos tanto fortuna indigna, Latini, *a*
(a) Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos? *n*
Pacemne exanimis et Martis ſorte peremptis *f*
Oratis? equidem et vivis concedere vellem. *f*
Nec veni, niſi fata locum ſedemque dediſſent: *e*
Nec bellum cum gente gero. Rex noſtra reliquit *g*
Hoſpitia, et Turni potius ſe credidit armis. *p*
Æquius huic Turnum fuerat ſe opponere morti. *p*
Si bellum finire manu, ſi pellere Teucros *g*
Apparat; his decuit mecum concurrere telis: *l*
Vixet, cui vitam Deus aut ſua dextra dediſſet. *c*
Nunc ite, et miſeris ſupponite civibus ignem. *b*
Dixerat Æneas: olli obſtupuere ſilentes, *n*
Converſique oculos inter ſe atque ora tenebant. *f*
Tum ſenior ſemperque odiis et crimine Drances *p*
Infenſus juveni Turno, ſic ore viciſſim *f*

ORDO.

ut rédderet córpora, quæ jacébant fuſa ſerro per campos, ac ſíneret *ea* ſuccédere túmulo terræ: *eſſe illi* nullum certámen cum victis et caſſis æthere: *ut* párceret *iis* quondam vocátis hoſpitibus ſoceríſque. Quos *oratóres*, precántes haud aſpernánda, bonus Ænéas proſéquitur véniâ *petítâ*, et inſuper áddidit hæc verbis: Latíni, quænam indígna fortúna implícuit vos tanto bello, *vos* qui fugiátis nos amícos? oratíſne pacem exánimis, et perémptis ſorte Martis? équidem vellem concédere *hanc* et vivis. Nec veni *huc*, niſi fata dediſſent locum ſedémque: nec gero bellum cum gente. *Veſter* rex relíquit noſtra hoſpítia, et pótiùs crédidit ſe armis Turni. Fúerat æquius Turnum oppónere ſe huic morti. Si ápparat fínire bellum manu, ſi *ápparat* péllere Teucros; décuit *eum* concúrrere his telis mecum. *Is* vixíſſet, cui Deus aut ſua dextra dedíſſet vitam. Nunc ite, et ſuppónite ignem míſeris cívibus. Ænéas díxerat: olli ſiléntes obſtupuére, converſíque tenébant óculos atque ora inter ſe. Tum ſénior Drances, infénſus júveni Turno ódiis et crímine *i. e. criminatiónibus*, ſic viciſſim refert orſa ore:

(a) *Metaphora.*

Orſa refert: ô fama ingens, ingentior armis, *m*
Vir Trojane, quibus cœlo te laudibus æquem? *f*
Juſtitiæne prius mirer, belline laborum? *l*
Nos vero hæc patriam grati referemus ad urbem: *h*
Et te, ſi qua viam dederit fortuna, Latino *e*
Jungemus regi: quærat ſibi fœdera Turnus. *b*
Quin et fatales murorum attollere moles, *a*
Saxaque ſubvectare humeris Trojana juvabit. *p*
Dixerat hæc: unoque omnes eadem ore fremebant. *n*
Bis ſenos pepigere dies: et pace ſequeſtrâ *e*
Per ſylvas Teucri, mixtique impune Latini, *a*
Erravere jugis. Ferro ſonat alta bipenni *b*
Fraxinus: (a) evertunt actas ad ſidera pinus: *m*
Robora nec cuneis, et olentem ſcindere cedrum, *k*
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos. *b*
Et jam fama volans, tanti prænuncia luctus, *f*
Evandrum Evandrique domos et mœnia complet; *g*
Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat. *p*
Arcades ad portas ruere, et de more vetuſto *p*
Funereas rapuere faces: lucet via longo *k*
Ordine flammarum, et late diſcriminat agros. *m*
Contra turba Phrygum veniens plangentia jungit *e*

ORDO.

ô Trojáne vir, ingens famâ, ingéntior armis, quibus láudibus æquem te cœlo? priúſne mirer *tuæ* juſtitiæ, laborúmne belli? nos verò grati referémus hæc ad pátriam urbem: et, ſi qua fortúna déderit viam, jungémus te regi Latíno: Turnus quærat *ália* fœdera ſibi. Quin et juvabit *nos* attollere fatáles moles murórum, ſubvectaréque Trojána ſaxa *noſtris* húmeris. *Drances* dixerat hæc: omnéſque fremébant éadem uno ore. Pepigére bis ſenos dies: et pace ſequéſtrâ Teucri, Latiníque mixti erravére impúnè per ſylvas *et in* jugis. Alta fráxinus ſonat ferro bipénni: evértunt pinus actas ad ſídera: ceſſant nec ſcíndere róbora et oléntem cedrum cúneis, nec vectáre ornos geméntibus plauſtris. Et jam fama volans, prænúncia tanti luctûs, complet Evándrum, domóſque Evándri, et mœnia; quæ *fama* modo ferébat Látio Palláṅta *eſſe* victórem. Arcades *incipiunt* rúere ad portas, et rapuére funéreas faces de vetúſto more: via lucet longo órdine flammárum, et diſcríminat agros latè. Contrà turba Phrygum véniens jungit plangéntia ágmina.

(a) *Hyperbole.*

Agmina

Agmina. Quæ poſtquam matres ſuccedere tectis *m*
Viderunt, mœſtam (a) incendunt clamoribus urbem. *a*
At non Evandrum potis eſt vis ulla tenere; *g*
Sed venit in medios: feretro Pallanta (b) repoſto *k*
Procumbit ſuper, atque hæret lacrymanſque gemenſque: *b*
Et via vix tandem voci laxata dolore eſt: *m*
Non hæc, ô Palla, dederas promiſſa parenti: *g*
Cautius ut ſævo velles te credere (c) Marti. *m*
Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis, *b*
Et prædulce decus primo certamine poſſet. *f*
Primitiæ juvenis miſeræ, bellique propinqui *k*
Dura (a) rudimenta, et nulli exaudita Deorum *m*
Vota, preceſque meæ! tuque, ô ſanctiſſima conjux, *l*
Felix morte tua, neque in hunc ſervata dolorem! *e*
Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes *n*
Reſtarem ut genitor. Troûm ſocia arma ſequutum *b*
Obruerent Rutuli telis: animam ipſe dediſſem; *q*
Atque hæc pompa domum me, non Pallanta, referret. *f*
Nec vos arguerim, Teucri, nec fœdera, nec quas *f*
Junximus hoſpitio dextras: ſors iſta ſenectæ *l*
Debita erat noſtræ. Quod ſi (a) immatura manebat *m*
Mors natum; cæſis Volſcorum millibus ante, *a*
Ducentem in Latium Teucros, cecidiſſe juvabit. *b*

ORDO.

Quæ poſtquam matres vidérunt ſuccédere tectis, incéndunt mœſtam urbem clamóribus. At non ulla vis eſt potis tenére Evándrum; ſed venit in médios: feréro repóſito, procúmbit ſuper Pallánta, atque hæret lacrymanſque geménſque: et vix tandem via eſt laxáta voci dolóre. O Palla, non déderas hæc promíſſa *mihi* paréati: ut velles crédere te cáutiùs ſævo Marti. Haud eram ignárus, quantum nova glória in armis poſſet, et prædúlce decus *in* primo certámine. Miſeræ primítiæ júvenis, duráque rudiménta propínqui belli, et vota, exaudíta nulli Deórum, meæque preces! tuque, ó ſanctíſſima conjux, felix tuâ morte, neque ſerváta in hu c dolorem! contrà ego vici mea fata vivéndo, ut génitor reſtárem ſupérſtes *filio*. Rútuli obruérent *me* telis, ſequútum ſócia arma Troûm: ipſe dediſſem ánimam; atque hæc pompa referret me, non Pallánta domum. Nec argúerim vos, Teucri, nec fœdera, nec quas dextras júnximus hoſpi io: iſta ſors erat débita noſtræ ſenéctæ. Quòd ſi immatúra mors manébat natum; juvabit *eum* cecidiſſe, ducéntem Teucros in Látium, míllibus Volſcórum cæſis antè.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Metonymia.*

Quin

Quin ego non alio digner te funere, Palla, *l*
Quam pius Æneas, et quam magni Phryges, et quam *m*
Tyrrhenique duces, (a) Tyrrhenûm exercitus omnis. *f*
Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera leto. *q*
Tu quoque nunc ſtares immanis truncus in armis, *m*
Eſſet par ætas, et idem ſi robur ab annis, *g*
Turne. Sed infelix Teucros quid demoror armis? *m*
Vadite, et hæc memores regi mandata referte: *l*
Quod vitam moror inviſam, Pallante perempto; *f*
Dextera cauſa tua eſt, Turnum gnatoque patrique *l*
Quam debere vides meritis: vacat hic tibi ſolus *d*
Fortunæque locus. Non vitæ gaudia quæro, *f*
Nec fas: ſed gnato manes perferre ſub imos. *a*
Aurora interea miſeris mortalibus almam *e*
Extulerat lucem, referens opera atque labores. *o*
Jam pater Æneas, jam curvo in littore Tarchon *m*
Conſtituere pyras: huc corpora quiſque ſuorum *n*
More tulere patrum: ſubjectiſque ignibus atris *l*
Conditur in tenebras altum caligine cœlum. *l*
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis *a*
Decurrêre rogos: ter mœſtum funeris ignem *f*
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere. *e*

O R D O.

Quin ego non digner te, Palla, álio fúnere, quàm pius Ænéas, et quàm magni Phryges, quàmque Tyrrhéni duces, *et* omnis exércitus Tyrrhenórum. *Illi*, quos tua dextera dat leto, ferunt magna trophæa. Tu quoque, Turne, nunc ſtares immánis truncus in armis, ſi eſſet *nobis* par ætas, et idem robur ab annis. Sed quìd *ego* infélix démoror Teucros *ab* armis? vádite, et mémores referte hæc mandáta *veſtro* regi. *O Ænéa*, quòd moror inviſam vitam, Pallánte perémpto, tua déxtera eſt cauſa, quam *dextram* vides debére Turnum gnatóque patrique méritis: hic ſolus locus *ſolándi me* vacat *i. e. reſtat* tibi fortunæque. Non quæro gáudia vitæ, nec *eſt* fas: ſed *cúpio* perférre *hunc núncium* ſub imos manes gnato. Intérea Auróra extúlerat almam diem miſéris mortálibus, réferens ópera atque labóres. Jam pater Ænéas, jam Tarchon conſtituére pyras in curvo líttore: quiſque tulére córpora ſuórum *amícorum* more patrum: atríſque ignibus ſubjéctis, altum cœlum cónditur in ténebras caligine. Cincti fulgéntibus armis decurrére ter circum accenſos rogos: ter luſtravére mœſtum ignem fúneris in equis, dederéque ululátus ore.

(a) *Syncope.*

Spargitur

Spargitur et tellus lacrymis, ſparguntur et arma: p
It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum. g
Hinc alii ſpolia occiſis direpta Latinis l
Conjiciunt igni, galeas, enſeſque decoros, p
Frænaque, ferventeſque rotas: pars, munera nota, p
Ipſorum clypeos, et non felicia tela. f
Multa boum circa mactantur corpora morti: m
Setigeroſque ſues, raptaſque ex omnibus agris l
In flammam jugulant pecudes: tum littore toto e
Ardentes ſpectant ſocios, ſemuſtaque ſervant g
Buſta: neque avelli poſſunt, nox humida donec m
Invertit cœlum ſtellis fulgentibus aptum. a
Nec minus et miſeri diverſa in parte Latini l
Innumeras ſtruxere pyras; et corpora partim p
Multa (a) virûm terræ infodiunt; avectaque partim p
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt: p
Cætera, confuſæque ingentem cædis acervum, m
Nec numero nec honore cremant. Tunc undique vaſti k
Certatim crebris collucent ignibus agri. a
Tertia lux gelidam cœlo dimoverat umbram: l
Mœrentes altum cinerem et confuſa ruebant g

ORDO.

Et tellus ſpárgitur lácrymis, et arma ſpargúntur *iis:* clamórque virórum, clangórque tubárum it cœlo. Hinc álii conjiciunt igni ſpólia dirépta occíſis Latínis, gáleas, decoróſque enſes, frænáque, ferventéſque rotas: pars *conjiciunt* múnera nota *mórtuis*, clypeos ipſórum, et tela non felícia. Multa córpora boum circà mactántur morti: jágulant ſetigeróſque ſues, pecudéſque raptas ex ómnibus agris in flammam: tum toto líttore ſpectant ardéntes ſócios, ſervántque ſemúſta buſta: neque poſſunt avélli, donec húmida nox invértit cœlum aptum fulgéntibus ſtellis. Nec minùs et míſeri Latíni ſtruxére pyras in divérsâ parte; et partim infódiunt multa córpora virórum terræ; partímque tollunt avécta in finítimos agros, remittúntque *ea* urbi: cremant cætera, ingentémque acérvum confuſæ cædis, nec número nec honóre *i. e. nec numerándo nec honorándo.* Tunc úndique vaſti agri collúcent certátim crebris ígnibus. Tértia lux dimóverat gélidam umbram *noctis* cœlo: *illi* mœrentes ruébant altum cínerem et oſſa confúſa focis,

(a) *Syncope.*

Oſſa

Oſſa focis, tepidoque onerabant aggere terræ. *k*
Jam vero in (a) tectis prædivitis urbe Latini *b*
Præcipuus fragor, et longe pars maxima luctus. *l*
Hic matres, miſeræque nurus, hic cara ſororum *e*
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi *o*
Dirum exſecrantur bellum, Turnique hymenæos: *a*
Ipſum armis, ipſumque jubent decernere (b) ferro; *g*
Qui regnum Italiæ et primos ſibi poſcat honores. *b*
Ingravat hæc ſævus Drances: ſolumque vocari *m*
Teſtatur, ſolum poſci in certamina Turnum. *a*
Multa ſimul contra variis ſententia dictis *p*
Pro Turno, et magnum reginæ nomen (c) obumbrat: *a*
Multa virum meritis ſuſtentat fama trophæis. *l*
Hos inter motus, medio (c) flagrante tumultu, *g*
Ecce ſuper mœſti magnâ Diomedis ab urbe *n*
Legati reſponſa ferunt: nihil omnibus actum *c*
Tantorum impenſis operum: nil dona neque aurum, *g*
Nec magnas valuiſſe preces: alia arma Latinis *d*
Quærenda, aut pacem Trojano ab rege petendum. *a*
Deficit ingenti luctu rex ipſe Latinus. *m*
Fatalem Æneam manifeſto numine ferri *g*
Admonet ira Deûm, tumulique ante ora recentes. *k*

ORDO.

onerabántque *ea* tépido ággere terræ. Jam verò præcípuus fragor, et longè máxima pars luctus *erat* in tectis *totâ* urbe prædivitis Latini. Hic matres, miſeræque nurus, hìc cara péctora mœréntium ſorórum, puerique orbi paréntibus exſecrántur dirum bellum, hymenæóque Turni: jubent ipſum *decérnere* armis, ipſúmque decérnere ferro, qui poſcat regnum Itáliæ et primos honóres ſibi. Sævus Drances íngravat hæc: tecta úrque Turnum ſolum vocári, ſolum poſci in certámina. Contrà *eſt* multa ſenténtia ſimul váriis dictis pro Turno, et magnum nomen reginæ obúmbrat *eum:* multa fama ſuſténtat virum méritis trophæis. Inter hos motus, médio tumúltu flagránte, ecce ſuper mœſti legáti ferunt reſpónſa ab magnâ urbe Diomédis: *áiunt*, nihil *eſſe* actum impénſis tantórum óperum: dona *valuíſſe* nil, neque aurum, nec magnas preces valuíſſe: ália arma *eſſe* quærénda Latínis, aut peténdum pacem ab Trojáno rege. Rex Latinus ipſe déficit ingénti luctu. Ira Deórum admónet, recentéſque túmuli ante ora *admónent* fatálem Ænéan ferri manifésto númine.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.*

Ergo

Ergo concilium magnum, primoſque ſuorum *f*
Imperio accitos, alta intra limina cogit. *m*
Olli convenere, fluuntque ad regia plenis *g*
(a) Tecta viis. Sedet in mediis, et maximus ævo, *k*
Et primus ſceptris, haud lætâ fronte, Latinus. *a*
Atque hic legatos Ætola ex urbe remiſſos, *a*
Quæ referant, fari jubet: et reſponſa repoſcit *p*
Ordine cuncta ſuo. Tum facta ſilentia linguis, *q*
Et Venulus dicto parens ita (b) farier infit: *n*
Vidimus, ô cives, Diomedem Argivaque caſtra, *p*
Atque iter emenſi caſus ſuperavimus omnes; *n*
Contigimuſque manum, quâ concidit Ilia tellus. *q*
Ille urbem Argyripam, patriæ cognomine gentis, *e*
Victor Gargani condebat Iapygis agris. *b*
Poſtquam introgreſſi, et coram data copia fandi; *b*
Munera præferimus, nomen patriamque docemus: *q*
Qui bellum intulerint, quæ cauſa attraxerit Arpos. *f*
Auditis ille hæc placido ſic reddidit ore: *g*
O fortunatæ gentes, Saturnia regna, *a*
Antiqui Auſonii: quæ vos fortuna quietos *f*
Solicitat, ſuadetque ignota laceſſere bella? *n*
Quicunque Iliacos (c) ferro violavimus agros, *h*

ORDO.

Ergo cogit magnum concílium, primóſque ſuórum áccitos império, intra alta límina. Olli convenére, fluúntque ad régia tecta plenis viis. Latínus ſedet in médiis, et máximus ævo, et primus ſceptris, haud lætâ fronte. Atque hìc jubet legátos, remiſſos ex Ætólâ urbe, fari *ea*, quæ réferant: et repóſcit cuncta reſpónſa ſuo órdine. Tum ſiléntia *ſunt* fácta linguis, et Venulus, parens dicto *Latíni* inſit fari ita: ô cives, vídimus Diomédem Argiváque caſtra, atque eménſi iter ſuperávimus omnes caſus; contigimúſque manum, quâ Ilia tellus cóncidit. Ille victor condébat urbem Argyripam, cognómine pátriæ gentis, agris Gárgani Iapygis. Poſtquam *ſumus* introgréſſi, et cópia fandi coram *eſt* data; præférimus múnera, docémus nomen patriámque: qui intúlerint bellum, quæ cauſa attráxerit Arpos. *His* auditis, ille réddidit hæc plácido ore ſic: ô fortunátæ gentes, Satúrnia regna, antíqui Auſonii: quæ fortúna ſolícitat vos quiétos, ſuadétque laceſſere ignóta bella? quicúnque violávimus Iliacos agros ferro,

(a) *Synecdoche.* (b) *Paragoge.* (c) *Metonymia.*

(Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis, *m*
Quos Simoïs premat ille viros) infanda per orbem *k*
Supplicia, et ſcelerum pœnas expendimus omnes, *l*
Vel Priamo miſeranda manus. Scit triſte Minervæ *k*
Sidus, et Euboïcæ cautes, ultorque Caphareus. *l*
Militia ex illa diverſum ad littus abacti, *m*
(a) Atrides Protei Menelaüs ad uſque columnas *d*
Exſulat: Ætnæos vidit Cyclopas Ulyſſes. *m*
Regna Neoptolemi referam, verſoſque Penates *k*
Idomenei? Libyco-ne habitantes littore Locros? *k*
Ipſe Mycenæus magnorum ductor (b) Achivûm *f*
Conjugis infandæ prima intra limina dextrâ *m*
Oppetiit: devictâ Aſiâ ſubſedit adulter. *p*
Invidiſſe Deos, patriis ut redditus oris *e*
Conjugium optatum et pulchra Calydona viderem? *n*
Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur: *l*
Et ſocii amiſſi (b) petierunt æthera pennis, *p*
Fluminibuſque vagantur aves (heu dira meorum *k*
Supplicia!) et ſcopulos lacrymoſis vocibus implent. *k*
Hæc adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt *p*
Tempore; cum (c) ferro cœleſtia corpora demens *n*
(b) Appetii, et Veneris violavi vulnere dextram. *e*

O R D O.

(mitto ea *mala*, quæ *ſunt* exhaúſta bellándo ſub altis muris, *et* quos viros ille Simoïs premat) expéndimus infánda ſupplícia per orbem, et omnes pœnas ſcélerum, manus *i. e. turba* miſeránda vel Priamo *ipſi*. Triſte ſidus Minérvæ, et Euboïcæ cautes, ultórque Capháreus ſcit *iſta*. Abácti ex illâ militiâ ad divérſum littus, Menelâüs Atrídes éxſulat uſque ad colúmnas Protei: Ulyſſes vidit Ætnæos Cyclópas. Referám-*ne* regna Neoptólemi, Penatéſque Idomenei? Locrós-ne habitántes Líbyco littore. *Agamémnon* Mycenæus ductor magnórum Achivórum ipſe oppetívit inter prima límina dextrâ infándæ cónjugis: Aſiâ devíctâ adúlter *Ægyſtthus* ſubſédit. *An memorábo* Deos invidiſſe *mihi*, ut *ego*, redditus pátriis oris, vidérem optátum conjúgium et pulchram Calydóna? nunc étiam porténta horríbili víſu ſequúntur *me*: et ſócii amíſſi petivérunt æthera pennis, *facti*-que aves vagántur fluminibus (heu dira ſupplícia meórum!) et implent ſcópulos lacrymóſis vócibus. Adeò jam hæc fuérunt ſperánda *i. e. exſpectánda* mihi ex illo témpore; cùm demens appetívi cœléſtia córpora ferro, et violávi dextram Véneris vúlnere.

(a) *Antonomaſia.* (b) *Syncope.* (c) *Metonymia.*

Ne

Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas. *a*
Nec mihi cum Teucris ullum poſt eruta bellum *m*
Pergama, nec veterum memini lætorve malorum. *k*
Munera, quæ patriis ad me (a) portaſtis ab oris, *l*
Vertite ad Æneam. Stetimus tela aſpera contra, *p*
Contulimuſque manus: experto credite, quantus *l*
In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam. *n*
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet *l*
Terra viros: ultrò Inachias veniſſet ad urbes *p*
Dardanus, et verſis lugeret (b) Græcia fatis. *m*
Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Trojæ: *m*
Hectoris Æneæque manu victoria (a) Grajûm *p*
Hæſit, et in decimum (b) veſtigia rettulit annum. *q*
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis: *m*
Hic pietate prior. Coëant in fœdera dextræ, *k*
Quà datur: aſt, armis concurrant arma, cavete. *m*
Et reſponſa ſimul quæ ſint, rex optime regum, *f*
(c) Audiſti, et quæ ſit magno ſententia bello. *a*
Vix ea legati: variuſque per ora cucurrit *o*
Auſonidûm turbata fremor: ceu ſaxa morantur *p*
Cum rapidos amnes; clauſo ſit gurgite murmur, *m*
Vicinæque fremunt ripæ (c) crepitantibus undis. *b*

ORDO.

Ne verò, ne impéllite me ad tales pugnas. Nec *eſt* mihi ullum bellum cum Teucris poſt Pérgama éruta, nec mémini, lætórve *cauſâ* véterum malórum *Trojánórum*. Vértite múnera ad Ænéam, quæ portavíſtis ab pátriis oris ad me. Stétimus contra *ejus* áſpera tela, contulimúſque manus: crédite *mihi* expérto, quantus aſſúrgat in clypeum, quo túrbine tórqueat haſtam. Si Idæa terra tulíſſet duo tales viros prætérea: Dárdanus veníſſet ultrò ad Ináchias urbes, et Græcia lugéret fatis verſis. Quicquid *témporis* eſt ceſſátum apud mœnia duræ Trojæ: victória Grajórum hæſit manu Héctoris Æneæque, et rétulit veſtígia in décimum annum. Ambo *erant inſígnes* ánimis, ambo inſígnes præſtántibus armis: hic *Ænéas erat* prior pietáte. *Veſtræ* dextræ coëant in fœdera, quà datur *i. e. quâ conditióne:* aſt cavéte, *ne* arma concúrrant armis. Optime rex regum, ſimul audivíſti et quæ re pón'a ſint, et quæ *ejus* ſenténtia ſit *de* magno bel o. Vix legáti *dixérunt* ea: variúſque fremor cucúrrit per turbáta ora Auſonidárum: ceu cùm ſaxa moránturrápidos amnes; murmur ſit gúrgite clauſo, vicinæque ripæ fremunt crepitántibus undis.

(a) *Metonymia.* (b) *Syncope.* (c) *Metaphora.*

Ut primum placati animi, et trepida ora quierunt, *c*
Præfatus Divos ſolio rex infit ab alto: *g*
Ante equidem ſumma de re ſtatuiſſe, Latini, *n*
Et vellem, et fuerat melius: non tempore tali *e*
(a) Cogere concilium, cum muros obſidet hoſtis. *l*
Bellum importunum, cives, cum gente Deorum, *a*
Invictiſque viris, gerimus: quos nulla fatigant *e*
Prœlia, nec victi poſſunt abſiſtere (b) ferro. *m*
Spem, ſi quam accitis (c) Ætolûm habuiſtis in armis, *b*
Ponite: ſpes ſibi quiſque; ſed hæc, quam anguſta, videtis. *k*
Cætera quâ rerum jaceant perculſa ruinâ, *p*
Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras. *p*
Nec quemquam incuſo: potuit quæ plurima virtus *g*
Eſſe, fuit: toto certatum eſt corpore regni. *m*
Nunc adeo, quæ ſit dubiæ ſententia menti, *p*
Expediam; et paucis, animos adhibete, docebo. *o*
Eſt antiquus ager, Tuſco mihi proximus amni, *b*
Longus in occaſum, fines ſuper uſque Sicanos. *n*
Aurunci Rutulique ſerunt, et vomere duros *e*
Exercent colles, atque horum aſperrima paſcunt. *a*
Hæc omnis regio et celſi plaga pinea montis *b*
Cedat amicitiæ Teucrorum: et fœderis æquas *l*

ORDO.

Ut primùm ánimi *fuérunt* placáti, et trépida ora quievérunt, rex, præfátus Divos, infit ab altó ſólio: equidem, Latíni, et vellem, et fúerat mélius, ſtatuíſſe antè de ſummâ re: non *verò* cógere concílium tali témpore, *cùm* hoſtis óbſidet muros. Cives, gérimus importúnum bellum cum gente Deórum invictíſque viris: quos nulla prœlia fatígant, nec victi poſſunt abſíltere ferro. Pónite ſpem, ſi habuíſtis quam *ſpem* in armis Ætolórum accítis: quiſque ſit ſibi *ſua* ſpes; ſed vidétis quàm angúſta hæc *ſit*. Quâ ruínâ cætera *noſtrárum* rerum percúlſa jáceant, ómnia ſunt ante óculos intérque veſtras manus. Nec incúſo quemquam: plúrima virtus, quæ pótuit eſſe, fuit: *vel*, *veſtra* virtus fuit plurima *i. e. maxima* quæ potuit eſſe: eſt certátum toto córpore regni. Adeò nunc expédiam, quæ ſenténtia ſit dúbia menti; et docébo *vos* paucis *verbis*, adhibéte ánimos. Eſt mihi antiquus ager, próximus Tuſco amni, longus in occáſum *ſolis*, uſquè ſuper Sicános fines. Aurunci Rutulíque ſerunt *eum*, et exércent duros colles vómere, atque aſpérrima *loca* horum *agrórum* paſcunt *pécora*. Omnis hæc régio, et pínea plaga celſi montis cedat amicítiæ Teucrórum: et dicámus æquas leges fœderis,

(a) *Metapiora.* (b) *Metonymia.* (c) *Syncope.*

Dicamus

Dicamus leges, ſocioſque in regna vocemus. g
Conſidant, ſi tantus amor, et mœnia condant. g
Sin alios fines aliamque capeſſere gentem o
Eſt animus, poſſuntque ſolo decedere noſtro: p
Bis denas Italo texamus robore naves, f
Seu plures complere valent: jacet omnis ad undam c
Materies: ipſi numerumque modumque carinis o
Præcipiant; nos æra, manus, navalia demus. p
Præterea, qui dicta ferant et fœdera firment, p
Centum oratores prima de gente Latinos a
Ire placet, paciſque manu prætendere ramos: p
Munera portantes eboriſque, aurique talenta, p
Et ſellam regni trabeamque inſignia noſtri. g
Conſulite in medium, et rebus ſuccurrite feſſis. l
Tum Drances idem infenſus, quem gloria Turni a
Obliquâ invidiâ ſtimuliſque agitabat amaris; d
Largus opum, et linguâ melior, ſed (a) frigida bello p
Dextera, conſiliis habitus non futilis auctor, k
Seditione potens: genus huic materna ſuperbum k
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat: l
Surgit, et his onerat dictis, atque (a) aggerat iras: l
Rem nulli obſcuram, noſtræ nec vocis egentem, a

ORDO.

vocemúſque *Trojános* ſócios in regna. Conſídant *illic*, ſi *ſit illis* tantus amor, et condant mœnia. Sin eſt *illis* ánimus capéſſere álios fines aliámque gentem, poſſúntque decédere noſtro ſolo: texámus *illis* bis denos naves Italo róbore, ſeu plures, *ſi* valent complére *eas*: omnis matéries jacet ad undam: ipſi præcípiant numerúmque modúmque carínis; nos demus æra, manus *et* navália. Prætérea placet, centum Latinos oratóres de primâ gente ire, qui ferant *hæc* dicta et firment fœdera, *eóſ*-que præténdere ramos pacis manu: portantéſque múnera éboris, talentáque áuri, et ſellam trabeámque, inſígnia noſtri regni. *Vos* conſúlite in médium, et ſuccúrrite feſſis rebus. Tum Drances inſénſus, idem, quem glória Turni agitábat oblíquâ invídia, amaríſque ſtímulis; largus opum, et mélior línguâ, ſed *cujus* déxtera *erat* frígida bello, hábitus non fútilis auctor conſíliis, potens ſeditióne: matérna nobílitas dabat huic ſupérbum genus, *enim* ferébat incértum *genus* de patre: ſurgit, et óncrat *Turnum* his dictis, atque ággerat iras: ô bone rex, cónſulis rem obſcúram nulli, nec egéntem noſtræ vocis.

(a) *Metaphora.*

Conſulis,

Conſulis, ô bone rex. Cuncti ſe ſcire fatentur *l*
Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant. *e*
Det libertatem fandi, (a) flatuſque remittat, *a*
Cujus ob auſpicium infauſtum moreſque ſiniſtros *l*
(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur) *k*
(b) Lumina tot cecidiſſe ducum, totamque videmus *k*
Conſediſſe urbem luctu: dum Troïa tentat *a*
Caſtra fugæ fidens, et cœlum territat armis. *m*
Unum etiam donis iſtis, quæ plurima mitti *m*
Dardanidis dicique jubes, unum, optime regum, *p*
Adjicias: nec te ullius violentia vincat, *n*
Quin gnatam egregio genero digniſque hymenæis *e*
Des pater, et pacem hanc æterno fœdere jungas. *m*
Quod ſi tantus habet mentes et pectora terror; *f*
Ipſum obteſtemur, veniamque oremus ab ipſo; *g*
Cedat jus proprium regi, patriæque remittat. *h*
Quid miſeros toties in aperta pericula cives *i*
Projicis? ô Latio (a) caput horum et cauſa malorum! *k*
Nulla ſalus bello: pacem te poſcimus omnes, *m*
Turne, ſimul pacis ſolum inviolabile pignus. *n*
Primus ego, inviſum quem tu tibi fingis, et eſſe *n*
Nil moror, en ſupplex venio: miſerere tuorum: *o*

ORDO.

Cuncti faténtur ſe ſcire, quid fortúna pópuli ferat, ſed muſſant dícere *illud*. *Ille* det libertátem fandi, remittátque flatus, ob infaúſtum auſpicium cujus, finiſtróſque mores (équidem dicam, licèt minétur arma mortémque mihi) vidémus lúmina tot ducum cecidiſſe, totámque urbem conſediſſe luctu: dum tentat Troïa caſtra fidens fugæ, et térritat cœlum armis. Optime regum, adjícias unum étiam, unum iſtis donis, quæ plúrima jubes mitti dicique Dardánidis: nec violéntia ullíus vincat te, quin pater des gnatam egrégio género digníſque hymenæis, et jungas hanc pacem ætérno fœdere. Quòd ſi tantus terror *Turni* habet *noſtras* mentes et péctora; obteſtémur ipſum, oremúſque véniam ab ipſo; cedat próprium jus regi, remittátque *illud* pátriæ. Quìd projícis míſeros cives tóties in apérta pericula? ô caput et cauſa horum malórum Látio! *eſt* nulla ſalus bello: *nos* omnes póſcimus te, Turne, pacem, ſimul ſolum inviolábile pignus pacis. En ego primus, quem tu fingis invíſum tibi (et nil moror *me* eſſe) ſupplex vénio: miſerére tuórum:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Pone

Pone (a) animos, et pulſus abi: ſat funera fuſi *p*
Vidimus, ingentes et deſolavimus agros. *m*
Aut ſi fama movet, ſi tantum pectore robur *f*
Concipis, et ſi adeo dotalis regia (a) cordi eſt; *l*
Aude, atque adverſum fidens fer pectus in hoſtem. *a*
Scilicet, ut Turno contingat regia conjux, *m*
Nos, animæ viles, inhumata infletaque turba, *p*
Sternamur campis. Et jam tu, ſi qua tibi vis, *a*
Si patrii quid Martis habes, illum aſpice contra, *p*
Qui vocat. *l*
Talibus (b) exarſit dictis violentia Turni: *n*
Dat gemitum, (b) rumpitque has imo pectore voces: *m*
Larga quidem, Drance, tibi ſemper copia fandi, *p*
Tunc cum bella manus poſcunt: patribuſque vocatis *b*
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis, *m*
Quæ tuto tibi magna (b) volant; dum diſtinet hoſtem *e*
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ. *g*
Proinde (b) tona eloquio, ſolitum tibi; meque timoris *i*
Argue tu, Drance: tot quando ſtragis acervos *m*
Teucrorum tua dextra dedit, paſſimque trophæis *e*
Inſignis agros. Poſſit quid vivida virtus, *a*
Experiare licet: nec longe ſcilicet hoſtes *l*

ORDO.

pone ánimos, et pulſus abi: fuſi vídimus fúnera ſat, et deſolávimus ingéntes agros. Aut ſi fama movet *te*, ſi cóncipis tantum robur péctore, et ſi dotális régia eſt ádeò cordi *tibi*; aude, atque fidens fer advérſum pectus in hoſtem. Scílicet, ut régia conjux contíngat Turno, nos, viles ánimæ, turba inhumáta infletáque, ſternámur campis. Et jam tu, ſi *eſt* tibi qua vis, ſi habes quid pátrii Martis, áſpice illum contrà, qui vocat *te*. Violéntia Turni exárſit tálibus dictis: dat gemitum, rumpítque has voces imo péctore: Drance, *eſt* tibi quidem ſemper larga cópia fandi, tunc cùm bella poſcunt manus: patribúſque vocátis *tu* primus ades: ſed cúria non eſt replénda verbis, quæ magna volant tibi tutò; dum agger murórum díſtinet hoſtem, nec foſſæ inúndant ſánguine. Proínde tona elóquio, *quod eſt* ſólitum tibi; tuque, Drance, argue me timóris: quando tua déxtra dedit tot acérvos ſtragis Teucrórum, agróſque inſígnis paſſim trophæis. Licet *ut* experiáre, quid vívida virtus poſſit: ſcílicet nec hoſtes *ſunt* quæréndi nobis longe:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Quærendi

Quærendi nobis: circumſtant undique muros. *a*
Imus in adverſos? quid ceſſas? an tibi (a) Mavors *m*
(b) Ventoſa in lingua pedibuſque fugacibus iſtis *c*
Semper erit? *l*
Pulſus ego? aut quiſquam merito, fœdiſſime, pulſum *p*
Arguet? Iliaco tumidum qui creſcere Tybrim *k*
Sanguine, et Evandri totam cum ſtirpe videbit *m*
Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis: *l*
Haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens, *p*
Et quos mille die victor ſub Tartara miſi, *f*
Incluſus muris hoſtilique aggere (b) ſeptus. *a*
Nulla ſalus bello? capiti cane talia demens *o*
Dardanio, rebuſque tuis, proinde omnia magno *p*
Ne ceſſa turbare metu, atque extollere vires *g*
Gentis bis victæ, contra premere arma Latini. *b*
Nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiſcunt? *i*
Nunc et (c) Tydides, et Lariſſæus Achilles? *a*
Amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas? *q*
Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit *b*
Artificis ſcelus: et formidine crimen (b) acerbat. *q*
Numquam animam talem dextra hac, abſiſte moveri, *m*

ORDO.

circúmſtant muros úndique. *Nos* imus in *eos* advérſos? quìd *tu* ceſſas? an Mavors erit tibi ſemper in Ventósâ linguâ illíſque fugácibus pédibus? *an* ego *ſum* pulſus? aut quiſquam árguet méritò me *eſſe* pulſum fœdiſſime? qui vidébit túmidum Tybrim créſcere Ilíaco ſánguine, et totam domum Evándri cum ſtirpe procubuíſſe, atque Arcadas exútos armis? Bitias et ingens Pándarus haud ita *ſunt* expérti me, et mille *álios*, quos ego victor miſi ſub Tártara *uno* die, inclúſus muris, ſeptúſque hoſtíli ággere. *Ais*, *eſt* nulla ſalus bello? demens, cane tália Dardánio cápiti, tuíſque rebus: proínde ne ceſſa turbáre ómnia magno metu, atque extóllere vires *Trojánæ* gentis bis victæ, contrà prémere arva Latíni. Nunc et próceres Myrmídonum tremíſcunt Phrygia arma? nunc et Tydídes et Lariſſæus Achílles *tremíſcunt ea?* et amnis Aúfidus, *verſus* retro, fugit Hadríacas undas? vel cum ſcelus artíficis *i. e. ſceléſtus accuſátor* fingit ſe pávidum contra mea júrgia: et acérbat crimen *ſuâ* formídine. Numquam amíttes talem ánimam hac dextrâ, absíſte movéri:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomaſia.*

Amittes:

Amittes: habitet tecum, et ſit pectore in iſto. *f*
Nunc ad te et tua, magne pater, conſulta revertor. *e*
Si nullam noſtris ultra ſpem ponis in armis; *a*
Si tam deſerti ſumus, et ſemel agmine verſo *c*
Funditus occidimus, neque habet fortuna regreſſum: *k*
Oremus pacem, et dextras tendamus inermes. *a*
Quamquam ô! ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet: *f*
Ille mihi ante alios, fortunatuſque laborum, *l*
Egregiuſque animi; qui, ne quid tale videret, *l*
Procubuit moriens, et humum ſemel ore momordit. *i*
Sin et opes nobis, et adhuc intacta juventus, *p*
Auxilioque urbes Italæ populique ſuperſunt; *o*
Sin et Trojanis cum multo gloria venit *a*
Sanguine, ſunt illis ſua funera, parque per omnes *o*
Tempeſtas: cur indecores in limine primo *g*
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus? *o*
Multa dies variuſque labor mutabilis ævi *k*
Rettulit in melius! multos (a) alterna reviſens *l*
Luſit, et in ſolido rurſus fortuna locavit. *l*
Non erit auxilio nobis Ætolus, et Arpi? *l*
At Meſſapus erit, felixque Tolumnius, et quos *b*
Tot populi miſere duces: nec parva ſequetur *p*

ORDO.

hábitet tecum, et ſit in iſto péctore. Nunc revértor ad te, magne pater, et tua conſúlta. Si ponis nullam ſpem ultrà in noſtris armis; ſi ſumus tam deſérti, et occídimus ſúnditus, ágmine ſemel verſo, neque fortúna habet regréſſum: orémus pacem, et tendámus dextras inérmes. Quamquam ô! ſi quisquam ſolitæ virtútis adéſſet: ille *vidérétur* mihi fortunatúſque labórum, egregiúſque ánimi ante álios; qui, ne vidéret quid tale, procúbuit móriens, et ſemel momórdit humum ore. Sin et opes, et juvéntus adhuc intácta, Italæque urbes populique ſupérſunt nobis auxílio; ſin et glória venit Trojánis cum multo ſánguine, ſunt illis ſua fúnera, parque tempéſtas per omnes: cur *nos* indécores deficimus in primo límine? cum tremor óccupat *noſtros* artus ante tubam? dies, variúſque labor mutábilis ævi rétulit multa in mélius: fortúna altérna *i. e. alternatim* reviſens luſit multos, et rurſus locávit *eos* in ſólido *ſtatu*. *An* Ætólus non erit auxílio nobis, et Arpi? at Meſſápus erit, felíxque Tolúmnius, et duces, quos tot pópuli miſére.

(a) *Antimeria.*

Gloria delectos Latio et Laurentibus agris. *p*
Est et Volscorum egregia de gente Camilla, *g*
Agmen agens equitum et (a) florentes ære catervas. *l*
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt, *a*
Idque placet, tantumque bonis communibus obsto: *p*
Non adeo has exosa manus victoria fugit, *p*
Ut tantâ quicquam pro spe tentare recusem. *a*
Ibo animis contra: vel magnum præstet Achillem, *m*
Factaque Vulcani manibus paria induat arma *o*
Ille licet. Vobis animum hanc, soceroque Latino, *o*
Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus, *p*
Devoveo: solum Æneas vocat? et vocet, oro. *n*
Nec Drances potius, sive est hæc ira Deorum, *f*
Morte luat; sive est virtus et gloria, tollat. *m*
Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant *g*
Certantes: castra Æneas aciemque movebat. *b*
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu *n*
Ecce ruit, magnisque urbem terroribus implet: *m*
Instructos acie Tyberino à flumine Teucros, *e*
Tyrrhenamque manum totis descendere campis. *f*
Extemplo turbati animi, concussaque vulgi *g*
Pectora, et (a) arrectæ (a) stimulis haud mollibus iræ. *p*

ORDO.

nec parva glória sequétur *eos* deléctos *è* Látio et Lauréntibus agris. Et est Camílla de egrégiâ gente Volscórum, agens agmen équitum, et catérvas floréntes ære. Quòd si Teucri poscunt me solum in certámina, idque placet, obstóque commúnibus bonis tantum: victória, non ádeò fugit has *meas* manus, exósa *eas*, ut recúsem tentáre quicquam pro tantâ spe. Ibo ánimis contra *Ænéam:* licèt ille præstet *se* vel magnum Achillem, induátque arma, pária *Achilléis*, facta mánibus Vulcáni. Ego Turnus, haud secúndus ulli véterum virtúte, devóveo hanc ánimam vobis, soceróque Latíno: *Ænéas* vocat *me* solum? et oro, *ut* vocet *me unum*; nec pótiùs Drances luat morte *mecum*, sive hæc est ira Deórum, *ut pereámus*; sive est virtus aut glória, *ut* tollat *eam*. Illi certántes agébant hæc inter se de dúbiis rebus: *Ænéas* movébat castra aciémque. Ecce núntius ruit ingénti tumúltu per régia tecta, implétque urbem magnis terróribus: *dicens*, Téucros instrúctos ácie, Tyrrhenámque manum descéndere à Tibérino flúmine totis campis. Extémplò ánimi *sunt* turbáti, pectoráque vulgi concússa, et iræ arréctæ haud móllibus stímulis.

(a) *Metaphora.*

Arma

Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma juventus, q
Flent mœſti muſſantque patres: hic undique clamor g
Diſſenſu vario magnus ſe (a) tollit in auras. f
Haud ſecus atque alto in luco cum ſorte catervæ m
Conſedêre avium; piſcoſove amne Paduſæ. f
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cycni. n
Imo, ait, ô cives, arrepto tempore, Turnus, m
Cogite concilium, et pacem laudate ſedentes: l
Illi armis in regna ruunt. Nec plura loquutus g
Corripuit ſeſe, et tectis citus extulit altis. n
Tu, Voluſe, armari Volſcorum edice (b) maniplis: m
Duc, ait, et Rutulos: equites Meſſapus in armis, k
Et cum fratre Coras latis (a) diffundite campis. f
Pars aditus urbis firment, turreſque capeſſant: m
Cætera, quà juſſo, mecum manus inferat arma. n
Ilicet in muros tota diſcurritur urbe. m
Concilium ipſe pater et magna incepta Latinus l
Deſerit, ac triſti turbatus tempore differt. m
(c) Multaque ſe incuſat, qui non acceperit ultro m
Dardanium Æneam, generumque aſciverit urbi. p
Præfodiunt alii portas, aut ſaxa ſudeſque l
Subjiciunt: bello dat ſignum rauca cruentum m

ORDO.

Illi trépidi poſcunt arma manu, juvéntus fremit *flágitans* arma, *et* patres mœſti flent muſſántque: hìc magnus clamor úndique tollit ſe in auras vário diſſénſu. Haud ſecùs atque cùm fortè catérvæ ávium conſedére in alto luco; raucíve cycni dant ſónitum piſcóſo amne Padúſæ per loquácia ſtagna. Turnus ait, imò, ô cives, témpore arrépto, cógite concílium, et ſedéntes laudáte pacem: illi ruunt armis in regna. Nec loqúutus plura corrípuit ſeſe, et citus éxtulit *ſeſe* altis tectis. Tu, Vóluſe, edíce manípulis Volſcórum armári: duc et Rútulos, ait: Meſſápus et Coras cum fratre diffúndite équites in armis latis campis. Pars firment áditus urbis, capeſſántque turres: cætera manus ínferat arma mecum, quà júſſero. Ilicet diſcúrritur in muros *ex* totâ urbe. Pater Latínus ipſe déſerit concílium et magna incépta, ac turbátus triſti témpore differt *ea*. Incuſátque ſe multa *i. e. multùm*, qui non ultro accéperit Dardánium Ænéam, aſciverítque *eum* génerum urbi. Alii præfódiunt portas, aut ſubjíciunt ſaxa ſudéſque: rauca búccina dat cruéntum ſignum bello.

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.* (c) *Antimeria.*

Buccina. Tum muros variâ cinxere coronâ p
Matronæ puerique: vocat labor ultimus omnes. d
Nec non ad templum ſummaſque ad Palladis arces a
Subvehitur magnâ matrum regina catervâ, m
Dona ferens: juxtaque comes Lavinia virgo, p
Cauſa mali tanti, atque oculos (a) dejecta decoros. p
Succedunt matres, et templum thure (b) vaporant, a
Et mœſtas alto (b) fundunt de limine voces: a
Armipotens belli præſes, Tritonia virgo, m
Frange manu telum Phrygii prædonis, et ipſum p
Pronum ſterne ſolo, portiſque (b) effunde ſub altis. f
Cingitur ipſe furens certatim in prœlia Turnus: l
Jamque adeo Rutulum thoraca (a) indutus ahenis l
Horrebat ſquamis, ſuraſque incluſerat auro, a
Tempora (b) nudus adhuc: laterique accinxerat enſem, k
Fulgebatque altâ decurrens aureus arce: a
Exſultatque animis, et ſpe jam præcipit hoſtem. f
Qualis, ubi abruptis fugit præſepia (c) vinclis, m
Tandem liber equus, campoque potitus aperto; h
Aut ille in paſtus armentaque tendit equarum; b
Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto f
Emicat, arrectiſque fremit cervicibus alte p

ORDO.

Tum Matrónæ puerique cinxére muros váriâ coronâ: últimus labor vocat omnes. Nec non regina, *cum* magnâ catérvâ matrum, ſubvéhitur ad templum, adque ſummas arces Pálladis, ferens dona: juxtáque *eam* virgo Lavínia comes, cauſa tanti mali, atque dejécta *quoad* decóros óculos. Matres ſuccédunt, et vapórant templum thure, et fundunt mœſtas voces de alto límine. Virgo Tritónia, armípotens præſes belli, frange telum Phrygii prædónis manu, et ſterne ipſum pronum ſolo, effundéque *eum* ſub altis portis. Turnus ipſe furens certátim cíngitur in prœlia: jamque ádeò indútus *quoad* Rútulum thoráca horrébat ahénis ſquamis, incluſerátque ſuras auro, adhuc nudus *quoad* témpora: accinxerátque enſem láteri, fulgebátque áureus decúrrens altâ arce: exſultátque ánimis, et jam præcipit hoſtem ſpe. Qualis equus, ubi fugit præſépia, vínculis abrúptis, tandem liber, potitúſque apérto campo; ille aut tendit in paſtus armentáque equárum; aut aſſuétus perfúndi noto flúmine aquæ émicat, luxuriánſque fremit cervícibus arréctis altè,

(a) *Hellenſmus.* (b) *Metaphora.* (c) *Syncope.*

Luxurians,

Luxurians, (a) luduntque jubæ per colla, per armos. *p*
Obvia cui, Volſcorum acie comitante, Camilla *o*
Occurrit, portiſque ab equo regina ſub ipſis *g*
Deſiluit: quam tota cohors imitata relictis *o*
Ad terram defluxit equis: tum talia fatur: *g*
Turne, ſui merito ſi qua eſt fiducia forti, *l*
Audeo et (b) Æneadûm promitto occurrere turmæ, *l*
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra. *p*
Me ſine prima manu tentare pericula belli: *q*
Tu pedes ad muros ſubſiſte, et mœnia ſerva. *m*
Turnus ad hæc, oculos horrenda in virgine (c) fixus: *l*
O, decus Italiæ, virgo, quas dicere grates, *l*
Quaſve referre parem? ſed nunc, eſt omnia quando *l*
Iſte animus ſupra, mecum partire laborem. *m*
Æneas, ut fama fidem miſſique reportant *g*
Exploratores, equitum levia improbus arma *c*
Præmiſit, quaterent campos: ipſe ardua montis *f*
Per deſerta jugo properans adventat ad urbem. *e*
Furta paro belli convexo in tramite ſylvæ, *m*
Ut bivias armato obſidam (d) milite fauces: *m*
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis. *f*
Tecum acer Meſſapus erit, turmæque Latinæ, *g*

ORDO.

jubæque ludunt per *ejus* colla, per armos. Cui *Turno* Camilla, ácie Volſcórum comitánte *eam*, óbvia occúrrit, reginaque deſiluit ab equo ſub portis ipſis: quam *Camillam* tota cohors imitáta defluxit ad terram equis relictis: tum *regina* fatur tália: Turne, ſi eſt forti mérito qua fidúcia ſui, *ego* áudeo et promitto occúrrere turmæ Æneadárum, ſoláque ire óbvia contra Tyrrhénos équites. Sine me tentáre prima pericula belli *meâ* manu: tu pedes ſubſiſte ad muros, et ſerva mœnia. Turnus, fixus *quoad* óculos in horréndâ vírgine, *reſpóndet* ad hæc: O virgo, decus Itáliæ, quas grates parem dicere, quaſve referre *tibi?* ſed nunc, quando iſte *tuus* ánimus eſt ſupra ómnia *perícula*, partíre labórem mecum. Ut fama, exploratoréſque miſſi repórtant, ímprobus Ænéas præmíſit lévia arma équitum, *ut* quáterent campos: ipſe, próperans per árdua deſérta montis advéntat ad urbem. Paro furta *i. e. inſídias* belli in convéxo trámite ſylvæ, ut obsídam bívias fauces armáto mílite: tu éxcipe Tyrrhénum équitem ſignis collátis. Acer Meſſápus erit tecum, Latinæque turmæ,

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.* (c) *Helleniſmus.* (d) *Enallage.*

Tiburtique

Tiburtique manus: ducis et tu concipe curam. *e*
Sic ait, et paribus Meſſapum in prœlia dictis *l*
Hortatur, ſocioſque duces: et pergit in hoſtem. *e*
Eſt curvo anfractu vallis accommoda fraudi *a*
Armorumque dolis: quam denſis frondibus atrum *f*
Urget utrinque latus: tenuis quo ſemita ducit, *k*
Anguſtæque ferunt fauces, adituſque maligni. *h*
Hanc ſuper, in ſpeculis ſummoque in vertice montis, *l*
Planities ignota jacet, tutique receptus: *p*
Seu dextrâ lævâque velis occurrere pugnæ; *g*
Sive inſtare jugis, et grandia volvere ſaxa. *h*
Huc juvenis notâ fertur regione viarum, *n*
Arripuitque locum, et ſylvis inſedit iniquis. *l*
Velocem interea ſuperis in ſedibus Opim, *e*
Unam ex virginibus ſociis ſacrâque catervâ, *e*
Compellabat, et has triſti Latonia voces *f*
Ore dabat; graditur bellum ad crudele Camilla, *l*
O virgo, et noſtris nequicquam cingitur armis, *a*
Cara mihi ante alias: neque enim novus iſte Dianæ *i*
Venit amor, ſubitâque animus dulcedine movit. *k*
Pulſus ob invidiam regno, vireſque (a) ſuperbas, *l*
Priverno antiquâ Metabus cum excederet urbe, *g*

ORDO.

manúſque Tibúrti: et tu cóncipe curam ducis. Sic *Turnus* ait, et páribus dictis hortátur Meſſápum, ſociósque duces in prœlia: et *ipſe* pergit in hoſtem. Eſt vallis curvo anfráctu, accómmoda fraudi doliſque armórum: quam atrum latus urget utrínque denſis fróndibus: quò ténuis ſémita ducit, anguſtæque fauces, malignique áditus ferunt. Super hanc, in ſpéculis, inque ſummo vértice montis, ignóta planities jacet, tutíque recéptus: ſeu velis occúrrere pugnæ dextrâ lævâque; ſive inſtáre *è* jugis, et vólvere grándia ſaxa *in hoſtem*. Júvenis *Turnus* fertur huc notâ regióne viárum, arripuítque locum, et inſédit iníquis ſylvis. Intérea, in ſúperis ſédibus, Latónia compellábat velócem Opim, unam ex ſóciis virgínibus, ſacrâque catérvâ, et dabat has voces triſti ore; O virgo, Camílla gráditur ad crudéle bellum, et nequícquam cíngitur noſtris armis, *Camílla* cara mihi ante álias: neque enim *eſt* iſte novus amor, *qui* venit *mihi* Diánæ, movítque ánimum ſúbitâ dulcédine. Cum Métabus, pulſus regno ob invídiam, ſuperbáſque vires, excéderet antiquâ urbe Privérno,

(a) *Metonymia.*

Infantem,

Infantem, fugiens media inter prœlia belli, *e*
Suſtulit exſilio comitem, matriſque vocavit *k*
Nomine Caſmillæ, mutatâ parte, Camillam. *m*
Ipſe ſinu præ ſe portans, juga longa petebat *n*
Solorum nemorum: tela undique ſæva premebant, 545 *b*
Et circumfuſo (a) volitabant (b) milite Volſci. *g*
Ecce fugæ medio ſummis Amaſenus abundans *q*
Spumabat ripis; tantus ſe nubibus imber *a*
(a) Ruperat: ille, innare parans, infantis amore *p*
Tardatur, caroque oneri timet: omnia ſecum 550 *c*
(a) Verſanti, ſubito vix hæc ſententia (a) ſedit. *f*
Telum immane manu validâ quod forte gerebat *e*
Bellator, ſolidum nodis et robore cocto; *f*
Huic natam, libro et ſylveſtri ſubere clauſam, *a*
Implicat, atque habilem mediæ circumligat haſtæ: 555 *k*
Quam dextra ingenti librans, ita ad æthera fatur: *b*
Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo, *l*
Ipſe pater famulam voveo: tua prima per auras *i*
Tela tenens ſupplex hoſtem fugit: accipe, teſtor, *n*
Diva, tuam, quæ nunc dubiis committitur auris. 560 *p*
Dixit, et adducto contortum haſtile lacerto *m*
Immittit: ſonuere undæ: rapidum ſuper amnem *b*

ORDO.

fúgiens inter média prœlia belli, ſúſtulit infántem, cómitem exſílio, vocavítque *eam* Camíllam *de* nómine matris Caſmíllæ, parte *nóminis* mutátâ *i. e. literâ ablatâ*. Ipſe, portans *eam* præ ſe finu, petébat longa juga ſolórum némorum: ſæva tela premébant *eum* úndique, et Volſci volitábant mílite circumfúſo. Ecce, médio fugæ, *flúvius* Amaſénus, abúndans, ſpumábat ſummis ripis; tantus imber rúperat ſe núbibus: ille, parans innáre, tardátur amóre infántis, timétque caro óneri: fúbitò vix hæc ſenténtia ſedit *illi*, verſánti omnia ſecum. *Erat* immáne telum, quod fortè bellátor gerébat válidâ manu, ſólidum nodis et cocto róbore; ímplicat natam huic *telo*, clauſam libro et ſylvéſtri ſúbere, atque circúmligat *infántem* hábilem médiæ haſtæ: quam *haſtam* librans ingénti dextrâ, ita fatur ad æthera: virgo Latónia, alma cultrix némorum, *ego* ipſe pater vóveo hanc *infántulam* fámulam tibi: *illa* ſupplex fugit hoſtem per auras prima tenens tua tela: Diva, teſtor *i. e. obtéſtor te*, áccipe tuam, quæ nunc commíttitur dúbiis auris. Dixit, et immíttit haſtíle contórtum addúcto lacérto: undæ ſonuére:

(a) *Metaphora.* (b) *Enallage.*

Infelix

Infelix fugit in jaculo ſtridente Camilla. *e*
At Metabus, magnâ propius jam urgente caterva, *p*
Dat ſeſe fluvio, atque haſtam cum virgine victor *f*
Gramineo, donum (a) Triviæ, de ceſpite vellit. *p*
Non illum (b) tectis ullæ, non mœnibus urbes *a*
Accepere: neque ipſe manus feritate dediſſet; *d*
Paſtorum et ſolis exegit montibus ævum. *a*
Hic natam in dumis interque horrentia luſtra, *a*
Armentalis equæ mammis et lacte ferino *f*
Nutribat, teneris immulgens ubera labris. *f*
Utque pedum primis infans veſtigia plantis *m*
Inſtiterat, jaculo (b) palmas oneravit acuto: *q*
Spiculaque ex humero parvæ ſuſpendit et arcum. *l*
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ, *a*
Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent. *l*
Tela manu jam tum tenerâ puerilia torſit, *o*
Et fundam tereti circum caput egit habenâ, *b*
Strymoniamque gruem aut album dejecit olorem. *l*
Multæ illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres *b*
Optavere nurum: ſolâ contenta Dianâ, *f*
Æternum telorum et virginitatis amorem *b*
Intemerata colit. Vellem haud correpta fuiſſet *l*

O R D O.

infélix Camílla fugit in ſtridénte jáculo ſuper rápidum amnem. At Métabus, magnâ catérvâ jam urgénte *eum* própiùs, dat ſeſe flúvio, atque victor vellit haſtam, donum Triviæ, cum vírgine de gramíneo céſpite. Non ullæ urbes accepére illum tectis, non mœnibus: neque ipſe dediſſet manus *i. e. ſubdidiſſet ſe præ* feritáte; et exégit ævum paſtórum ſolis móntibus. Hìc nutriébat natam in dumis, intérque horréntia luſtra, mammis armentális equæ et ferino lacte, immúlgens úbera téneris labris. Utque infans inſtíterat veſtígia primis plantis pedum, onerávit palmas *ejus* acúto jáculo: ſuſpenditque ſpícula et arcum ex húmero parvæ. Pro criníli auro, pro tégmine longæ pallæ, exúviæ tígridis pendent à vértice per dorſum. Jam tum torſit puerília tela ténerâ manu, et egit fundam téreti habénâ circum caput, dejecítque Strymóniam gruem aut album olórem. Multæ matres per Tyrrhéna óppida fruſtra optavére *eam* nurum: conténta Diánâ ſolâ, intemeráta colit ætérnum amórem telórum et virginitátis. Vellem haud fuíſſet corrépta tali milítiâ,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Synecdoche.*

Militiâ

Militiâ tali, conata laceſſere Teucros: *n*
Cara mihi comitumque foret nunc una mearum. *k*
Verum age, quandoquidem fatis urgetur acerbis, *l*
Labere Nympha polo, fineſque inviſe Latinos, *l*
Triſtis ubi infauſto committitur omine pugna. *n*
Hæc cape, et ultricem pharetrâ deprome ſagittam. *p*
Hac, quicunque ſacrum (a) violârit vulnere corpus, *e*
Tros Italuſve, mihi pariter det ſanguine pœnas. *k*
Poſt ego nube cava miſerandæ corpus et arma *k*
Inſpoliata feram tumulo, patriæque reponam. *i*
Dixit: at illa leves cœli demiſſa per auras *l*
Inſonuit, nigro (b) circumdata turbine corpus. *n*
At manus interea muris Trojana propinquat, *l*
Etruſcique duces, equitumque exercitus omnis, *e*
Compoſiti numero in turmas: fremit æquore toto *q*
Inſultans ſonipes, et preſſis pugnat habenis, *f*
Huc obverſus et huc: tum late (c) ferreus haſtis *f*
Horret ager, campique armis ſublimibus (d) ardent. *m*
Nec non Meſſapus contra, celereſque Latini, *b*
Et cum fratre Coras, et virginis ala Camillæ, *b*
Adverſi campo apparent: haſtaſque reductis *a*
Protendunt longe dextris, et ſpicula vibrant: *a*

ORDO.

conáta lacéſſere Teucros: foret cara mihi, unáque meárum cómitum nunc. Verùm age, Nympha, quandóquidem urgétur acérbis fatis, lábere polo, inviſéque Latínos fines, ubi triſtis pugna committitur infáuſto ómine. Cape hæc *tela*, et depróme ultrícem ſagíttam pharétrâ. Quicúnque violáverit ſacrum corpus *Camíllæ* vúlnere, *ſit* Tros Italúſve, det pœnas mihi ſánguine páriter hâc *ſagíttâ*. Poſt ego feram cavâ nube corpus *vírginis* miſerándæ, et arma inſpoliáta *ab hoſte* túmulo, repónam *eam* pátriæ. *Diána* dixit: at illa *Nympha* demíſſa per leves auras cœli inſónuit, circúmdata *quoad* corpus nigro túrbine. At intérea Trojána manus propínquat muris, Etrúſcíque duces, omníſque exércitus équitum, compóſiti in turmas *certo* número: inſúltans ſónipes fremit toto æquore, et pugnat habénis preſſis, obvérſus huc et huc: tum ſérreus ager horret latè haſtis, campíque ardent ſublímibus armis. Nec non contra *eos* Meſſápus, celeréſque Latíni, et Coras cum fratre, et ala vírginis Camíllæ, appárent advérſi campo: protendúntque haſtas longè dextris redúctis, et vibrant ſpícula:

(a) *Syncope.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Hypallage.* (d) *Metaphora.*

Adventuſque virûm, fremituſque (a) ardeſcit equorum. *e*
Jamque intra jactum teli progreſſus uterque *a*
Subſtiterat: ſubito erumpunt clamore, frementeſque *l*
Exhortantur equos: fundunt ſimul undique tela *b*
Crebra, nivis ritu: cœlumque obtexitur umbrâ. *m*
Continuo adverſis Tyrrhenus et acer Aconteus *n*
Connixi incurrunt haſtis, primique ruinam *a*
Dant ſonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum *n*
Pectora pectoribus rumpunt. Excuſſus Aconteus *l*
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti, *m*
Præcipitat longe, et vitam (a) diſpergit in auras. *m*
Extemplo turbatæ acies: verſique Latini *g*
Rejiciunt parmas, et equos ad mœnia vertunt. *p*
Troës agunt, princeps turmas inducit Aſylas. *m*
Jamque propinquabant portis: rurſuſque Latini *m*
Clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt: *b*
Hi fugiunt, penituſque datis referuntur habenis. *i*
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus *m*
Nunc ruit ad terras, ſcopuloſque ſuperjacit undam *o*
Spumeus, extremamque ſinu perfundit arenam: *p*
Nunc rapidus retro atque æſtu revoluta reſorbens *n*
Saxa, fugit, littuſque vado labente relinquit. *p*

ORDO.

adventúſque virórum, fremitúſque equórum ardéſcit. Jamque utérque *exércitus*, progréſſus intra jactum teli, ſubſtíterat: erúmpunt ſúbito clamóre, exhortantúrque freméntes equos: ſimul fundunt crebra tela úndique, ritu nivis: cœlúmque obtéxitur umbrà. Contínuò Tyrrhénus et acer Acónteus connixi incúrrunt, advérſis haſtis, primique dant ruínam ingénti ſónitu, rumpúntque péctora quadrupedántum perfrácta pectóribus. Acónteus, excúſſus in morem fúlminis, aut pónderis acti torménto, præcipitat longè, et diſpérgit vitam in auras. Extémplò ácies *ſunt* turbátæ: Latiníque verſi rejiciunt parmas, et vertunt equos ad mœnia. Troës agunt *eos*, princeps Aſylas indúcit turmas. Jamque propinquábant portis: rurſúſque Latíni tollunt clamórem, et reflétunt móllia colla *equórum*: hi *Trojáni* fúgiunt, referuntúrque habénis pénitus datis. Qualis ubi pontus, procúrrens altérno gúrgite, nunc ruit ad terras, ſpumeúſque jacit undam ſuper ſcópulos, perfunditque extrémam arénam ſinu: nunc rápidus, atque reſórbens ſaxa revolúta æſtu, fugit retro, relinquítque littus vado labénte.

(a) *Metaphora.*

Bis Tuſci Rutulos egere ad mœnia verſos: f
Bis rejecti armis reſpectant terga tegentes. a
Tertia ſed poſtquam congreſſi in prœlia, totas m
Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir: p
Tum vero et gemitus morientum, et ſanguine in alto e
Armaque, corporaque, et permiſti cæde virorum l
Semianimes volvuntur equi: pugna aſpera ſurgit. p
Orſilochus Remuli, quando ipſum horrebat adire, l
Haſtam intorſit equo, (a) ferrumque ſub aure reliquit: b
Quo ſonipes ictu furit arduus, altaque jactat, o
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura: l
Volvitur ille excuſſus humi. Catillus Iolam, p
Ingentemque animis, ingentem corpore et armis f
Dejicit Herminium: nudo cui vertice fulva l
Cæſaries, nudique humeri: nec vulnera terrent, p
Tantus in arma patet. Latos huic haſta per armos l
Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore. k
Funditur ater ubique cruor: dant (a) funera (a) ferro k
Certantes: pulchramque petunt per vulnera mortem. g
At medias inter cædes exſultat Amazon, m
Unum (b) exſerta latus pugnæ, pharetrata Camilla. b
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſet, f

ORDO.

Bis Tuſci egére Rútulos verſos ad mœnia: bis rejécti reſpéctant tegéntes terga armis. Sed poſtquam *ſunt* congréſſi in tértia prœlia, implicuére totas ácies inter ſe, virque legit virum: tum verò et gémitus morieńtum *audiúntur*, armáque, corporáque, et ſemiánim es equi permíſti cæde virórum volvúntur in alto ſánguine: áſpera pugna ſurgit. Orſílochus intórſit haſtam equo Rémuli, quando horrébat adire ipſum, reliquítque ferrum ſub aure *equi:* quo ictu ſónipes furit árduus impatiénſque vúlneris, jactat alta crura péctore arrécto: ille *Rémulus* excúſſus vólvitur humi. Catíllus déjicit Iólam, Herminiúmque ingéntem ánimis, ingéntem córpore et armis: cui *erat* fulva Cæſaries nudo vértice, nudíque húmeri: nec vúlnera terrent *eum*, patet tantus in arma. Haſta, acta per latos armos huic, tremit, transfixáque dúplicat virum dolóre. Ater cruor fúnditur ubíque: certántes dant fúnera ferro: petúntque pulchram mortem per vúlnera. At inter médias cædes Amázon, pharetráta Camílla, exſúltat, exſérta *quoad* unum latus pugnæ. Et nunc ſpargens lenta haſtília manu denſet *ea*,

(a) *Metonymia.* (b) *Helleniſmus.*

Nunc validam dextrâ rapit indefeſſa bipennem. *p*
Aureus ex humero ſonat arcus, et arma Dianæ. *i*
Illa etiam, ſiquando in tergum pulſa receſſit, *m*
Spicula converſo fugientia dirigit arcu. *o*
At circum lectæ comites, Larinaque virgo, 655 *g*
Tullaque, et æratam quatiens Tarpeia ſecurim, *p*
(a) Italides: quas ipſa decus ſibi dia Camilla *o*
Delegit, paciſque bonæ bellique miniſtras. *g*
Quales Threïciæ, cum flumina Thermodontis * *b*
Pulſant, et pictis bellantur Amazones armis: 660 *b*
Seu circum Hippolyten, ſeu cum ſe Martia curru *f*
Penthefilea refert: magnoque ululante tumultu *q*
Fœminea exſultant lunatis agmina peltis. *m*
Quem telo primum, quem poſtremum aſpera virgo *a*
Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis? 665 *i*
Eumenium Clytio primum patre: cujus apertum *q*
Adverſi longâ tranſverberat abiete pectus. *b*
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam *q*
Mandit humum, morienſque ſuo ſe in vulnere verſat. *k*
Tum Lirin Pagaſumque ſuper: quorum alter habenas *e*
Suffoſſo revolutus equo dum colligit: alter 671 *e*
Dum ſubit, ac dextram labenti tendit inertem, *m*

ORDO.

nunc indefeſſa rapit validam bipennem dextrâ. Aureus arcus ſonat ex humero, et arma Dianæ. Illa etiam, ſiquando pulſa receſſit in tergum, dirigit fugientia ſpicula converſo arcu. At circum *eam ſunt* lectæ comites, Larinaque virgo, Tullaque, et Tarpeia quatiens æratam ſecurim, *omnes* Italides: quas dia Camilla ipſa delegit *quaſi* decus ſibi, miniſtraſque bonæ pacis bellique. Quales Threïciæ Amazones, cum pulſant flumina Thermodontis, et bellantur pictis armis: ſeu circum Hippolyten, ſeu cum Martia Penthefilea refert ſe curru: magnoque tumultu ululante fœminea agmina exſultant lunatis peltis. Aſpera virgo, quem primum, quem poſtremum dejicis telo? aut quot morientia corpora fundis humi? primum Eumenium *natum* Clytio patre: apertum pectus cujus adverſi tranſverberat longâ abiete. Ille cadit vomens rivos ſanguinis, atque mandit cruentam humum, morienſque verſat ſe in ſuo vulnere. Tum ſuper *interficit* Lirin Pegaſumque: quorum alter, dum revolutus equo ſuffoſſo colligit habenas; alter, dum ſubit *ei*, ac tendit inertem dextram labenti,

(a) *Antonomaſia.*

Præcipites

Præcipites pariterque ruunt. His addit Amaſtrum k
(a) Hippotaden: ſequiturque incumbens eminus haſta, l
Tereaque, Harpalycumque, et Demophoonta, Chromim-
que: q
Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo; f
Tot Phrygii cecidere viri. Procul Ornitus armis i
Ignotis, et equo venator Iapyge fertur; b
Cui pellis latos humeros erepta juvenco g
Pugnatori operit; caput ingens oris hiatus, e
Et malæ texere lupi cum dentibus albis; g
Agreſtiſque manus armat ſparus: ipſe catervis b
Vertitur in mediis, et toto vertice ſupra eſt. l
Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verſo) c
Trajicit, et ſuper hæc inimico pectore fatur: k
Sylvis te, Tyrrhene, feras agitare (b) putâſti? c
Advenit qui veſtra dies muliebribus armis c
Verba redargueret. Non tamen haud leve patrum m
Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ. q
Protinus Orſilochum et Buten, duo maxima (b) Teucrûm q
Corpora: ſed Buten adverſum cuſpide fixit m
Loricam galeamque inter, quà colla ſedentis f
Lucent, et lævo dependet parma lacerto: a

ORDO.

ruunt præcipites pariterque. Addit Amáſtrum Hippótaden his: incumbénſque ſequitur éminus haſtâ Tereáque, Harpalycúmque, et Demophoónta, Chromímque: quotque ſpícula emíſſa manu virgo contórſit; tot Phrygii viri cecidére. Ornitus venátor fertur procùl ignótis armis, et Iápyge equo; cui latos húmeros pellis erépta juvénco pugnatóri óperit; ingens hiátus oris, et malæ lupi cum albis déntibus texére caput: agreſtiſque ſparus armat manus: ipſe vértitur in médiis catérvis, et eſt ſupra *átios* toto vértice. Illa trájicit hunc excéptum (neque enim *erat* labor ágmine verſo) et fatur hæc ſuper inimico péctore: Tyrrhéne, putavíſti te agitáre feras ſylvis? dies advénit, qui redarguéret veſtra verba muliébribus armis. Tamen réferes hoc nomen haud leve Mánibus patrum, *te* cecidíſſe telo Camíllæ. Prótinus *óccidit* Orſílochum et Buten, duo máxima Teucrórum: ſed fixit Buten advérſum cúſpide inter Lorícam galeámque, quà colla *ejus* ſedéntis *equo* lucent, et parma depéndet lævo lacérto:

(a) *Antonomaſia.* (b) *Syncope.*

Orſilochum

Orſilochum fugiens, magnumque agitata per orbem q
Eludit gyro interior, ſequiturque ſequentem. c
Tum validam perque arma viro perque oſſa ſecurim, p
Altior inſurgens, oranti et multa precanti m
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro. o
Incidit huic, ſubitoque aſpectu territus hæſit l
Apenninicolæ bellator filius Auni, f
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebant. n
Iſque ubi ſe nullo jam curſu evadere pugnâ m
Poſſe, neque inſtantem reginam avertere, cernit; m
Conſilio verſare dolos ingreſſus et aſtu, p
Incipit hæc: quid tam egregium, ſi fœmina forti p
Fidis equo? dimitte fugam, et te cominus æquo p
Mecum crede ſolo, pugnæque accinge pedeſtri: f
Jam noſces, (a) ventoſa feret cui gloria fraudem. g
Dixit: at illa furens, acrique incenſa dolore, l
Tradit equum comiti, paribuſque aſſiſtit in armis, k
Enſe pedes nudo, puràque interrita parmâ. m
At juvenis, viciſſe dolo ratus, (a) avolat ipſe, o
Haud mora, converſiſque fugax aufertur habenis, p
Quadrupedemque citum ferratâ (b) calce fatigat. l
Vane Ligur, fruſtraque animis elate ſuperbis, p

ORDO.

fúgiens Orſilochum, agitatáque per mágnum orbem intérior gyro elúdit *eum*, ſequíturque *eum* ſequéntem *ſe*. Tum inſúrgens áltior congéminat válidam ſecúrim perque arma perque oſſa viro, oránti et precánti multa: vulnus rigat ora cálido cérebro. Bellátor fílius Auni Apenninícolæ, haud extrémus Lígurum, dum fata ſinébant *eum* fállere, íncidit huic, territúſque ſúbito aſpéctu hæſit; iſque, ubi cernit ſe jam poſſe evádere pugnâ nullo curſu, neque avértere reginam inſtántem, ingréſſus verſáre dolos conſílio et aſtu, íncipit hæc: quid *eſt* tam egrégium, ſi *tu bellátrix* fœmina fidis forti equo? dimítte fugam, et crede te cóminus mecum æquo ſolo, accingéque *te* pedéſtri pugnæ: jam noſces, cui ventóſa glória feret fraudem. Dixit: at illa furens, incenſáque acri dolóre, tradit equum cómiti, aſſiſtítque in páribus armis, pedes, intérrita, nudo enſe, puráque parmâ. At júvenis, ratus *ſe* viciſſe *eam* dolo, ipſe ávolat, haud *eſt* mora, fugáxque aufértur habénis convérſis, fatigátque citum quadrúpedem ferratâ calce. Vane Ligur, fruſtráque eláte ſupérbis ánimis,

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Nequicquam

Nequicquam patrias tentâſti (a) lubricus artes: *f*
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. *f*
Hæc fatur virgo, et pernicibus (a) ignea plantis *b*
Tranſit equum curſu, fræniſque adverſa prehenſis *m*
Congreditur, pœnaſque inimico à ſanguine ſumit. *p*
Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto *q*
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam, *m*
Comprenſamque tenet, pedibuſque eviſcerat uncis: *e*
Tum cruor et vulſæ labuntur ab æthere plumæ. *n*
At non hæc nullis hominum (a) ſator atque Deorum *c*
Obſervans oculis, ſummo ſedet altus Olympo. *b*
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prœlia ſæva *f*
Suſcitat, et (a) ſtimulis haud mollibus incitat iras. *q*
Ergo inter cædes cedentiaque agmina Tarchon *b*
Fertur equo, variiſque inſtigat vocibus alas, *l*
Nomine quemque vocans; reficitque in prœlia pulſos. *k*
Quis metus, ô nunquam dolituri, ô ſemper inertes *p*
Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia venit? *g*
Fœmina palantes agit, atque hæc agmina vertit! *p*
Quo (b) ferrum? quidve hæc geritis tela irrita dextris? *g*
At non in (b) Venerem ſegnes nocturnaque bella, *f*
Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi, *l*

ORDO.

tu lúbricus, *i. e. cállidus* nequícquam tentavíſti pátrias artes: nec fraus pérferet te incólumem falláci Auno. Virgo fatur hæc, et ígnea pernícibus plantis tranſit equum curſu, frænísque prehénſis advérſa congréditur, ſumítque pœnas ab inimíco ſánguine. Quàm fácilè accípiter, ales ſacer *Marti*, *volans* ab alto ſaxo, conſéquitur pennis colúmbam ſublímem in nube, tenétque *eam* comprénſam, eviſcerátque *eam* uncis pédibus: tum cruor, et vulſæ plumæ labúntur ab æthere. At *Júpiter*, ſator hóminum atque Deórum, obſérvans hæc non nullis óculis, ſedet altus ſummo Olympo. *Tum ille* génitor ſúſcitat Tarchóntem Tyrrhénum in ſæva prœlia, et íncitat iras haud móllibus ſtímulis. Ergo inter cædes cedentiáque ágmina Tarchon fertur equo, inſtigátque alas váriis vócibus, vocans quemque nómine; reficítque pulſos in prœlia. O Tyrrhéni, nunquam dolitúri, ô ſemper inértes, quis metus, quæ tanta ignávia venit *veſtris* ánimis? Fœmina agit *vos* palántes, atque vertit hæc ágmina! quo *géritis* ferrum? quìdve géritis hæc tela írrita *veſtris* dextris? at non *eſtis* ſegnes in Vénerem, nocturnáque bella, aut ubi curva tíbia indíxit choros Bacchi,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Exſpectare

Exſpectare (a) dapes, et plenæ (a) pocula menſæ. *f*
Hic amor, hoc ſtudium: dum ſacra ſecundus aruſpex *q*
Nunciet, ac lucos vocet hoſtia pinguis in altos. *o*
Hæc affatus, equum in medios moriturus et ipſe *d*
Concitat, et Venulo adverſum ſe turbidus infert: *l*
Direptumque ab equo dextra complectitur hoſtem, *f*
Et gremium ante ſuum multa vi concitus aufert. *l*
Tollitur in cœlum clamor, cunctique Latini *m*
Convertere oculos: (b) volat (b) igneus æquore Tarchon, *d*
Arma virumque ferens: tum ſumma ipſius ab haſta *l*
Defringit (a) ferrum, et partes (b) rimatur apertas, *a*
Qua vulnus letale ferat. Contra ille repugnans *g*
Suſtinet à jugulo dextram, et vim viribus exit. *l*
Utque volans alte raptum cum fulva draconem *m*
Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæſit: *k*
Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat, *o*
Arrectiſque horret ſquamis, et ſibilat ore, *a*
Arduus inſurgens: illa haud minus urget adunco *n*
Luctantem roſtro, ſimul æthera verberat alis. *c*
Haud aliter prædam Tiburtum ex agmine Tarchon *m*
Portat ovans: ducis exemplum eventumque ſecuti *l*
(c) Mæonidæ incurrunt. Tum fatis debitus Aruns *m*

ORDO.

exſpectáre dapes, et pócula plenæ menſæ. Hic *eſt veſter* amor, hoc *eſt veſtrum* ſtúdium: dum ſecúndus, *i. e. favens* arúſpex núnciet ſacra, ac pinguis hóſtia vocet *vos* in altos lucos. Effátus hæc, ipſe et moritúrus cóncitat equum in médios, et túrbidus infert ſe advérſum Venulo: complectitúrque hoſtem dextrâ diréptum ab equo, et cóncitus multâ vi aufert *eum* ante ſuum grémium. Clamor tóllitur in cœlum, cunctíque Latíni convertére óculos: ígneus Tarchon volat æquore, ferens arma virúmque: tum defríngit ferrum ab ſummâ haſtâ ipſíus, et rimátur apértas partes, quà ferat letále vulnus. Contrà ille repúgnans ſúſtinet dextram à júgulo, et exit, *i. e. elúdit*, vim víribus. Utque cùm fulva áquila, volans altè, fert dracónem raptum, implicuítque pedes, atque hæſit únguibus: at ſerpens ſaúcius verſat ſinuóſa volúmina, horrétque ſquamis arréctis, et ſíbilat ore, inſúrgens árduus: illa haud minùs urget *eum* luctántem adúnco roſtro, ſimul vérberat æthera alis. Haud áliter Tarchon ovans portat prædam ex ágmine Tibúrtum: Mœónidæ, ſecúti exémplum eventúmque, *i. e. ſucceſſum* ducis, incúrrunt. Tum Aruns, débitus fatis,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomaſia.*

Velocem

Velocem jaculo et multa prior arte Camillam
Circuit, et, quæ ſit fortuna facillima, tentat.
(a) Quà ſe cunque furens medio tulit agmine virgo;
Hac Aruns ſubit, et tacitus veſtigia luſtrat:
Quà victrix redit illa, pedemque ex hoſte reportat;
Hac juvenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, jamque hos aditus, omnemque pererrat
Undique circuitum, et certam quatit improbus haſtam.
Forte ſacer Cybele Cloreus, olimque ſacerdos,
Inſignis longe Phrygiis fulgebat in armis:
Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.
Ipſe peregrinâ ferrugine clarus et oſtro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:
Aureus ex humeris ſonat arcus, et aurea vati
Caſſida: tum croceam chlamydemque ſinuſque crepantes
Carbaſeos fulvo in nodum collegerat auro,
(b) Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, ſive ut templis præfigeret arma
Troïa, captivo ſive ut ſe ferret in auro
Venatrix, unum ex omni certamine pugnæ
Cæca ſequebatur; totumque incauta per agmen,

h *n* *d* *e* *e* *p* *p* *q* *l* *g* *e* *a* *n* *p* *i* *i* *m* *q* *a* *m* *a* *m*

ORDO.

prior circuit velócem Camíllam jáculo et multâ arte, et tentat, quæ fortúna ſit facíllima. Quàcúnque furens Virgo tulit ſe médio ágmine; Aruns ſubit hàc, et tácitus luſtrat veſtígia: quà illa victrix redit, reportátque pedem ex hoſte; júvenis furtim detórquet céleres habénas hàc. Perérrat hos áditus, jamque hos áditus, omnémque circúitum úndique, et ímprobus quatit certam haſtam. Fortè Chloreus, ſacer Cybele, olímque *ejus* ſacérdos, insignis fulgébat longè in Phrygiis armis: agitabátque ſpumántem equum, quem pellis, conſérta ahénis ſquamis *et* auro in plumam *i. e. in modum plumárum* tegébat. Ipſe, clarus peregrinâ ferrúgine et oſtro, torquébat Cortynia ſpícula Lycio cornu: áureus arcus ſonat ex húmeris, et áurea cáſſida *eſt huic* vati: tum collégerat croceámque chlámydem, carbaſeóſque ſinus crepántes in nodum fulvo auro, pictus acu *quoad* túnicas et bárbara tégmina crurum. Virgo, ſive ut præfigeret Tróïa arma templis, ſive ut venátrix ferret ſe in captívo auro, cæca ſequebátur *hunc* unum ex omni certámine pugnæ:

(a) *Tmeſis.* (b) *Helleniſmus.*

Fœmineo prædæ et ſpoliorum (a) ardebat amore. *p*
Telum ex inſidiis cum tandem tempore capto *f*
Conjicit, et ſuperos Aruns ſic voce precatur : *l*
Summe (b) Deûm, ſancti cuſtos Soractis, Apollo, *m*
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo *b*
Paſcitur ; et medium freti pietate per ignem *q*
Cultores multâ premimus veſtigia prunâ : *g*
Da, pater, hoc noſtris aboleri dedecus armis, *p*
Omnipotens. Non exuvias pulſæve trophæum *p*
Virginis aut ſpolia ulla peto : mihi cætera laudem *i*
Facta ferent : hæc dira meo dum vulnere peſtis *p*
Pulſa cadat, patriam remeabo inglorius urbem. *k*
(b) Audiit, et voti Phœbus ſuccedere partem *m*
Mente dedit ; partem volucres diſperſit in auras. *p*
Sterneret ut ſubitâ turbatam mortę Camillam, *l*
Annuit oranti ; reducem ut patria alta videret, *o*
Non dedit ; inque Notos vocem vertêre procellæ. *l*
Ergo ut miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras ; *d*
Convertêre animos acies, oculoſque tulere *d*
Cuncti ad reginam Volſci. Nihil ipſa neque auræ, *b*
Nec ſonitus memor, aut venientis ab æthere teli : *i*
Haſta ſub exſertam donec perlata papillam *m*

O R D O.

incautáque ardébat per totum agmen fœmíneo amóre prædæ et ſpoliórum. Cùm tandem Aruns, témpore capto, cónjicit telum ex inſidiis, et precátur ſupéros ſic voce : ſumme Deórum, Apóllo, cuſtos ſancti Soráctis, quem primi cólimus, cui píneus ardor páſcitur acérvo ; et *cui nos* cultóres, freti pietáte, prémimus veſtígia multâ prunâ per médium ignem : omnípotens Pater, da *nobis*, hoc dédecus aboléri noſtris armis. Non pe.o exúvias, trophæúmve, aut ulla ſpólia pulſæ Vírginis : cætera facta ferent laudem mihi : dum hæc dira peſtis pulſa cadat meo vúlnere, *libénter* inglórius remeábo pátriam urbem. Phœbus audívit, et dedit partem voti ſuccédere mente *i. e. menti* ; diſpérſit partem in vólucres auras. Annuit *illi* oránti, ut ſtérneret Camíllam turbátam ſúbitâ morte ; non dedit, ut alta pátria vidéret *ipſum* réducem ; procellæque vertére vocem in Notos. Ergo ut haſta, miſſa manu, dedit ſónitum per auras ; ácies convertére animos, cunctíque Volſci tulére óculos ad regínam. Ipſa *eſt* nihil memor neque auræ nec ſónitûs, aut teli veniéntis ab æthere : donec haſta, perláta ſub exſértam papíllam,

(a) *Metaphora.* (b) *Syncope.*

Hæſit,

Hæſit, virgineumque alte bibit acta cruorem. *h*
Concurrunt trepidæ comites, dominamq; ruentem *d*
Suſcipiunt: fugit ante omnes exterritus Aruns, *l*
Lætitia mixtoque metu: nec jam amplius haſtæ *p*
Credere, nec telis occurrere virginis audet. *n*
Ac velut ille, prius quam tela inimica ſequantur, *q*
Continuo in montes ſeſe avius abdidit altos, *n*
Occiſo paſtore lupus magnove juvenco, *g*
Conſcius audacis facti: caudamque remulcens *m*
Subjecit pavitantem utero, ſylvaſque petivit: *e*
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit Aruns, *q*
Contentuſque fugâ mediis ſe immiſcuit armis. *e*
Illa manu moriens telum trahit: oſſa ſed inter *q*
Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro. *m*
Labitur exſanguis, labuntur frigida leto *m*
(a) Lumina: purpureus quondam color ora reliquit. *q*
Tum ſic exſpirans, Accam ex æqualibus unam *a*
Alloquitur, fida ante alias quæ ſola Camillæ, *p*
Quicum partiri curas; atque hæc ita fatur: *a*
Hactenus, Acca ſoror, potui: nunc vulnus acerbum *k*
Conficit, et tenebris nigreſcunt omnia circum. *l*
Effuge, et hæc Turno mandata noviſſima perfer: *n*

ORDO.

hæſit, actáque altè bibit virgíneum cruórem. Trépidæ cómites *Camillæ* concúrrunt, ſuſcipiúntque Dóminam ruéntem: Aruns extérritus fugit ante omnes. lætítiâ metúque mixto: nec jam ámpliùs audet crédere haſtæ, nec occúrrere armis vírginis. Ac velut ille lupus, priúſquam inimíca tela ſequántur *eum*, contínuò ávius ábdidit ſeſe in altos montes, paſtóre, magnóve juvénco occíſo, cónſcius audácis facti: remulcéníque caudam ſubjécit *eam* pavitántem útero, petivítque ſylvas: haud ſecus túrbidus Aruns ábſtulit ſe ex óculis, contentúſque fugâ immíſcuit ſe médiis armis. Illa móriens trahit telum manu: ſed férreus mucro ſtat ad coſtas inter oſſa alto vúlnere. Lábitur exſánguis, lúmina labúntur frígida leto: color quondam purpúreus relíquit ora. Tum exſpírans ſic allóquitur Accam, unam ex æquálibus, quæ ſola *erat* fida Camíllæ ante álias, quîcum *ſolébat* partíri curas; atque ita fatur hæc: ſoror Acca, pótui *pugnáre* háctenus; nunc acérbum vulnus cónficit *me*, et ómnia circùm nigréſcunt ténebris. Effuge, et perfer hæc noviſſima mandáta Turno:

(a) *Metonymia.*

Succedat pugnæ, Trojanoſque arceat urbe. *a*
Jamque vale. Simul his dictis linquebat habenas, *l*
Ad terram non ſponte fluens: tum frigida toto *g*
Paulatim exſolvit ſe corpore, lentaque colla *b*
Et captum leto poſuit caput, arma relinquens: *c*
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras. *k*
(a) Tum vero immenſus ſurgens ferit aurea clamor *b*
Sidera: dejectâ (b) crudeſcit pugna Camillâ. *m*
Incurrunt denſi: ſimul omnis copia Teucrûm, *g*
Tyrrhenique duces, Evandrique Arcadis alæ. *f*
At (c) Triviæ cuſtos jamdudum in montibus Opis *m*
Alta ſedet ſummis, ſpectatque interrita pugnas. *m*
Utque procul medio juvenum in clamore furentum *k*
Proſpexit triſti multatam morte Camillam, *a*
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces: *l*
Heu! nimium virgo, nimium crudele luiſti *p*
Supplicium, Teucros conata laceſſere bello! *n*
Nec tibi deſertæ in dumis coluiſſe Dianam *n*
Profuit, aut noſtras humero geſſiſſe pharetras. *p*
Non tamen indecorem tua te regina relinquet *k*
Extrema jam in morte: neque hoc ſine nomine letum *c*
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ. *b*

ORDO.

ſuccédat pugnæ, arceátque Trojános urbe. Jamque vale. Simul, his dictis, linquébat habénas, fluens ad terram non ſponte: tum frígida paulátim exſólvit ſe toto córpore, poſuítque lénta colla, et caput captum leto, relínquens arma: vitáque indignáta fugit cum gémitu ſub umbras. Tum verò imménſus clamor ſurgens ferit áurea sídera: Camíllâ dejéctâ, pugna crudéſcit. Denſi incúrrunt: ſimul omnis cópia Teucrórum, Tyrrheníque duces, alæque Evándri Arcadis. At Opis, cuſtos Tríviæ, jamdúdum ſedet alta in ſummis móntibus, interritáque ſpectat pugnas. Utque procùl proſpéxit Camíllam, multátam triſti morte, in medio clamóre júvenum furéntium, ingemuítque, deditque has voces imo péctore: heu! Virgo, luíſti nímium, nímium crudéle ſupplícium, conáta lacéſſere Teucros bello! nec prófuit tibi deſértæ in dumis coluíſſe Diánam, aut geſsíſſe noſtras pharétras húmero. Tamen tua régina non relínquet te indécorem jam in extrémâ morte: neque hoc letum erit ſine nómine, *i. e. honore* per gentes, aut patiéris famam inúltæ.

(a) *Hyperbole.* (b) *Metaphora.* (c) *Antonomaſia.*

Nam

Nam quicunque tuum violavit vulnere corpus, *e*
Morte luet meritâ. Fuit ingens monte ſub alto *k*
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum *a*
Antiqui Laurentis, opacâque ilice tectum. *g*
Hic Dea ſe primum rapido pulcherrima niſu *p*
Siſtit, et Aruntem tumulo ſpeculatur ab alto. *o*
Ut vidit fulgentem armis, ac (a) vana tumentem: *a*
Cur, inquit, diverſus abis? huc dirige greſſum: *g*
Huc peritura veni; capias ut digna Camillæ *k*
Prœmia. Tu-ne etiam telis moriere Dianæ? *q*
Dixit, et auratâ volucrem Threïſſa ſagittam *p*
Deprompſit pharetrâ, cornuque infenſa tetendit, *f*
Et duxit longe: donec curvata coirent *a*
Inter ſe capita, et manibus jam tangeret æquis, *e*
Læva aciem (b) ferri, dextrâ nervoque papillam. *m*
Extemplo teli ſtridorem auraſque ſonantes *a*
Audiit una Aruns, hæſitque in corpore ferrum. *m*
Illum exſpirantem ſocii atque extrema gementem *g*
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt: *a*
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum. *l*
Prima fugit, dominâ amiſſâ, levis ala Camillæ: *q*
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas; *a*

ORDO.

Nam quicúnque violávit tuum corpus vúlnere, luet méritâ morte. Sub alto monte, ſuit ingens buſtum antiqui Lauréntis regis Dercénni ex terréno ággere, tectúmque opácâ ílice. Hìc primùm pulchérrima Dea ſiſtit ſe rápido niſu, et ſpeculátur Arúntem ab alto túmulo. Ut vidit *eum* fulgéntem armis, ac tuméntem vana, *i. e. vanè:* inquit, cur abis divérſus? dírige greſſum huc: veni huc, peritúre; ut cápias prœmia digna Camillæ *occíſæ*. Tune étiam moriére telis Diánæ? Dixit, et *quemádmodum* Threïſſa *Amazon* deprómpſit vólucrem ſagíttam aurátâ pharétrâ, infenſáque teténdit cornu, et duxit *illud* longè: donec *ejus* cápita curváta coirent inter ſe, et jam tángeret æquis mánibus, *ſcílicet* lævâ aciem ferri, dextrâ nervóque papíllam. Extémplò Aruns audívit ſtridórem teli, ſonantéſque auras unà, ferrúmque hæſit in córpore: Sócii obliti, linquunt illum exſpiránte atque geméntem extréma in ignóto púlvere campórum. Opis aufértur pennis ad æthéreum Olympum. Levis ala Camíllæ prima fugit, dóminâ amíſſâ: Rútuli turbáti fúgiunt, acer Atínas fugit;

(a) *Antimeria.* (b) *Metonymia.*

Disjectique

Disjectique duces, desolatique manipli
Tuta petunt, et equis aversi ad mœnia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros letumque furentes
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.
Volvitur ad muros caligine turbidus atrâ
Pulvis: et è speculis (a) percussæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patentes,
Hos inimica super mixto premit agmine turba.
Nec miseram effugiunt mortem: sed limine in ipso,
Mœnibus in patriis, atque inter tuta domorum
Confixi exspirant animas. Pars claudere portas:
Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturque miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inque arma ruentum.
Excluſi, ante oculos lacrymantumque ora parentum,
Pars in præcipites fossas, urgente ruinâ,
Volvitur; immissis pars cæca et concita frænis
Arietat in portas, et duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres

ORDO.

disjectique duces, manipulique desoláti petunt tuta *loca*, et avérsi tendunt equis ad mœnia. Nec quisquam valet sustentáre telis aut sístere contra Teucros instántes, ferentésque letum: sed réferunt laxos arcus languéntibus húmeris, unguláque quadrúpedum quatit putrem campum cursu. Pulvis túrbidus atrâ caligine vólvitur ad muros: et matres, percússæ *quoad* péctora, tollunt, è spéculis, fœmíneum clamórem ad sídera cœli. Qui primi irrupére paténtes portas cursu, inimica turba premit hos ágmine mixto super *eos*. Nec effúgiunt míseram mortem: sed in límine ipso, in pátriis mœnibus, atque inter tuta *loca* domórum confixi exspírant ánimas. Pars *incipit* claúdere portas: audent nec aperíre viam sóciis, nec accípere *eos* orántes mœnibus: miserrimáque cædes óritur defendéntium áditus armis, ruentiúmque in arma. *Qui sunt* exclúsi, pars vólvitur in præcípites fossas, ruínâ urgénte, ante óculos oráque paréntum lacrymántium; pars cæca et cóncita frænis immíssis arietat in portas, et duros postes óbice. *In* summo certámine, ut matres ipsæ vidére Camillam de muris

(a) *Hellenismus.*

(Monstrat

(Monſtrat amor verus patriæ) ut videre Camillam ; *p*
Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro, *k*
Stipitibus ferrum ſudibuſque imitantur obuſtis *o*
Præcipites, primæque mori pro mœnibus (a) ardent. *p*
Interea Turnum in ſylvis ſæviſſimus implet *m*
Nuncius, et juveni ingentem fert Acca tumultum. *l*
Deletas Volſcorum acies, cecidiſſe Camillam, *c*
Ingruere infenſos hoſtes, et (b) Marte ſecundo *m*
Omnia corripuiſſe: metum jam ad mœnia ferri. *k*
Ille furens (nam ſæva Jovis ſic numina poſcunt) *p*
Deſerit obſeſſos colles, nemora aſpera linquit. *n*
Vix è conſpectu (c) exierat, campumque tenebat, *g*
Cum pater Æneas, ſaltus ingreſſus apertos, *m*
Exſuperatque jugum, ſylvâque evadit opacâ. *l*
Sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur *g*
Agmine, nec longis inter ſe paſſibus abſunt. *m*
Ac ſimul Æneas (d) fumantes pulvere campos *m*
Proſpexit longe, Laurentiaque agmina vidit: *b*
Et ſævum Æneam agnovit Turnus in armis, *a*
Adventumque pedum flatuſque audivit equorum: *f*
Continuo pugnas ineant, et prœlia tentent: *p*
Ni roſeus feſſos jam gurgite Phœbus Ibero *n*

ORDO.

(verus amor pátriæ monſtrat *id*) trépidæ jáciunt tela manu, ac imitántur ferrum duro róbore, ſtipítibus, obuſtiſque ſúdibus, ardéntque primæ mori pro mœnibus. Intérea ſævíſſimus núncius implet Turnum in ſylvis, et Acca fert ingéntem tumúltum júveni: *dixit*, ácies Volſcórum *eſſe* delétas, Camíllam cecidíſſe, inféníos hoſtes ingrúere, et corripuíſſe ómnia ſecúndo Marte: jam metum ferri ad mœnia. Ille furens déſerit obſéſſos colles, *et* linquit áſpera némora (nam ſæva númina Jovis poſcunt ſic.) Vix exíverat è conſpéctu, tenebátque campum, cùm pater Ænéas, ingréſſus apértos ſaltus, exſuperátque jugum, evadítque opácâ ſylvâ. Sic ambo ferúntur rápidi totóque ágmine ad muros, nec abſunt longis páſſibus inter ſe. Ac ſimul Ænéas proſpéxit longè campos fumántes púlvere, vidítque Lauréntia ágmina: et Turnus agnóvit ſævum Ænéan in armis, audivítque advéntum pedum, flatúſque equórum: continuò íneant pugnas, et tentent prœlia: ni jam roſeus Phœbus tingat feſſos equos Ibéro gúrgite,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Syncope.*

Tingat

Tingat equos, noctemque die labente reducat. *p*
Consídunt castris ante urbem, et mœnia vallant. 915 *a*

ORDO.

reducátque noctem die labénte. Consídunt castris ante urbem, et vallant mœnia.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS.

LIBER XII.

TUrnus ut infractos adverſo (a) Marte Latinos *m*
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci, *e*
Se ſignari oculis; ultro implacabilis (b) ardet, *f*
(b) Attollitque animos. Pœnorum qualis in arvis *f*
(c) Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, *l*
Tum demum movet (b) arma leo: gaudetque comantes *e*
Excutiens cervice toros, fixumque (b) latronis *p*
Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. *n*
Haud ſecus accenſo (b) gliſcit violentia Turno. *n*
Tum ſic affatur Regem, atque ita turbidus infit: *b*
Nulla mora in Turno: nihil eſt quod dicta retractent *p*
Ignavi (d) Æneadæ; nec, quæ pepigere, recuſent. *h*
Congredior: fer ſacra, pater, et concipe fœdus. *p*

ORDO.

Ut Turnus videt Latínos infráctos advérſo Marte defecíſſe, ſua promiſſa nunc repóſci, *et* ſe ſignári oculis; ultrò *étiam* implacábilis ardet attollítque ánimos. Qualis ille Leo, in arvis Pœnórum ſaucius *quoad* pectus gravi vúlnere venántium, tunc demum movet arma: gaudétque excútiens comántes toros cervice, impavidúſque frangit fixum télum latrónis, et fremit cruénto ore. Haud ſecus violéntia gliſcit accénſo Turno. Tum ſic affátur Regem, atque ita túrbidus infit: *eſt* nulla mora in Turno: eſt nihil, *propter* quod ignávi Ænéadæ retráctent dicta; nec recúſent *fácere ea* quæ pepigére. Congrédior: pater, fer ſacra, & cóncipe fœdus.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Helleniſmus.* (d) *Antonomaſia.*

Aut hac Dardanium dextrâ ſub Tartara mittam, *f*
Deſertorem Aſiæ (ſedeant, ſpectentque Latini)
Et ſolus (a) ferro crimen commune refellam: *e*
Aut habeat victos, cedat Lavinia conjux. *a*
Olli ſedato reſpondit corde Latinus: *m*
O præſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci *a*
Virtute exſuperas, tanto me impenſius æquum eſt *e*
Conſulere, atque omnes metuentem (b) expendere caſus. *f*
Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta *p*
Multa manu: nec non aurumque animuſque Latino eſt. *l*
Sunt aliæ innuptæ Latio et Laurentibus agris; *n*
Nec genus (c) indecores. Sine me hæc haud (b) mollia *p*
fatu *k*
Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo (b) hauri. *d*
Me natam nulli veterum ſociare procorum *c*
Fas erat, idque omnes Divique hominesque canebant. *n*
Victus amore tui, cognato ſanguine victus, *l*
Conjugis et mœſtæ lacrymis, vincla omnia rupi: *p*
Promiſſam eripui genero, arma impia ſumpſi. *e*
Ex illo qui me caſus, quæ, Turne, ſequantur *a*
Bella, vides: quantos primus patiare labores. *n*
Bis magnâ victi pugnâ, vix urbe tuemur *a*

ORDO.

Aut mittam Dardánium, deſertórem Aſiæ ſub Tártara hac dextrâ (Latíni ſédeant, ſpecténtque *pugnam*) & ſolus refellam commúne crimen ferro: aut *Trojanus* hábeat *nos* victos, *et* Lavínia conjux cedat *illi victóri*. Latínus reſpóndet olli ſedáto corde: O júvenis præſtans ánimi, quantum ipſe exſúperas feróci virtúte, tanto impénſiùs eſt æquum me conſúlere *tibi*, atque metuéntem expéndere omnes caſus. Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt multa óppida capta manu: nec non eſt aurúmque animúſque Latíno: ſunt áliæ innúptæ *vírgines* Látio et Lauréntibus agris; nec indécores *quoad* genus. Sine me aperíre hæc haud móllia fatu, dolis ſublátis: ſimul hauri hæc *tuo* ánimo. Erat fas me ſociáre natam nulli véterum procórum, omnéſque Divíque hominéſque canébant id. *Ego* victus amóre tui, victus cognáto ſánguine, et lácrymis mœſtæ cónjugis, rupi ómnia víncula: eripui *eam* promiſſam género, *et* ſumpſi ímpia arma. Turne, *tu* vides qui caſus, quæ bella ſequántur me ex illo *témpore*: quantos labóres *tu* primus patiáre. *Nos* victi bis magnâ pugnâ, vix tuémur Italas ſpes urbe:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.* (c) *Helleniſmus.*

Spes

Spes Italas: recalent noſtro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes oſſibus albent.
Quo referor toties? quæ mentem inſania mutat?
Si Turno exſtincto ſocios ſum accire paratus;
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid conſanguinei Rutuli, quid cætera dicet
Italia? ad mortem ſi te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam et connubia noſtra petentem?
Reſpice res bello varias: miſerere parentis
Longævi, quem nunc mœſtum patria Ardea longe
Dividit. Haud quaquam dictis violentia Turni
(a) Flectitur: exſuperat magis, ægreſcitque medendo.
Ut primum fari potuit, ſic inſtitit ore:
Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
(a) Deponas, letumque ſinas pro laude paciſci.
Et nos tela, pater, (b) ferrumque haud debile dextrâ
Spargimus, et noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.
Longe illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœmineâ tegat; et vanis ſeſe occulat umbris.
At regina, novâ pugnæ conterrita ſorte,
Flebat, et ardentem generum moritura tenebat:

ORDO.

Tyberína fluénta adhuc récalent noſtro ſánguine, ingentéſque campi albent óſſibus. Quò réferor tóties? quæ inſánia mutat *meam* mentem? Si ſum parátus accíre *Trojános* ſócios, Turno exſtíncto; cur non pótiùs tollo certámina *eo* incólumi? quid conſanguínei Rútuli *dicent*, quid cætera Itália dicet? ſi prodíderim te ad mortem, (fors refútet *hæc mea* dicta) *te* peténtem natam et noſtra connúbia? Réſpice várias res bello: miſerére longævi paréntis, quem nunc mœſtum *tua* pátria Ardea dívidit longè *à te*. Violéntia Turni haud quaquam fléctitur *his* dictis: exſúperat magis, ægreſcítque medéndo. Ut primùm pótuit fari, ſic inſtitit ore: óptime *regum*, precor, *ut* pro me depónas hanc curam, quam geris pro me, fináſque me paciſci letum pro laude. Et nos, pater, ſpárgimus tela, ferrúmque haud débile dextrâ, et ſanguis ſéquitur de noſtro vúlnere. Dea, mater illi, quæ tegat *eum* fugácem fœmíneâ nube, erit longè; et ócculat ſeſe vanis umbris. At regína, contérrita nova ſorte pugnæ, flebat, et moritúra tenébat ardéntem génerum: *ait*,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Turne, per has ego te lacrymas, per ſi quis Amatæ *k*
Tangit honos animum: ſpes tu nunc una ſenectæ, *l*
Tu requies miſeræ: decus imperiumque Latini *i*
Te penes: in te omnis (a) domus inclinata recumbit. *p*
Unum oro, deſiſte manum committere Teucris. 60 *g*
(b) Qui te cunque manent iſto certamine caſus, *f*
Et me, Turne, manent: ſimul hæc inviſa relinquam *e*
(c) Lumina, nec generum Æneam captiva videbo. *m*
(d) Accepit vocem lacrymis Lavinia matris, *g*
Flagrantes (e) perfuſa genas: cui plurimus (f) ignem 65 *g*
Subjecit rubor, et calefacta per (g) ora concurrit. *d*
Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro *d*
Si quis ebur; vel mixta rubent ubi lilia multâ *o*
Alba roſâ: tales virgo dabat (g) ore colores. *n*
Illum turbat amor, figitque in virgine vultus. 70 *f*
(d) Ardet in arma magis: pauciſque affatur Amatam: *l*
Ne quæſo, ne me lacrymis, neve omine tanto *g*
Proſequere, in duri certamina (f) Martis euntem, *n*
O mater: neque enim Turno mora libera mortis. *h*
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno 75 *o*
Haud placitura refer: cum primum craſtina cœlo *l*
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit; *p*

ORDO.

Turne, *precor* te per has lácrymas, per *honórem* Amátæ, ſi quis honos *ejus* tangit *tuum* ánimum: tu nunc *es* una ſpes *meæ* ſenéctæ, tu réquies *mihi* míſeræ: decus imperiúmque Latíni *eſt* penes te: omnis *noſtra* domus inclináta recúmbit in te. Oro *hoc* unum, desíſte committere manum Teucris. Quicúnque caſus manent te, Turne, iſto certámine, manent et me: ſimul relínquam hæc inviſa lúmina, nec captíva vidébo génerum Ænéam. Lavínia accépit vocem matris lácrymis, perfúſa *quoad* flagrántes genas: cui plúrimus rubor ſubjécit ignem, et cucúrrit per caleſácta ora. Véluti ſi quis violáverit Indum ebur ſanguíneo oſtro; vel ubi alba lília, mixta multâ roſâ, rubent: virgo dabat tales colóres ore. Amor turbat illum, figítque vultus in vírgine. Ardet magis in arma: affatúrque Amátam paucis *verbis:* O mater, quæſo, ne proſéquere me lácrymis, neve tanto ómine, eúntem in certámina duri Martis: neque enim *eſt* mora mortis líbera Turno. *Tu*, Idmon, núncius refer hæc mea dicta Phrygio tyránno, haud placitúra *ei:* cùm primùm cráſtina Auróra, invécta Puníceis rotis, rubébit cœlo;

(a) *Metonymia.* (b) *Tmeſis.* (c) *Enallage.* (d) *Metaphora.* (e) *Helleniſmus.* (f) *Synecdoche.*

Non

Non Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quieſcant *e*
Et Rutulûm: noſtro dirimatur ſanguine bellum: *p*
Illo quæratur conjux Lavinia campo. *a*
Hæc ubi dicta dedit, rapiduſque in (a) tecta receſſit: *k*
Poſcit equos, gaudetque tuens ante ora frementes; *p*
Pilumno quos ipſa decus dedit Orithyia; *c*
(b) Qui candore nives anteirent, curſibus auras. *f*
Circumſtant properi aurigæ, manibuſque laceſſunt *b*
Pectora plauſa cavis, et colla comantia pectunt. *q*
Ipſe dehinc auro ſqualentem alboque orichalco *m*
Circumdat loricam humeris: ſimul aptat habendo *c*
Enſemque, clypeumque, et rubræ cornua criſtæ: *f*
Enſem, quem Dauno ignipotens Deus ipſe parenti *c*
Fecerat, et Stygiâ candentem tinxerat undâ. *l*
Exin, quæ in mediis ingenti adnixa columnæ *f*
Ædibus aſtabat, validam vi corripit haſtam, *p*
Actoris Aurunci ſpolium, quaſſatque trementem, *p*
Vociferans: nunc, ô nunquam fruſtrata vocatus *m*
Haſta meos, nunc tempus adeſt: te maximus Actor, *p*
Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus, *g*
Loricamque manu validâ lacerare revulſam *d*
Semiviri Phrygis, et fœdare in pulvere crines, *l*

ORDO.

non agat Teucros in Rútulos: arma Teucrórum et Rutulórum quiéſcant: bellum dirimátur noſtro ſánguine: conjux Lavínia quærátur illo campo. Ubi dedit hæc dicta, rapidúſque recéſſit in tecta: poſcit equos, gaudétque, tuens *eos* freméntes ante ora; quos Orithyía ipſa dedit decus Pilúmno; qui *equi* anteírent nives candóre, *et* auras cúrſibus. Próperi aurígæ circúmſtant, laceſſúntque péctora *eorum* plauſa cavis mánibus, et pectunt comántia colla. Dehinc *Turnus* ipſe circúmdat loricam húmeris, ſqualéntem auro albóque orichálco: ſimul aptat *ſibi* habéndo enſémque, clypeúmque, et córnua rubræ criſtæ: enſem, quem ignípotens Deus ipſe fecerat Dauno parénti, et tínxerat candéntem Stygiâ undâ. Exin córripit válidam haſtam vi, quæ aſtábat in médiis ædibus adnixa ingénti colúmnæ, *haſtam* ſpólium Aurúnci Actoris, quaſſátque *eam* treméntem, vociferans: nunc, O haſta nunquam fruſtráta meos vocátus, nunc tempus adeſt: *olim* máximus Actor *gerébat* te, nunc dextra Turni gerit te: da *mihi* ſtérnere corpus, laceraréque loricam ſemiviri Phrygis, revúlſam *meâ* válidâ manu, et fœdáre crines in pulvere,

(a) *Synecdoche.* (b) *Hyperbole.*

Vibratos

Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes. f
His agitur furiis, totoque ardentis ab ore l
Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis. c
Mugitus veluti cum prima in prœlia taurus f
Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat, l
Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit m
Ictibus, et ſparſâ ad pugnam proludit arena. m
Nec minus interea maternis ſævus in armis l
Æneas (a) acuit (b) Martem, et ſe ſuſcitat irâ, f
Oblato gaudens componi fœdere bellum. a
Tum ſocios mœſtique metum ſolatur Iüli, p
Fata docens: regique jubet reſponſa Latino p
Certa referre viros, et pacis dicere leges. l
(c) Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes m
Orta dies, cum primum alto ſe gurgite tollunt m
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant. m
Campum ad certamen, magnæ ſub mœnibus urbis, a
Dimenſi Rutulique viri Teucrique parabant: e
In medioque focos, et Dîs communibus aras l
Gramineas: alii fontemque ignemque ferebant l
Velati (b) lino, et verbenâ tempora (d) vincti. a
Procedit legio Auſonidûm, pilataque plenis e

ORDO.

vibrátos cálido ferro, madentéſque myrrhâ. Agitur his fúriis, ſcintillæque absíſtunt ab toto ore *ejus* ardéntis: ignis micat ácribus óculis. Véluti cùm taurus ciet terrificos mugítus in prima prœlia, atque tentat iráſci in córnua, obníxus trunco árboris, laceſsítque ventos íctibus, et prolúdit ad pugnam aréná ſparſâ. Nec minùs intérea Ænéas, ſævus in matérnis armis, ácuit Martem, et ſúſcitat ſe irâ, gaudens bellum compóni ſœdere oblátо. Tum ſolátur ſócios, metúmque mœſti Iüli, docens *eos* fata: jubétque viros referre certa reſpónſa regi Latino, et dícere leges pacis. Vix póſtera dies, orta, ſpargébat ſummos montes lúmine, cùm primùm equi ſolis tollunt ſe *ab* alto gúrgite, efflántque lucem elátis náribus. Rutulíque Teucríque viri diménſi campum ad certámen, parábant *locum* ſub mœnibus magnæ urbis: inque médio focos, et gramíneas aras commúnibus Diis: álii ferébant fontémque ignémque, veláti lino, et vincti *quoad* témpora verbénâ. Légio Auſonidárum procédit,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Periphraſis.* (d) *Helleniſmus.*

Agmina

Agmina ſe (a) fundunt portis: hinc Troïus omnis, *m*
Tyrrhenuſque ruit variis exercitus armis: *e*
Haud ſecus inſtructi ferro, quam ſi aſpera Martis *m*
Pugna vocet. Nec non mediis in millibus ipſi *p*
Ductores auro (a) volitant oſtroque decori: *g*
Et genus Aſſaraci Mneſtheus, et fortis Aſylas; *l*
Et Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles. *e*
Utque dato ſigno ſpatia in ſua quiſque receſſit, *o*
Defigunt tellure haſtas, et ſcuta reclinant. *a*
Tum ſtudio (a) effuſæ matres, et vulgus inermum, *m*
Invalidique ſenes, turres et tecta domorum *l*
Obſedere: alii portis ſublimibus aſtant. *f*
At Juno ex ſummo, qui nunc Albanus habetur, *a*
(Tunc neque nomen erat, neque honos, aut gloria monti) *k*
Proſpiciens tumulo, campum ſpectabat, et ambas *l*
Laurentum Troûmque acies, urbemque Latini. *g*
Extemplo Turni ſic eſt affata ſororem, *a*
Diva Deam, ſtagnis quæ fluminibuſque ſonoris *n*
Præſidet: hunc illi rex ætheris altus honorem *n*
Juppiter erepta pro virginitate ſacravit. *n*
Nympha, decus fluviorum, animo gratiſſima noſtro, *k*
Scis, ut te cunctis unam, quæcunque Latinæ *a*

ORDO.

pilatáque ágmina fundunt ſe plenis portis: hinc omnis Tróius, Tyrrhenúſque exércitus ruit váriis armis: haud ſccus inſtrúcti ferro, quàm ſi áſpera pugna Martis vocet *eos*. Nec non médiis míllibus ductóres ipſi vólitant decóri auro oſtróque: et Mneſtheus genus Aſsárici, et fortis Aſylas; et Meſſápus dómitor equórum, Neptúnia proles. Utque quiſque recéſſit in ſua ſpátia ſigno dato, defigunt haſtas tellúre, et reclinant ſcuta. Tum matres effúſæ ſtúdio *vidéndi certámen*, et inérmum vulgus, invalidíque ſenes, obſedére turres et tecta domórum: álii aſtant ſublímibus portis. At Juno, proſpíciens ex ſummo túmulo, qui nunc habétur Albánus, (tunc erat neque nomen, neque honos, aut glória monti) ſpectábat campum, et ambas ácies Lauréntum Troûmque, urbémque Latíni. Extémplò ſic eſt affáta ſorórem Turni, Diva *affáta* Deam, quæ præſidet ſtagnis, ſonoríſque flumínibus: Jupiter, altus rex ætheris, ſacrávit hunc honórem illi pro virginitáte ereptâ. Nympha, decus fluviórum, gratíſſima noſtro ánimo, ſcis, ut prætúlerim te unam cunctis *Latínis*, quæcúnque Latínæ

(a) *Metaphora.*

Magnanimi

Magnanimi Jovis ingratum aſcendêre cubile, *l*
Prætulerim, cœlique libens in parte locârim. *p*
Diſce tuum, (ne me incuſes) Juturna, dolorem. *m*
Quà viſa eſt fortuna pati, Parcæque ſinebant *g*
Cedere res Latio, Turnum et tua mœnia texi: *q*
Nunc juvenem imparibus video concurrere fatis: *k*
Parcarumque dies et vis inimica propinquat. *b*
Non pugnam aſpicere hanc oculis, non fœdera poſſum. *e*
Tu pro germano ſi quid præſentius audes, *a*
Perge; decet: forſan miſeros meliora ſequentur. *o*
Vix ea, cum lacrymas oculis Juturna profudit, *k*
Terque quaterque manu pectus percuſſit honeſtum. *l*
Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Juno, *p*
Accelèra, et fratrem, ſi quis modus, eripe morti: *n*
Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus. *f*
Auctor ego audendi. Sic exhortata reliquit *m*
Incertam, et triſti turbatam vulnere mentis. *a*
Interea reges, ingenti mole Latinus *m*
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum *l*
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt, *g*
Solis avi ſpecimen: bigis it Turnus in albis, *l*
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. *m*
Hinc pater Æneas, Romanæ ſtirpis origo, *m*

ORDO.

aſcendére ingrátum cubile magnánimi Jovis, libénſque locáverim *te* in parte cœli. Jutúrna, diſce tuum dolórem, ne incúſes me. Quà *i. e. quátenus* fortúna eſt viſa pati, Parcæque ſinébant res cédere *próſpere* Látio, texi Turnum, et tua mœnia: nunc vídeo júvenem concúrrere impáribus fatis: diéſque Parcárum et inimíca vis propínquat. Non poſſum aſpícere hanc pugnam óculis, non fœdera. Si tu audes quid præſéntius pro *tuo* germáno, perge; decet te: forſan melióra ſequéntur míſeros. Vix ea *ſunt dicta*, cùm Jutúrna profúdit lácrymas óculis, terque quatérque percúſſit honéſtum pectus manu. Satúrnia Juno ait, hoc non *eſt* tempus lácrymis, accélera, et éripe fratrem morti, ſi *eſt* quis modus: aut tu cie bella, excutéque concéptum fœdus. Ego *ſum* auctor audéndi. Sic exhortáta reliquit *eam* incértam, et turbátam triſti vúlnere mentis. Intérea reges *vehúntur*; Latínus ingénti mole *i. e. magno apparátu* véhitur quadrijugo curru, cui circum fulgéntia témpora bis ſex auráti rádii cingunt, ſpécimen ſolis avi: Turnus it in albis bigis, criſpans bina haſtília lato ferro manu. Hinc pater Ænéas, orígo Rómánæ ſtirpis,

Sidereo

Sidereo flagrans clypeo et cœleſtibus armis, *p*
Et juxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ, *f*
Procedunt caſtris: puraque in veſte ſacerdos *a*
Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem *p*
Attulit, admovitque pecus flagrantibus aris. *p*
Illi ad ſurgentem (a) converſi lumina Solem, *a*
Dant fruges manibus ſalſas, et tempora (b) ferro *f*
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant. *k*
Tum pius Æneas ſtricto ſic enſe precatur: *m*
Eſto nunc Sol teſtis, et hæc mihi terra precanti, *c*
Quam propter tantos potui perferre labores: *g*
Et pater omnipotens, et tu Saturnia Juno; *l*
Jam melior, jam, Diva, precor: tuque, inclyte Mavors, *p*
Cuncta tuo qui bella pater ſub numine (c) torques: *p*
Fonteſque fluvioſque voco, quæque ætheris alti *e*
Relligio, et quæ cœruleo ſunt numina ponto. *p*
Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno, *l*
Convenit Evandri victos diſcedere ad urbem: *m*
Cedet Iülus agris: nec poſt arma ulla rebelles *l*
(d) Æneadæ referent, (b) ferrove hæc regna laceſſent. *l*
Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem, *f*
(Ut potius reor, et potius Dî numine firment) *k*

ORDO.

flagrans ſidéreo clypeo et cœléſtibus armis, et juxta *eum* Aſcánius, áltera ſpes magnæ Romæ, procédunt caſtris: ſacerdóſque in purâ veſte áttulit fœtum ſetígeræ ſuis, bidentémque intónſam, admovítque pecus flagrántibus aris. Illi, convérſi *quoad* lúmina ad ſurgéntem ſolem, dant ſalſas fruges mánibus, et notant ſumma témpora pécudum ferro, libántque altária páteris. Tum pius Ænéas, enſe ſtricto, precátur ſic: nunc ſol, et hæc terra, propter quam pótui perférre tantos labóres, eſto teſtis mihi precánti: et omnípotens pater, et tu Satúrnia Juno, *O* Diva, jam, jam melior, precor: tuque, ínclyte Mavors, qui pater torques cuncta bella ſub tuo númine: voco fontéſque fluviósque, quæque relígio *i. e. divínitas eſt* alti ætheris, et quæ númina ſunt cærúleo ponto. Si fors victória céſſerit Auſónio Turno, cónvenit *Teucros* victos diſcédere ad urbem Evándri: Julus cedet *his* agris: nec pòſt Ænéadæ rebélles réferent ulla arma *huc*, laceſſéntve hæc regna ferro. Sin victória annúerit noſtrum Martem nobis, (ut pótiùs reor, et pótiùs Dii firment *ſpem* númine)

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metonymia.* (c) *Metaphora.* (d) *Antonomaſia.*

Non ego, nec Teucris Italos parere jubebo, p
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ k
Invictæ gentes æterna in fœdera mittant. a
Sacra Deosque dabo: socer arma Latinus habeto, i
Imperium solemne socer: mihi mœnia Teucri o
Constituent, urbique dabit Lavinia nomen. p
Sic prior Æneas: sequitur sic deinde Latinus, p
Suspiciens cœlum, tenditque ad sidera dextram: m
Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera juro, n
Latonæque genus duplex, Janumque bifrontem, f
Vimque (a) Deûm infernam, et diri sacraria Ditis. m
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit. q
Tango aras, medioque ignes, et numina testor: f
Nulla dies pacem hanc Italis nec fœdera rumpet, p
(b) Quo res cunque cadent: nec me vis ulla volentem f
Avertet: non, si tellurem (c) effundat in undas a
Diluvio miscens; cœlumve in Tartara solvat: m
Ut sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam forte gerebat) a
Nunquam fronde levi (c) fundet virgulta nec umbras: f
Cum semel in sylvis imo de stirpe recisum m
Matre caret, posuitque comas et brachia (d) ferro: k
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro c

ORDO.

ego non jubébo, nec Italos parére Teucris, nec peto regna mihi: ambæ gentes invíctæ mittent se páribus légibus in ætérna fœdera. Dabo sacra deósque: socer Latínus habéto arma, socer *habéto* solémne impérium: Teucri constituent mœnia mihi, Laviniáque dabit nomen urbi. Ænéas prior *dixit* sic: deínde Latínus sic séquitur, suspíciens cœlum, tenditque dextram ad sídera: Ænéa, juro *per* hæc éadem *númina*, terram, mare, sídera, duplex genus Latónæ, bifrontémque Janum, infernámque vim Deórum, et sacrária diri Ditis. Génitor, qui sancit fœdera fúlmine, áudiat hæc. Tango aras, mediósque ignes, et testor númina: nulla dies rumpet hanc pacem, nec *hæc* fœdera Italis, quòcúnque res cadent: nec ulla vis avértet me voléntem *ab iis:* non, si *illa vis* effúndat tellúrem in undas, miscens *eam* dilúvio; solvátve cœlum in Tártara: ut hoc sceptrum (nam fortè gerébat sceptrum dextrâ) nunquam fundet virgúlta nec umbras levi fronde: cùm semel recísum de imo stirpe in sylvis caret matre, posuitque comas et brachia ferro: olim *fuit* arbos, nunc manus artíficis inclúsit *eam* decóro ære,

(a) *Syncope.* (b) *Tmesis.* (c) *Metaphora.* (d) *Metonymia.*

Inclusit,

Incluſit, patribuſque dedit geſtare Latinis. *e*
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis, *m*
Conſpectu in medio procerum: tum rite ſacratas *e*
In flammam jugulant pecudes, et viſcera vivis *e*
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras. *k*
At vero Rutulis impar ea pugna videri *h*
Jamdudum, et vario miſceri pectora motu: *f*
Tum magis, ut propius cernunt non viribus æquis. *l*
Adjuvat inceſſu tacito progreſſus, et aram *p*
Suppliciter venerans demiſſo (a) lumine Turnus, *l*
Tabenteſque genæ, et juvenili in corpore pallor. *e*
Quem ſimul ac Juturna ſoror (b) crebreſcere vidit *p*
Sermonem, et vulgi variare labantia corda: *c*
In medias acies, formam aſſimulata Camerti, *q*
(Cui genus à proavis ingens, clarumque paternæ *l*
Nomen erat virtutis, et ipſe acerrimus armis) *p*
In medias dat ſeſe acies, haud neſcia rerum, *p*
Rumoreſque (b) ſerit varios, ac talia fatur: *e*
Non pudet, ô Rutuli, cunctis pro talibus unam *l*
Objectare animam? numerone, an viribus æqui *e*
Non ſumus? En omnes et Troës et Arcades hic ſunt, *n*
Fataliſque manus, infenſa (a) Etruria Turno: *f*

ORDO.

deditque Latinis pátribus geſtáre *eam*. Tálibus dictis firmábant fœdera inter ſe in médio conſpéctu procerum: tum ritè júgulant ſacrátas pécudes in flammam, et eripiunt víſcera *iis* vivis, cumulántque aras onerátis lánci-bus. At verò ea pugna jamdúdum *cæpit* vidéri Rútulis *eſſe* impar, et péctora miſcéri vário motu: tum magis, ut própiùs cernunt *duces eſſe* non æquis víribus. Turnus ádjuvat *hanc opiniónem*, progréſſus tácito incéſſu, et ſuppliciter vénerans aram demíſſo lúmine, tabentéſque genæ, et pallor in juvenili córpore. Quem ſermónem *inter Rutulos* ſimul ac Jutúrna *ejus* ſoror vidit crebréſcere, et labántia corda vulgi variáre: aſſimuláta formam Camérti, cui erat ingens genus à próavis, clarúmque nomen patérnæ virtútis, et ipſe acérrimus armis, dat ſeſe in médias ácies, *inquam* in médias ácies, haud néſcia rerum, ſerítque, vários rumóres, ac fatur tália: non pudet *vos*, Rútuli, objectáre unam ánimam pro cunctis tálibus? nonne ſumus æqui número, an víribus? en omnes et Troes et Arcades ſunt hìc, Etruriáque inſénſa Turno, fatális manus:

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus. *b*
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe devovet aris, *l*
Succedet famâ, vivuſque per ora feretur: *b*
Nos, patriâ amiſſâ, dominis parere ſuperbis *p*
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus arvis. *a*
Talibus incenſa eſt juvenum ſententia dictis *p*
Jam magis atque magis: ſerpitque per agmina murmur. *q*
Ipſi Laurentes mutati, ipſique Latini: *a*
Qui ſibi jam requiem pugnæ rebuſque ſalutem *l*
Sperabant; nunc arma volunt, fœduſque precantur *g*
Infectum, et Turni ſortem miſerantur iniquam. *b*
His aliud majus Juturna adjungit, et alto *m*
Dat ſignum cœlo: quo non præſentius ullum *a*
Turbavit mentes Italas, monſtroque fefellit. *g*
Namque volans rubrâ fulvus Jovis ales in æthrâ, *n*
Littoreas agitabat aves, turbamque ſonantem *k*
Agminis aligeri: ſubito cum lapſus ad undas *k*
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis. *c*
Arrexere animos Itali: cunctæque volucres *e*
Convertunt clamore fugam (mirabile viſu) *g*
Ætheraque obſcurant pennis, hoſtemque per auras *m*
Factâ nube premunt: donec vi victus et ipſo *m*

ORDO.

vix habémus hoſtem, ſi altérni *i. e. quiſque ſecundus noſtrum* congrediámur. Ille *Turnus* quidem famâ ſuccédet ad ſúperos, quorum aris dévovet ſe, feretúrque vivus per ora: nos, pátriâ amiſſâ, cogémur parére ſuperbis dóminis, qui nunc lenti conſedimus arvis. Jam ſenténtia júvenum eſt magis atque magis incénſa tálibus dictis: murmúrque ſerpit per ágmina. Lauréntes ipſi, Latiníque ipſi *ſunt* mutáti: qui jam ſperábant réquiem pugnæ ſibi ſalutémque rebus; nunc volunt arma, precan úrque fœdus *eſſe* infectum, et miſeránturiníquam ſortem Turni. Jutúrna adjúngit áliud majus his, et dat ſignum *ab* alto cœlo: quo non ullum præſéntius turbávit Italas mentes, ſefellítque *eas* monſtro. Namque *áquila*, fulvus ales Jovis, volans in rubrâ æthrâ, agitábat littóreas aves, ſonantémque turbam alígeri ágminis: cùm súbitò lapſus ad undas, ímprobus rapit excelléntem cycnum uncis pédibus. Itali arrexére ánimos: cunctæque vólucres convértunt fugam clamóre (mirábile viſu) obſcurántque æthera pennis, premúntque hoſtem per auras *velut* nube factâ:

(a) *Metaphora.*

Pondere

Pondere defecit, prædamque ex unguibus ales
Projecit fluvio, penituſque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant,
Expediuntq; manus, primuſq; Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc, votis, inquit, quod ſæpe petivi.
Accipio, agnoſcoque Deos. Me, me duce (a) ferrum
Corripite, ô Rutuli, quos improbus advena bello
Territat, invalidas ut aves; et littora veſtra
Vi populat: petet ille fugam, penituſque profundo
Vela dabit: vos unanimi denſate catervas,
Et regem vobis pugnâ defendite raptum.
Dixit, et adverſos telum contorſit in hoſtes
Procurrens: ſonitum dat ſtridula (b) cornus, et auras
Certa ſecat: ſimul hoc; ſimul ingens clamor, et omnes
Turbati (b) cunei, calefactaque corda tumultu.
Haſta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum
Corpora conſtiterant contra, quos fida crearat
Una tot Arcadio conjux Tyrrhena Gylippo;
Horum unum ad medium, teritur quà ſutilis alvo
Balteus, et laterum juncturas fibula (b) mordet,
Egregium forma juvenem et fulgentibus armis,
Tranſadigit coſtas, fulvâque extendit arenâ.

ORDO.

dònec ales, victus vi et póndere ipſo, defécit, projecítque *cycnum* prædam ex únguibus *in* flúvio, penitúſque fugit in núbila. Tum verò Rútuli ſalútant augúrium clamóre, expediúntque manus *i. e. turmas*, Tolumniúſque augur primus inquit, hoc erat, hoc *erat*, quod ſæpe petívi votis. Accípio *omen*, agnoſcóque Deos. Me, me duce, corrípite ferrum, ô Rútuli, quos ímprobus ádvena térritat bello, ut inválidas aves; et pópulat veſtra líttora vi: ille petet fugam, penitúſque dabit vela profúndo *mari*: vos unánimi denſáte catérvas, et pugnâ defèndite regem raptum vobis. Dixit, et procúrrens contórſit telum in advérſos hoſtes: ſtridula cornus dat ſónitum, et certa ſecat auras: ſimul hoc *fit*; ſimul ingens clamor *oritur*, et omnes cúnei *ſunt* turbáti, córdaque calefácta tumúltu. Haſta volans, ut fortè novem pulchérrima córpora fratrum conſtíterant contrà, quos tot una fida Tyrrhéna conjux creáverat Arcádio Gylíppo, tranſádigit, *per* coſtas, unum horum, júvenem egrégium formâ et fulgéntibus armis, ad médium *corpus*, quà fútilis bálteus téritur alvo, et fibula mordet junctúras láterum, extenditque *eum* fulvâ aréná.

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

At

At fratres, animoſa phalanx (b) accenſaque luctu, *n*
Pars gladios ſtringunt manibus, pars miſſile ferrum *p*
Corripiunt, cæcique ruunt: quos agmina contra *p*
Procurrunt Laurentum: hinc denſi rurſus inundant *a*
Troes, Agyllinique, et pictis Arcades armis. 281 *m*
Sic omnes amor unus habet decernere (a) ferro. *n*
Diripuere aras: it toto turbida cœlo *m*
(a) Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit (a) imber. *b*
Crateraſque focoſque ferunt. Fugit ipſe Latinus, *d*
Pulſatos referens infecto fœdere Divos. 286 *f*
Infrænant alii (b) currus, aut corpora ſaltu *f*
Subjiciunt in equos, et ſtrictis enſibus adſunt. *p*
Meſſapus regem regiſque inſigne gerentem *a*
Tyrrhenum Auleſten, avidus confundere fœdus, 290 *g*
Adverſo proterret equo: ruit ille recedens, *c*
Et miſer oppoſitis à tergo involvitur aris, *l*
In caput, inq; humeros: at fervidus (a) advolat haſtâ *q*
Meſſapus, teloque orantem multa trabali 294 *a*
Deſuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur: *i*
Hoc habet, hæc melior magnis data victima Divis. *q*
Concurrunt Itali, ſpoliantque calentia membra. *d*
Obvius ambuſtum torrem Chorinæus ab ara *m*

ORDO.

At fratres, phalanx animóſa accenſáque luctu, pars ſtringunt gládios mánibus, pars corrípiunt míſſile ferrum, cæcíque ruunt: contra quos ágmina Laurentum procúrrunt: hinc rurſus denſi Troes, Agylliníque, et Arcades pictis armis inúndant. Sic unus amor habet omnes decérnere ferro: diripuére aras: túrbida tempéſtas telórum it toto cœlo, ac férreus imber íngruit: ferunt crateráſque focóſque. Latínus ipſe fugit, réferens pulſátos Divos fœdere infécto. Alii infrænant currus, aut ſubjíciunt córpora ſaltu in equos, et adſunt ſtrictis énſibus. Meſſápus, ávidus confúndere fœdus, protérret Tyrrhénum Auléſten regem, gerentémque inſigne regis advérſo equo: ille recédens ruit, et miſer invólvitur aris oppóſitis à tergo in caput, inque húmeros: at férvidus Meſſápus ádvolat haſtâ, altúſque déſuper equo gráviter ferit *eum* oránte multa trabáli telo, atque ita fatur: habet hoc *vulnus*, hæc mélior victima *eſt* data magnis Divis. Itali concúrrunt, ſpoliántque *ejus* caléntia membra. Chorinæus *ſacérdos* córripit ambúſtum torrem ab arâ,

(a) *Metonymia.* (b) *Metaphora.*

Corripit,

Corripit, et venienti Ebuſo plagamque ferenti *k*
Occupat os flammis: olli ingens barba reluxit, *d*
Nidoremque ambuſta dedit: ſuper ipſe ſequutus *m*
Cæſariem lævâ turbati corripit hoſtis, *m*
Impreſſoque genu nitens, terræ applicat ipſum. *m*
Sic rigido latus enſe ferit. Podalirius Alſum *i*
Paſtorem, primâque acie per tela ruentem, *g*
Enſe ſequens nudo ſuperimminet: ille ſecuri *o*
Adverſi frontem mediam mentumque reducta *l*
Disjicit, et ſparſo late rigat arma cerebro. *n*
Olli dura quies oculos et (a) ferreus urget *e*
Somnus: in æternam clauduntur (b) lumina noctem. *m*
At pius Æneas dextram tendebat inermem *m*
Nudato capite, atque ſuos clamore vocabat. *e*
Quo ruitis? quæve iſta (a) repens diſcordia ſurgit? *p*
O cohibete iras: ictum jam fœdus, et omnes *m*
Compoſitæ leges: mihi jus concurrere ſoli: *p*
Me ſinite, atque auferte metus: ego fœdera faxo *o*
Firma manu: Turnum jam debent hæc mihi ſacra. *m*
Has inter voces, media inter talia verba, *g*
Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt: *m*
Incertum quâ pulſa manu, quo turbine adacta, *g*

ORDO.

et, óbvius Ebuſo veniénti ferentíque plagam, óccupat *ejus* os flammis: ingens barba relúxit ólli, ambuſtáque dedit nidórem: ipſe ſuper ſequútus córripit cæſáriem turbáti hoſtis lævâ *manu*, niténſque genu impréſſo, ápplicat ipſum terræ. Sic ferit latus rígido enſe. Podalírius ſequens, nudo enſe, Alſum Paſtórem, ruentémque per tela primâ ácie, ſuperímminet *ei*: ille díſjicit médiam frontem mentúmque *ejus* advérſi ſecúri redúctâ, et rigat arma cérebro ſparſo latè. Dura quies, et férreus ſomnus urget óculos olli: *ejus* lúmina claudúntur in ætérnam noctem. At pius Ænéas tendébat dextram *manum* inérmem cápite nudáto, atque vocábat ſuos clamóre. *Ait*, quò ruitis? quæve iſta repens diſcórdia ſurgit? O cohibéte iras: jam fœdus *eſt* ictum, et omnes leges *ſunt* compóſitæ: *eſt* mihi ſoli jus concúrrere: Sínite me *pugnáre*, atque auférte metus: ego faxo fœdera firma manu: hæc ſacra jam debent Turnum mihi. Inter has voces, inter média tália verba, ecce ſtridens ſagítta eſt allápſa alis viro *Æneæ*: *eſt* incértum, quâ manu *ſit* pulſa, quo túrbine *ſit* adácta,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Quis

Quis tantam Rutulis laudem, caſuſne, Deuſne, *f*
Attulerit: preſſa eſt inſignis gloria facti, *m*
Nec ſeſe Æneæ jactavit vulnere quiſquam. *a*
Turnus ut Æneam cedentem ex agmine vidit, *m*
Turbatoſque duces: ſubitâ ſpe fervidus (a) ardet: *e*
Poſcit equos atque arma ſimul, ſaltuque ſuperbus *p*
Emicat in currum, et manibus molitur habenas. *p*
Multa virûm (a) volitans dat fortia corpora leto: *q*
Semineces volvit multos, aut agmina curru *m*
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit haſtas. *o*
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri *q*
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes *o*
Bella movens immittit equos: illi æquore aperto *p*
Ante Notos Zephyrumque volant: gemit ultima pulſu *i*
Thraca pedum: circumq; atræ Formidinis ora, *m*
Iræque, Inſidiæque, Dei comitatus, aguntur. *d*
Talis equos alacer media inter prœlia Turnus *k*
Fumantes ſudore quatit (miſerabile) cæſis *c*
Hoſtibus inſultans: ſpargit rapida ungula rores *n*
Sanguineos, mixtâque cruor calcatur arenâ. *p*
Jamque neci Sthenelumque dedit, Thamyrimque, Pholumque: *i*

ORDO.

quis caſúſne, Deúſne, attúlerit tantam laudem Rútulis: insígnis glória facti eſt preſſa, nec quiſquam jactávit ſeſe vúlnere Ænéæ. Ut Turnus vidit Ænéam cedéntem ex ágmine, ducéſque turbátos: férvidus ardet ſúbitâ ſpe: ſimul poſcit equos atque arma, ſuperbúſque émicat ſaltu in currum, et molítur habénas mánibus. Vólitans dat multa fórtia córpora virórum leto: volvit multos ſemíneces, aut próterit ágmina curru, aut íngerit haſtas raptas fugiéntibus. Qualis cùm ſanguíneus Mavors, cóncitus apud flúmina gélidi Hebri, íncrepat clypeo, atque movens bella immíttit furéntes equos: illi volant apérto æquore ante Notos Zephyrúmque: última Thraca gemit pulſu *equinórum* pedum: circúmque *eum* ora atræ Formídinis, Iræque, Inſidiæque, comitátus Dei, agúntur. Talis Turnus, álacer inter media prœlia, quatit equos fumántes ſudóre (miſerábile *viſu*) inſúltans cæſis hóſtibus: rápida úngula *equórum* ſpargit ſanguíneos rores, cruórque calcátur mixtâ aréná. Jamque dedit Sthenelúmque, Thamyrímque, Pholúmque neci:

(a) *Metaphora.* (b) *Antonomaſia.*

Hunc

Hunc congreſſus, et hunc; illum eminus: eminus ambos *b*
Imbraſidas, Glaucum atq; Ladem: quos Imbraſus ipſe *p*
Nutrierat Lyciâ, paribuſque ornaverat armis, *k*
Vel conferre manum, vel equo prævertere ventos. *e*
Parte alia, media Eumedes in prœlia fertur, *l*
Antiqui proles bello præclara Dolonis, *a*
Nomine avum referens, animo manibuſque parentem: *i*
Qui quondam, caſtra ut Danaûm ſpeculator adiret, *c*
Auſus (a) Pelidæ pretium ſibi poſcere currus. *c*
Illum (a) Tydides alio pro talibus auſis *g*
Affecit pretio: nec equis (b) aſpirat Achillis. *e*
Hunc procul ut campo Turnus conſpexit aperto, *m*
Antè levi jaculo longum per inane ſequutus, *b*
Siſtit equos bijuges, et curru deſilit, atque *l*
Semianimi lapſoque ſupervenit: et pede collo *o*
Impreſſo, dextræ (c) mucronem extorquet, et alto *a*
Fulgentem tinxit jugulo, atque hæc inſuper addit: *g*
En, agros, et, quam bello, Trojane, petiſti, *a*
Heſperiam metire jacens: hæc præmia, qui me *p*
(d) Ferro auſi tentare, ferunt: ſic mœnia condunt. *g*
Huic comitem Buten, conjectâ cuſpide, mittit: *m*
Chloreaque, Sybarimq; Daretaq; Therſilochumq; *i*

ORDO.

eſt congréſſus hunc, et hunc *cóminùs*; illum *Sthénelum* éminùs: ambos Imbráſidas, Glaucum atque Ladem éminùs: quos Imbraſus ipſe nutríverat Lyciâ, ornaverátque páribus armis, vel conférre manum, vel prævértere ventos equo. Aliâ parte, Eumédes fertur in média prœlia, *Eumédes* proles antíqui Dolónis præclára bello, réferens avum nómine, paréntem ánimo manibúſque: qui *parens* quondam, ut ſpeculátor adíret caſtra Danaórum. *erat* auſus póſcere currus *Achíllis* Pelídæ prétium ſibi. Tydídes affécit illum alio prétio pro tálibus auſis: nec *ámpliùs* aſpírat equis Achíllis. Ut Turnus conſpéxit hunc procùl apérto campo, antè ſequútus *ipſum* per longum ináne levi jaculo, ſiſtit bíjuges equos, et défilit curru, atque ſupérvenit *ei* ſemiánimi lapſóque: et collo impréſſo pede, extórquet mucrónem dextræ, et tinxit *eum* fulgéntem alto júgulo, atque inſuper addit hæc: En, Trojáne, jacens metíre agros et Heſpériam, quam petiviſti bello: ferunt hæc prœmia, qui *ſunt* auſi tentáre me ferro: ſic condunt mœnia. Mittit huic cómitem Buten cúſpide conjéctâ: *mittit* Chloreáque, Sybarímque, Daretáque, Therſilochúmque,

(a) *Antonomaſia.* (b) *Metaphora.* (c) *Synecdoche.* (d) *Metonymia.*

Et ſternacis equi lapſum cervice Thymœten. *f*
Ac velut Edoni Boreæ cum ſpiritus alto *p*
Inſonat Ægæo, ſequiturque ad littora fluctus, *p*
Qua venti incubuere, fugam dant nubila cœlo ; *e*
Sic Turno, quacunq; viam (a) ſecat, agmina cedunt, *c*
Converſæque ruunt acies : fert impetus ipſum, *e*
Et criſtam adverſo curru quatit aura volantem. *b*
Non tulit inſtantem Phegeus, animiſq; frementem : *n*
Objecit ſeſe ad currum, et ſpumantia frænis *a*
Ora citatorum dextra detorſit equorum. *m*
Dum trahitur, pendetq; jugis, hunc lata retectum *p*
Lancea conſequitur, rumpitque infixa bilicem *l*
Loricam, et ſummum (a) deguſtat vulnere corpus. *a*
Ille tamen clypeo objecto converſus in hoſtem *l*
Ibat, et auxilium ducto mucrone petebat : *l*
Quum rota præcipitem et procurſu concitus axis *l*
Impulit, (a) effuditque ſolo : Turnuſque ſequutus *p*
Imam inter galeam ſummi thoracis et oras, *f*
Abſtulit enſe caput, truncumque reliquit arenâ. *q*
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus, *m*
Interea Æneam Mneſtheus, et fidus Achates, *m*
Aſcaniuſque comes, caſtris ſtatuere cruentum, *q*

ORDO.

et Thymœten lapſum cervíce ſternácis equi. Ac velut, cùm ſpíritus Edóni Bóreæ ínſonat alto Ægæo, ſequitúrque fluctus ad líttora, quà venti incubuére, nubila dant fugam cœlo ; ſic ágmina cedunt Turno, quàcúnque ſecat viam, aciéſque convérſæ ruunt : ímpetus fert ipſum, et aura quatit criſtam volántem advérſo curru. Phegeus non tulit *eum* inſtántem, frementémque ánimis : objécit ſeſe ad currum, et detórſit ora citatórum equórum ſpumántia frænis. Dum tráhitur, pendétque jugis, lata láncea conſéquitur hunc retéctum, infixáque rumpit bilícem Loricam, et degúſtat ſummum corpus vúlnere. Tamen ille convérſus ibat clypeo objécto in hoſtem, et petébat auxílium ducto mucróne : cùm rota, et axis, cóncitus procúrſu, ímpulit *eum* præcípitem, effuditque ſolo : Turnúſque ſequútus *eum*, inter imam gáleam, et oras ſummi thorácis, ábſtulit *ejus* caput enſe, reliquítque truncum aréná. Atque dum Turnus victor dat ea fúnera campis, intérea Mneſtheus, et fidus Achátes, Aſcaniúſque comes, ſtatuére Æneam cruéntum caſtris,

(a) *Metaphora.*

Alternos

Alternos longâ nitentem cuſpide greſſus. *a*
Sævit, et infractâ luctatur arundine telum *n*
Eripere, auxilioque viam, quæ proxima, poſcit; *k*
Enſe ſecent lato vulnus, telique (a) latebram *m*
Reſcindant penitus, ſeſeque in bella remittant. *f*
Jamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis *p*
(b) Iaſides; acri quondam cui captus amore *m*
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo, *o*
Augurium citharamque dabat, celereſque ſagittas. *i*
Ille, ut depoſiti proferret fata parentis, *f*
Scire poteſtates herbarum uſumque medendi *m*
Maluit, et mutas agitare inglorius artes. *p*
Stabat, (c) acerba fremens, ingentem nixus in haſtam *l*
Æneas, magno juvenum et mœrentis Iüli *g*
Concurſu lacrymiſque immobilis. Ille retorto *b*
Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu, *p*
Multa manu medicâ Phœbique potentibus herbis *q*
Nequicquam (a) trepidat, nequicquam ſpicula dextrâ *f*
Sollicitat, prenſatque tenaci forcipe ferrum. *p*
Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo *o*
Subvenit: et ſævus campis magis ac magis horror *n*
Crebreſcit, propiuſque malum eſt. Jam pulvere cœlum *e*

ORDO.

niténtem altérnos greſſus longâ cúſpide. Sævit, et luctátur erípere telum arúndine infractâ, poſcítque viam auxílio, quæ *eſt* próxima; *ut* ſecent vulnus lato enſe, reſcindántque látebram teli pénitus, remittántque ſeſe in bella. Jamque Japis, Jáſides, diléctus Phæbo ante álios, áderat; cui quondam Apóllo ipſe, captus acri amóre, lætus dabat ſuas artes, ſua múnera, augúrium, citharámque, celeréque ſagíttas. Ille, ut proférret fata depóſiti, *i. e. deſperáti* paréntis, máluit ſcire poteſtátes herbárum, uſúmque medéndi, et inglórius agitáre mutas artes. Ænéas ſtabat, fremens acérba, nixus in ingéntem haſtam, immóbilis magno concúrſu lacrymíſque júvenum et mœréntis Juli. Ille ſénior *Japis*, ſuccínctus amíctu in Pœónium morem, nequícquam trépidat *i. e. depróperat* multa médicâ manu, potentibúſque herbis Phœbi, nequícquam ſollícitat ſpícula dextrâ, prenſátque ferrum tenáci fórcipe. Nulla fortúna regit viam, Apóllo auctor *medicinæ* ſúbvenit nihil: et ſævus horror crebréſcit magis ac magis campis, malúmque eſt própius. Jam vident cœlum ſtare púlvere:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.* (c) *Antimeria.*

Stare vident: ſubeunt equites, et ſpicula caſtris *k*
Denſa cadunt mediis: it triſtis ad æthera clamor *q*
Bellantum juvenum, et duro ſub (a) Marte cadentum. *f*
Hic Venus, indigno nati concuſſa dolore, *m*
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, *f*
Puberibus caulem foliis, et flore comantem *p*
Purpureo: non illa feris incognita capris *p*
Gramina, cum tergo volucres hæſere ſagittæ. *p*
Hoc Venus, obſcuro faciem (b) circumdata nimbo, *p*
Detulit: hoc fuſcum labris ſplendentibus amnem *m*
Inficit, occulte medicans; ſpargitque ſalubris *p*
Ambroſiæ ſuccos, et odoriferam panaceam. *o*
Fovit eâ vulnus lymphâ longævus Iapis, *m*
Ignorans: ſubitoque omnis de corpore fugit *f*
Quippe dolor, omnis ſtetit imo vulnere ſanguis: *p*
Jamque ſequuta manum, nullo cogente, ſagitta *l*
Excidit, atque novæ rediere in priſtina vires. *k*
Arma citi properate viro: quid ſtatis? Iapis, *k*
Conclamat: primuſque animos (c) accendit in hoſtes. *g*
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtrâ *g*
Proveniunt: neque te, Ænea, mea dextera ſervat: *q*
Major agit Deus, atque opera ad majora remittit. *k*

ORDO.

équites ſúbeunt, et denſa ſpícula cadunt médiis caſtris: triſtis clamor bellántium júvenum, et cadéntium ſub duro Marte, it ad æthera. Hìc Venus génitrix, concúſſa indígno dolóre nati, carpit Dictámnum ab Cretæâ Idâ, caulem pubéribus fóliis, et comántem purpúreo flore: illa grámina non *ſunt* incógnita feris capris, cùm vólucres ſagíttæ hæſére tergo. Venus, circúndata *quoad* fáciem obſcúro nimbo, détulit hoc *Dictámnum*: hòc *illa* inficit fuſcum amnem ſplendéntibus labris *pátiæ*, médicans occúltè; ſpargítque ſuccos ſálubris ambróſiæ, et odoríferam panacéam. Longævus Japis, ignórans, fovit vulnus eâ lymphâ: quippe ſubitóque omnis dolor fugit de córpore, *et* omnis ſanguis ſtetit imo vúlnere: jamque ſagítta, ſequúta *ejus* manum, éxcidit, nullo cogénte, atque novæ vires redivére in priſtina *officia*. *Vos* citi properáte arma viro: quìd ſtatis? Japis conclámat: primúſque accéndit ánimos in hoſtes. *Addit*, hæc non provéniunt humánis ópibus, non magíſtrâ arte: neque mea déxtera ſervat te, Ænéa: major Deus agit *hæc*, atque remíttit *te* ad majóra ópera.

(a) *Metonymia.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Metaphora.*

Ille avidus pugnæ ſuras incluſerat auro m
Hinc atque hinc: oditque moras, haſtamq; coruſcat. g
Poſtquam habilis lateri clypeus loricaque tergo eſt, k
Aſcanium fuſis circum complectitur armis, m
Summaque per galeam delibans oſcula fatur: l
Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem; m
Fortunam ex aliis: nunc te mea dextera bello b
Defenſum dabit, et magna inter præmia ducet. f
Tu facito, mox cum matura adoleverit ætas, n
Sis memor: et te animo repetentem exempla tuorum, k
Et pater Æneas, et avunculus excitet Hector. o
Hæc ubi dicta dedit, portis ſeſe extulit ingens, l
Telum immane manu quatiens: ſimul agmine denſo d
Anteuſque Mneſtheus ruunt: omniſq; relictis g
Turba (a) fluit caſtris: tum (a) cœco pulvere campus m
Miſcetur, pulſuque pedum tremit excita tellus. c
Vidit ab adverſo venientes aggere Turnus: p
Videre Auſonii, geliduſque per ima cucurrit d
Oſſa tremor. Prima ante omnes Juturna Latinos m
Audiit, agnovitque ſonum, et tremefacta refugit. o
Ille (a) volat, campoq; atrum rapit agmen aperto. n
Qualis ubi ad terras abrupto (b) fidere nimbus m

ORDO.

Ille *Æneas*, ávidus pugnæ, inclúſerat ſuras auro hinc atque hinc: odítque moras, coruſcátque haſtam. Poſtquam clypeus eſt hábilis láteri, loricáque tergo, compléctitur Aſcánium armis fuſis circum *eum*, delibánſque ſumma oſcula per gáleam, fatur *hæc:* puer, diſce virtútem, verúmque labórem ex me; *diſce* fortúnam ex áliis: nunc mea déxtera dabit te defénſum bello, et ducet *te* inter magna præmia. Tu fácito, *ut* ſis memor *meæ virtútis*, mox cùm matúra ætas adoléverit: et, et pater Ænéas, et avúnculus Hector éxcitet te repeténtem exémpla tuórum ánimo. Ubi dedit hæc dicta, ingens éxtulit ſeſe portis, quátiens immáne telum manu: ſimul Anteúſque Mneſtheúſque ruunt denſo ágmine: omníſque turba fluit caſtris relíctis: tum campus miſcétur cæco púlvere, tellúſque éxcita pulſu pedum tremit. Turnus vidit *eos* veniéntes ex advérſo ággere: Auſónii vidére *eos*, gelidúſque tremor cucúrrit per ima oſſa. Jutúrna prima audívit ante omnes Latínos, agnovítque ſonum, et tremefácta refúgit. Ille *Æneas* volat, rapítque *ſecum* atrum agmen apérto campo. Qualis ubi nimbus, ſídere abrúpto *i. e. tempeſtáte effuſa*,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

It

It mare per medium: miſeris, heu, præſcia longe — k
Horreſcunt corda agricolis; dabit ille ruinas — c
Arboribus, ſtragemque ſatis, ruet omnia late. — o
Antevolant, ſonitumque ferunt ad littora venti. — k
Talis in adverſos ductor Rhœteïus hoſtes — m
Agmen agit: denſi cuneis ſe quiſque coactis — p
(a) Agglomerant. Ferit enſe gravem Thymbræus Oſirim: — k
Archetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates, — p
Uſentemq; Gyas. Cadit ipſe Tolumnius augur, — d
Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtes. — m
Tollitur in cœlum clamor: verſique viciſſim — m
Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros. — k
Ipſe neque averſos dignatur ſternere morti; — m
Nec pede congreſſos æquo, nec tela ferentes — m
Inſequitur: ſolum denſa in caligine Turnum — m
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit. — a
Hoc (b) concuſſa metu mentem Juturna virago, — f
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum — g
Excutit, et longe lapſum temone relinquit: — m
Ipſa ſubit, manibuſque (a) undantes flectit habenas, — l
Cuncta gerens, vocemq; et corpus et arma Metiſci. — n
Nigra velut magnas domini cum divitis ædes — p

ORDO.

it per médium mare ad terras: heu! corda, præſcia longè, horréſcunt míſeris agrícolis: ille *nimbus* dabit ruínas arbóribus, ſtragémque ſatis, *et* ruet ómnia latè. Venti antévolant, ferúntque ſónitum ad líttora. Talis Rhœtéïus ductor agit agmen in advérſos hoſtes: denſi quiſque agglómerant ſe cúneis coáctis. Thymbræus ferit gravem Oſírim enſe: Mneſtheus obtrúncat Archétium, Achátes *obtrúncat* Epulónem, Gyáſque *obtrúncat* Uſéntem. Tolúmnius ipſe augur cadit, qui primus tórſerat telum in advérſos hoſtes. Clamor tóllitur in cœlum: Rutulíque verſi viciſſim dant pulverulénta terga fugâ per agros. *Ænéas* ipſe neque dignátur ſtérnere avérſos morti; nec inſéquitur æquo pede congréſſos, nec feréntes tela: veſtígat Turnum ſolum, luſtrans in denſâ calígine, poſcit *eum* ſolum in certámina. Virágo Jutúrna, concúſſa *quoad* mentem hoc metu, éxcutit Metíſcum aurígam Turni inter média lora, et relínquit *eum* lapſum longè *à* temóne: ipſa ſubit *in ejus locum*, flectítque undántes habénas mánibus, gerens cuncta, vocémque, et corpus et arma Metíſci. Velut cùm nigra hirúndo pérvolat magnas ædes dívitis dómini,

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Pervolat,

Pervolat, et pennis alta atria luſtrat hirundo, *n*
(a) Pabula parva legens nidisq; loquacibus eſcas: *q*
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum *e*
Stagna ſonat. Similis medios Juturna per hoſtes *k*
Fertur equis, rapidoq; (a) volans obit omnia curru: *i*
Jamque hic germanum, jamque hic, oſtendit ovantem: *a*
Nec conferre manum patitur: volat avia longe. *d*
Haud minus Æneas tortos legit obvius (a) orbes, *n*
Veſtigatq; virum, et disjecta per agmina magnâ *k*
Voce vocat. Quoties oculos conjecit in hoſtem *k*
Alipedumque fugam curſu tentavit equorum; *l*
Averſos toties currus Juturna retorſit. *f*
Heu! quid agat? (b) vario nequicquam fluctuat æſtu: *l*
Diverſæque vocant animum in contraria curæ. *e*
Huic Meſſapus, uti lævâ duo forte gerebat *h*
Lenta levis curſu præfixa haſtilia ferro, *m*
Horum unum certo contorquens dirigit ictu. *a*
Subſtitit Æneas, et ſe (a) collegit in arma, *m*
Poplite ſubſidens: apicem tamen incita ſummum *o*
Haſta tulit, ſummaſque excuſſit vertice criſtas. *m*
Tum vero (a) aſſurgunt iræ, inſidiiſque ſubactus *b*
Diverſos ubi ſenſit equos currumque referri, *e*

ORDO.

et luſtrat alta átria pennis, legens parva pábula, eſcáſque loquácibus nidis: et ſonat nunc vácuis porticibus, nunc circum húmida ſtagna. Jutúrna, ſímilis *huic avi*, fertur equis per médios hoſtes, volánſque obit ómnia rápido curru: jamque hìc, jamque hìc, oſténdit germánum *Turnum* ovántem: nec pátitur *eum* conférre manum: volat ávia longè. Haud minùs Ænéas, óbvius, legit tortos orbes, veſtigátque virum, et vocat *eum* magnâ voce per disjécta ágmina. Quóties conjécit óculos in hoſtem, tentavítque fugam alípedum equórum; tóties Jutúrna retórſit avérſos currus. Heu! quid agat? nequicquam flúctuat vário æſtu: diverſæque curæ vocant ánimum in contrária. Meſſápus, utì fortè levis curſu gerébat lævâ *manu* duo lenta haſtília præfixa ferro, contórquens unum horum certo ictu, dírigit *illud* huic *Ænéæ*. Ænéas ſúbſtitit, et collégit ſe in arma, ſubſídens póplite: tamen haſta íncita tulit ſummum ápicem, excuſsítque ſummas criſtas vértice. Tum verò iræ aſſúrgunt, ſubactúſque inſídiis, ubi ſenſit equos *rapi* divérſos, currúmque referri,

(a) *Metaphora.* (b) *Allegoria.* (c) *Metonymia.*

Multa

Multa Jovem et læſi teſtatus fœderis aras: *m*
Jam tandem invadit medios, et Marte ſecundo *g*
Terribilis, ſævam nullo diſcrimine cædem *m*
Suſcitat, (b) irarumque omnes effundit habenas. *m*
Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine cædes *k*
Diverſas, obitumque ducum, quos æquore toto *e*
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros, *p*
Expediat? tanton' placuit concurrere motu, *p*
Juppiter, æterna gentes in pace futuras? *m*
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes *h*
Pugna loco ſtatuit Teucros) haud multa moratus *l*
Excipit in latus, et quà fata celerrima, crudum *q*
Tranſadigit coſtas et (c) crates pectoris enſem. *m*
Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem *p*
Congreſſus pedes, hunc venientem cuſpide longâ, *e*
Hunc mucrone ferit: curruq; abſciſſa duorum *f*
Suſpendit capita, et (c) rorantia ſanguine portat. *b*
Ille Talon Tanaimque neci, fortemque Cethegum, *k*
Tres uno congreſſu, et mœſtum mittit Onythen, *a*
Nomen Echionium, matriſque genus Peridiæ. *q*
Hic fratres Lycia miſſos et Apollinis agris, *b*
Et juvenem exoſum nequicquam bella Menœten *m*

ORDO.

multà *i. e. multùm eſt* teſtátus Jovem, et aras læſi fœderis: Jam tandem invádit *eos* médios, et terríbilis ſecúndo Marte, ſúſcitat ſævam cædem nullo diſcrímine, effundítque omnes habénas irárum. Nunc quis Deus, quis expédiat mihi cármine tot acérba, divérſas cædes, obitúmque ducum, quos nunc Turnus, nuncque Tróius heros invicem agit toto æquore? Júpiter, placuítne *tibi*, gentes, futúras in ætérnâ pace, concúrrere tanto motu? Ænéas, haud morátus multà *i. e. multum*, éxcipit Rútulum Sucrónem in latus (ea pugna prima ſtátuit loco Teucros ruéntes) et quà fata *erant* celérrima, ádigit crudum enſem trans coſtas et crates péctoris. Turnus, pedes congréſſus Amycum dejéctum equo, fratrémque Diórem, *ferit* hunc veniéntem longâ cúſpide, ferit hunc mucróne: ſuſpenditque abſcíſſa cápita duórum curru, et portat *ea* rorántia ſánguine. Ille *Ænéas* mittit Talon Tanaímque neci, fortémque Cethégum, tres uno congréſſu, et mœſtum Onythen, Echiónium nomen, genúſque matris Perídiæ. Hic *Turnus interfecit* fratres miſſos *à* Lyciâ et agris Apóllinis, et Menœten Arcada, júvenem nequícquam exóſum bella:

(a) *Metonymia.* (b) *Allegoria.* (c) *Metaphora.*

Arcada:

Arcada: piſcoſæ cui circum flumina Lernæ *m*
Ars fuerat, pauperque domus: nec nota potentum *p*
Munera, conductâque pater tellure ſerebat. *p*
Ac velut immiſſi diverſis partibus ignes *m*
Arentem in ſylvam, et virgulta ſonantia lauro; *b*
Aut ubi decurſu rapido de montibus altis *p*
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, et in æquora currunt, *n*
Quiſque ſuum populatus iter: non ſegnius ambo *k*
Æneas Turnuſque ruunt per prœlia: nunc, nunc *g*
(a) Fluctuat ira intus: rumpuntur neſcia vinci *m*
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur. *n*
Murranum hic, atavos et avorum antiqua ſonantem *e*
Nomina, per regeſque actum genus omne Latinos, *n*
Præcipitem ſcopulo atque ingentis turbine ſaxi *l*
Excutit, (a) effunditque ſolo: hunc lora et juga ſubter *p*
Provolvêre rotæ, crebro ſuper ungula pulſu *b*
Incita nec domini memorum proculcat equorum. *k*
Ille ruenti Hyllo animiſque (b) immane frementi *p*
Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet: *a*
Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro. *b*
Dextera nec tua te, Grajûm fortiſſime Creteu, *l*
Eripuit Turno: nec Dî texêre Cupentum, *m*

ORDO.

cui fúerat ars, paupérque domus circum flúmina piſcóſæ Lernæ: nec múnera *i. e. munia* poténtium *erant* nota *ei*, patérque ſerébat conductâ tellúre. Ac velut ignes immíſſi *è* divérſis pártibus in aréntem ſylvam, et virgúlta *è* lauro ſonántia; aut ubi ſpumóſi amnes, *fluéntes* rápido curſu de altis móntibus, dant ſónitum, et currunt in æquora, quiſque *amnis* populátus ſuum iter: non ſégnius ambo *duces*, Ænéas, Turnúſque ruunt per prœlia: nunc, nunc ira flúctuat intùs: péctora néſcia vinci, rumpúntur: nunc itur totis víribus in vúlnera. Hic *Ænéas*, ſcópulo atque túrbine ingéntis ſaxi, éxcutit præcípitem, effunditque ſolo Murránum, ſonántem, *i. e. jactántem* átavos et antíqua nómina avórum, omnéque genus actum per Latínos reges: rotæ provolvére hunc ſubter lora et juga: ſuper *i. e. prætérea* úngula equórum, nec mémorum dómini, íncita procúlcat *eum* crebro pulſu. Ille *Turnus* occúrrit Hyllo ruénti, frementíque immánè ánimis, torquétque telum ad auráta témpora: haſta ſtetit olli *in* cérebro fixo per gáleam. Nec tua déxtera eripuit te Turno, *ô* Creteu, fortíſſime Graïórum: nec ſui Dii texére Cupéntum,

(a) *Metaphora.* (b) *Antimeria.*

Æneâ veniente, fui: dedit obvia (c) ferro — d
Pectora, nec miſero clypei mora profuit ærei. — i
Te quoque Laurentes viderunt, Æole, campi — m
Oppetere, et late terram conſternere tergo. — m
Occidis, Argivæ quem non potuere phalanges — n
Sternere, nec Priami regnorum everſor Achilles. — l
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta ſub Ida, — q
Lyrneſſi domus alta; ſolo Laurente ſepulcrum. — e
Totæ adeo converſæ acies, omneſque Latini, — p
Omnes Dardanidæ: Mneſtheus, acerque Sereſtus — f
Et Meſſapus, equûm domitor, et fortis Aſylas, — e
Tuſcorumque phalanx, Evandrique Arcadis alæ: — f
Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi. — f
Nec mora nec requies: vaſto certamine tendunt. — l
Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima miſit, — g
Iret ut ad muros, urbique adverteret agmen — m
Ocyus, et ſubitâ turbaret clade Latinos. — l
Ille, ut veſtigans diverſa per agmina Turnum, — b
Huc atque huc acies circumtulit; aſpicit urbem — h
Immunem tanti belli, atque impune quietam. — a
Continuo pugnæ (a) accendit majoris imago. — m
Mneſthea, Sergeſtumque vocat, fortemque Sereſtum — p

ORDO.

Ænéa veniénte: dedit péctora óbvia ferro, nec mora ærei clypei prófuit miſero. Lauréntes campi vidérunt te quoque, Æole, oppétere *mortem*, et conſtérnere terram latè tergo. Occidis, quem Argívæ phalánges non potuére ſternere, nec Achílles evérſor regnórum Príami. Hìc erant tibi metæ mortis: *erat* alta domus ſub Ida, alta domus Lyrnéſſi: ſepúlcrum *in* Laurénte ſolo. Adeò totæ ácies *ſunt* convérſæ, omnéque Latíni, *et* omnes Dardánidæ: Mneſtheus, acérque Seréſtus, et Meſſápus, domitor equórum, et fortis Aſylas, phalánxque Tuſcórum, alæque Evándri Arcadis: viri, quiſque pro ſe, nitúntur ſummâ vi opum. Nec *ei* mora, nec réquies: tendunt vaſto certámine. Hìc pulchérrima génitrix *Venus* miſit mentem, *i. e. conſilium* Ænéæ, ut iret ad muros, adverterétque agmen urbi ócius, et turbáret Latínos ſúbitâ clade. Ille *Ænéas*, ut circúmtulit ácies *oculórum* huc atque huc, veſtígans Turnum per divérſa ágmina; áſpicit urbem immúnem tanti belli, atque quiétam impúnè. Contínuò imágo majóris pugnæ accéndit *eum*. Vocat Mneſthea, Sergeſtúmque, fortémque Seréſtum ductóres:

(c) *Metonymia.* (a) *Metaphora.*

Ductores:

Ductores: tumulumque capit, quo cætera Teucrûm *e*
Concurrit legio, nec ſcuta aut ſpicula denſi *f*
Deponunt: celſo medius ſtans aggere fatur: *g*
Ne qua meis eſto dictis mora: Jupiter hâc ſtat: *n*
Neu quis ob inceptum ſubitum mihi ſegnior ito. *o*
Urbem hodiè, cauſam belli, regna ipſa Latini, *m*
Ni (a) frænum accipere et victi parere fatentur, *f*
Eruam: et æqua ſolo fumantia culmina ponam. *q*
Scilicet exſpectem, libeat dum prœlia Turno *p*
Noſtra pati? rurſuſque velit concurrere victus? *p*
Hoc (a) caput, ô cives, hæc belli ſumma nefandi. *m*
Ferte faces propere, fœduſque repoſcite flammis. *q*
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes *k*
Dant cuneum, denſâque ad muros mole feruntur. *m*
Scalæ improviſo, ſubituſque apparuit ignis. *g*
Diſcurrunt alii ad portas primoſque trucidant: *f*
(b) Ferrum alii torquent, et obumbrant æthera telis. *p*
Ipſe inter primos dextram ſub mœnia tendit *a*
Æneas, magnâque incuſat voce Latinum: *a*
Teſtaturque Deos, iterum ſe ad prœlia cogi: *e*
Bis jam Italos hoſtes, hæc altera fœdera rumpi. *n*
Exoritur trepidos inter diſcordia cives: *l*

ORDO.

capitque túmulum, quo cætera légio Teucrórum concúrrit, nec denſi depónunt ſcuta aut ſpicula: *ipſe* ſtans médius fatur *à* celſo ággere: ne eſto qua mora meis dictis: Júpiter ſtat hâc *parte pro nobis:* neu quis ito ſégnior mihi ob ſúbitum incéptum. Hódie éruam urbem, cauſam belli, regna ipſa Latíni, ni *hoſtes* victi faténtur accípere frænum, et parére: et ponam *ejus* cúlmina fumántia æqua ſolo. Scilicet exſpéctem dum líbeat Turno pati noſtra prœlia? victúſque rurſus velit concúrrere? O cives, hoc *eſt* caput, hæc ſumma neſándi belli. Ferte faces próperè, repoſcitéque fœdus flammis. Dixerat: atque ánimis páriter certántibus omnes dant, *i. e. formant* cúneum, feruntúrque ad muros denſâ mole. Improviſò ſcalæ, ſubitúſque ignis appáruit. Alii diſcúrrunt ad portas, trucidántque primos: álii torquent ferrum, et obúmbrant æthera telis. Ænéas ipſe, inter primos, tendit dextram ſub mœnia, incuſátque Latínum magnâ voce: teſtatúrque Deos, *ſe* cogi iterum ad prœlia: Italos jam bis *eſſe* hoſtes, hæc áltera fœdera rumpi. Diſcórdia exóritur inter trépidos cives:

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Urbem alii reſerare jubent, et pandere portas k
Dardanidis, ipſumque trahunt in mœnia regem: p
Arma ferunt alii, et pergunt defendere muros. l
Incluſas ut cum latebroſo in (a) pumice paſtor g
Veſtigavit apes, fumoque implevit amaro: f
Illæ intus trepidæ (b) rerum per cerea (c) caſtra f
Diſcurrunt, magniſque (c) acuunt ſtridoribus iras. g
Volvitur ater odor (d) tectis, tum murmure cæco l
Intus ſaxa ſonant: vacuas it fumus ad auras. e
Accidit hæc feſſis etiam fortuna Latinis, p
Quæ totam luctu concuſſit funditus urbem. a
Regina ut tectis venientem proſpicit hoſtem, g
Inceſſi muros, ignes ad tecta volare; a
Nuſquam acies contrà Rutulas, nulla agmina Turni: p
Infelix pugnæ juvenem in certamine credit g
Extinctum: et ſubito mentem (b) turbata dolore, f
Se cauſam clamat crimenq; (c) caputq; malorum: b
Multaque per mœſtum demens effata furorem, m
Purpureos moritura manu diſcindit amictus, k
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta. b
Quam cladem miſeræ poſtquam accepere Latinæ, f
Filia prima manu flavos Lavinia crines l

ORDO.

Alii jubent reſeráre urbem, et pándere portas Dardánidis, trahúntque regem ipſum in mœnia: alii ferunt arma, et pergunt defendere muros. Ut cùm paſtor veſtigávit apes inclúſas in latebroſo púmice, implevítque amáro fumo: illæ, intùs, trépidæ rerum, diſcúrrunt per céreа caſtra, acuúntque iras magnis ſtridóribus. Ater odor vólvitur tectis, tum ſaxa intus ſonant cæco múrmure: fumus it ad vácuas auras. Hæc fortúna étiam áccidit feſſis Latínis, quæ fúnditus concúſſit totam urbem luctu. Ut regína próſpicit hoſtem veniéntem tectis, muros incéſſi, ignes voláre ad tecta; Rútulas ácies *comparére* nuſquam contra, nulla ágmina Turni: infélix credit júvenem *Turnum* exſtinctum in certámine pugnæ: et turbáta *quoad* mentem ſúbito dolóre, clámat ſe *eſſe* cauſam, criménque, capútque malórum: deménſque effáta multa per mœſtum furórem, diſcíndit purpúreos amíctus manu moritúra, et nectit nodum infórmis leti ab altâ trabe. Quam cladem poſtquam míſeræ Latínæ accepére, filia Lavínia prima *eſt* laniáta *quoad* flavos crines et róſeas genas,

(a) *Synecdoche.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Metaphora.* (d) *Metonymia.*

Et

Et roſeas (a) laniata genas, tum cætera circum *k*
Turba furit: reſonant late plangoribus ædes. *l*
Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem. *a*
(b) Demittunt mentes: it ſciſſa veſte Latinus, *a*
Conjugis attonitus fatis, urbiſque ruina, *l*
Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans: *m*
(c) Multaque ſe incuſat, qui non acceperit ante *m*
Dardanium Æneam, generumque aſciverit ultro. *p*
Interea extremo bellator in æquore Turnus *n*
Palantes ſequitur paucos, jam ſegnior, atque *f*
Jam minus atque minus ſucceſſu lætus equorum. *l*
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura *m*
Commixtum clamorem, arrectaſque impulit aures *a*
Confuſæ ſonus urbis, et illætabile murmur. *e*
Hei mihi! quid tanto turbantur mœnia luctu? *m*
Quiſve ruit tantus diverſa clamor ab urbe? *m*
Sic ait, adductiſque amens ſubſiſtit habenis. *m*
Atque huic in faciem ſoror ut converſa Metiſci *e*
Aurigæ, currumque et equos et lora regebat, *g*
Talibus occurrit dictis: Hac, Turne, ſequamur *m*
Trojugenas, quà prima viam victoria pandit. *p*
Sunt alii qui (a) tecta manu defendere poſſunt: *p*

ORDO.

tum cætera turba furit circùm: ædes réſonant latè plangóribus. Hinc infélix fama vulgátur per totam urbem. Demíttunt mentes: Latínus it ſciſſâ veſte, attónitus fatis cónjugis, ruinâque Urbis, turpans canítiem perfúſam immúndo púlvere: inculátque ſe *per* multa *verba*, qui non accéperit Dardánium Ænéam antè, aſciveritque *eum* génerum ultrò. Intérea bellátor Turnus ſéquitur paucos palántes in extrémo æquore, jam ſégnior, atque jam minùs atque minùs lætus ſuccéſſu equórum. Aura áttulit illi hunc clamórem commíxtum cæcis terróribus, ſonúſque confúſæ urbis, et illætábile murmur ímpulit arréctas aures. Hei mihi! quìd mœnia turbántur tanto luctu? quiſve tantus clamor ruit ab divérſâ urbe? Sic ait, aménſque ſubſíſtit habénis addúctis. Atque ſoror, ut convérſa in fáciem Metíſci aurígæ, regébat currúmque et equos et lora, occúrrit huic tálibus dictis: Turne, ſequámur Trojúgenas hâc *parte*, quâ victória prima pandit viam. Sunt álii, qui poſſunt deféndere tecta manu:

(a) *Helleniſmus.* (b) *Metaphora.* (c) *Antimeria.* (d) *Synecdoche.*

Ingruit

Ingruit Æneas Italis, et prœlia miſcet: *p*
Et nos ſæva manu mittamus (a) funera Teucris. *f*
Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedes. *q*
Turnus ad hæc: *p*
O ſoror, et dudum agnovi, cum prima per artem *m*
Fœdera turbaſti, teque hæc in bella dediſti: *m*
Et nunc nequicquam fallis Dea: ſed quis Olympo *b*
Demiſſam tantos voluit te ferre labores? *g*
An fratris miſeri letum ut crudele videres? *f*
Nam quid ago? aut quæ jam ſpondet fortuna ſalutem? *m*
Vidi oculos ante ipſe meos, me voce vocantem, *p*
Murranum, quo non ſuperat mihi carior alter, *c*
Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum. *m*
Occidit infelix, ne noſtrum dedecus Uſens *m*
Aſpiceret: Teucri potiuntur corpore et armis. *p*
Exſcindi-ne domos, id rebus defuit unum, *f*
Perpetiar? dextrâ nec Drancis dicta refellam? *m*
Terga dabo? et Turnum fugientem hæc terra videbit? *p*
Uſque adeone mori miſerum eſt? vos ô mihi Manes *k*
Eſte boni, quoniam Superis averſa voluntas. *k*
Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ, *f*
Deſcendam, magnorum haud unquam indignus avorum. *a*

ORDO.

Ænéas íngruit Italis, et miſcet prœlia: et nos mittámus ſæva fúnera Teucris manu. Recédes nec inférior número, nec honóre pugnæ. Turnus *reſpóndet* ad hoc: O ſoror, et dudum agnóvi, cùm prima turbavíſti fœdera per artem, dediſtíque te in hæc bella: et nunc Dea nequícquam fallis *me:* ſed quis vóluit te demíſſam Olympo ſerre tantos labóres? an ut vidéres crudéle letum míſeri fratris: nam quid ago? aut quæ fortúna jam ſpondet ſalútem *mihi?* Ipſe vidi Murránum, quo non alter ſúperat cárior mihi, vocántem me voce, ingéntem, atque victum ingénti vúlnere, oppétere *mortem* ante meos óculos. Infélix Uſens óccidit, ne aſpíceret noſtrum dédecus: Teucri potiúntur *ejus* córpore et armis. Perpetiárne domos exſcíndi? id unum défuit *míſeris* rebus: nec reféllam dicta Drancis dextrâ? dabo terga? et hæc terra vidébit Turnum fugiéntem? eſtne uſque ádeo míſerum mori? O vos Manes eſte boni mihi, quóniam volúntas Súperis *eſt* avérſa *mihi*. Deſcéndam ad vos ſancta ánima, atque ínſcia íllíus culpæ, haud unquam indígnus magnórum avórum.

(a) *Metonymia.*

Vix ea fatus erat, medios (a) volat ecce per hoſtes 650 *i*
Vectus equo ſpumante Sages, adverſa ſagittâ *p*
(b) Saucius ora: ruitque implorans nomine Turnum: *l*
Turne, in te ſuprema ſalus: miſerere tuorum. *c*
(a) Fulminat Æneas armis, ſummaſque minatur *m*
Dejecturum arces Italûm, excidioque daturum: 655 *c*
Jamque faces ad tecta volant: in te ora Latini, *p*
In te oculos referunt: muſſat rex ipſe Latinus, *l*
Quos generos vocet, aut quæ ſeſe ad fœdera flectat. *l*
Præterea regina, tui fidiſſima, dextrâ *p*
Occidit ipſa ſuâ, lucemque exterrita fugit. 660 *l*
Soli pro portis Meſſapus et acer Atinas *c*
Suſtentant aciem; circum hos utrimque phalanges *f*
Stant denſæ, ſtrictiſque (a) ſeges mucronibus horret *g*
Ferrea: tu currum deſerto in gramine verſas. *m*
Obſtupuit variâ confuſus imagine rerum 665 *q*
Turnus, et obtutu tacito ſtetit: (a) æſtuat ingens *o*
Imo in corde pudor, mixtoque inſania luctu, *f*
Et Furiis agitatus amor, et conſcia virtus. *k*
Ut primum diſcuſſæ umbræ, et lux reddita menti, *a*
Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit 670 *e*
Turbidus, eque (c) rotis magnam reſpexit ad urbem. *l*

ORDO.

vix erat fatus ea, ecce Sages, vectus ſpumánte equo, volat per médios hoſtes, ſáucius *quoad* adverſa ora ſagítta: ruítque implórans Turnum nómine: Turne, ſupréma ſalus *eſt* in te: miſerére tuórum. Ænéas fúlminat armis, minatúrque *ſe* dejectúrum ſummas arces Italórum, daturúmque *eas* excídio: jamque faces volant ad tecta: Latíni *réferunt* ora in te, réferunt óculos in te: rex Latínus ipſe muſſat, quos vocet géneros aut ad quæ fœdera flectat ſeſe. Prætérea regína ipſa, fidíſſima tui, óccidit ſuâ dextrâ, exterritáque fugit lucem. Meſſápus et acer Atínas ſoli ſuſténtant áciem pro portis; denſæ phaláuges ſtant utrímque circum hos, ferreáque ſeges horret ſtrictis mucrónibus: tu verſas currum in deſérto grámine. Turnus, confúſus váriâ imágine rerum, obſtúpuit, et ſtetit tácito obtútu: ingens pudor æſtuat in imo corde, inſaniáque mixto luctu, et amor agitátus fúriis, et cónſcia virtus. Ut primùm umbræ *ſunt* diſcúſſæ, et lux *eſt* réddita menti, túrbidus torſit ardéntes ácies oculórum ad mœnia, eque rotis reſpéxit ad magnam urbem.

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.* (c) *Synecdoche.*

Ecce

Ecce autem flammis inter tabulata volutus *b*
Ad cœlum (a) undabat vortex, turrimque tenebat, *a*
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipſe, *g*
Subdideratque rotas, ponteſque inſtraverat altos. *l*
Jam jam fata, ſoror, ſuperant; abſiſte morari: *e*
Quò Deus, et quò dura vocat fortuna, ſequamur. *p*
Stat conferre manum Æneæ: ſtat, quicquid acerbi eſt *f*
Morte pati, nec me indecorem, germana, videbis *p*
Amplius: hunc, oro, ſine me (b) furere ante furorem. *p*
Dixit, et è curru ſaltum dedit ocyus arvis: *n*
Perque hoſtes, per tela ruit, mœſtamque ſororem *g*
Deſerit, ac rapido curſu media agmina rumpit. *q*
Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps *m*
Cum ruit avulſum vento, ſeu turbidus imber *m*
Proluit, aut annis ſolvit ſublapſa vetuſtas: *m*
Fertur in abruptum magno mons improbus actu, *m*
Exſultatque ſolo, ſylvas, armenta, viroſque *f*
Involvens ſecum: disjecta per agmina Turnus *b*
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuſo *b*
Sanguine terra madet, ſtridentque haſtilibus auræ: *l*
Significatque manu, et magno ſimul incipit ore: *q*
Parcite jam, Rutuli, et vos, tela inhibete, Latini: *l*

ORDO.

Autem ecce vortex è flammis, volútus inter tabuláta, undábat ad cœlum, tenebátque turrim, quam turrim ipſe edúxerat compáctis trábibus, ſubdiderátque rotas, inſtraverátque altos pontes. Soror, jam jam fata ſúperant; abſiſte morári *me:* ſequámur quò Deus, et quò dura fortúna vocat. *Conſilium* ſtat conférre manum Ænéæ: ſtat, pati quicquid acérbi eſt *in* morte, nec, germána, vidébis me indécorem ámpliùs: oro, ſine me fúrere hunc furórem ante *mortem*. Dixit, et dedit ſaltum ócius è curru arvis: ruítque per hoſtes, per tela, deſerítque mœſtam ſorórem, ac rumpit média ágmina rápido curſu. Ac véluti cùm ſaxum ruit præceps de vértice montis, avúlſum vento, ſeu túrbidus imber próluit, aut vetúſtas ſublápſa ſolvit *illud* annis: improbus mons fertur in abrúptum *locum* magno actu, exſultátque ſolo, invólvens ſylvas, arménta, viróſque ſecum: ſic Turnus ruit per disjécta ágmina ad muros urbis, ubi plúrima terra madet ſánguine fuſo, auræque ſtrident haſtílibus: ſignificátque manu, et ſimul íncipit magno ore: Rútuli jam párcite, et vos, Latini, inhibéte tela;

(a) *Metaphora.* (b) *Helleniſmus.*

Quæcunque

Quæcunque eſt fortuna, mea eſt: me verius unum g
Pro vobis fœdus luere, et decernere (a) ferro. g
Diſceſſere omnes medii, ſpatiumque dedere. c
At pater Æneas, audito nomine Turni, m
Deſerit et muros, et ſummas deſerit arces: m
Præcipitatque moras omnes: opera omnia rumpit, q
Lætitiâ exſultans: (b) horrendumq; intonat armis: m
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipſe coruſcis p
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetque nivali l
Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras. p
Jam vero et Rutuli certatim, et Troes, et omnes f
Convertêre oculos Itali, quique alta tenebant e
Mœnia, quique imos pulſabant ariete muros: m
Armaque depoſuere humeris: ſtupet ipſe Latinus, i
Ingentes genitos diverſis partibus orbis f
Inter ſe coiiſſe viros et (c) cernere (a) ferro. e
Atque illi, ut vacuo patuerunt æquore campi, e
Procurſu rapido conjectis eminus haſtis, f
Invadunt (a) Martem clypeis atque ære ſonoro: g
Dat gemitum tellus: tum crebros enſibus ictus g
Congeminant: fors et virtus miſcentur in unum. m
Ac velut ingenti Sila, ſummove Taburno, m

ORDO.

quæcúnque eſt fortúna *hujus pugnæ*, eſt mea: *eſt* vérius *me* unum lúere fœdus pro vobis, et decérnere ferro. Omnes médii diſceſſére, dederéque ſpátium. At pater Ænéas, nómine Turni audíto, et déſerit muros, et déſerit ſummas arces: præcipitátque omnes moras: rumpit ómnia ópera, exſúltans lætítiâ: intonátque horréndùm armis: quantus *eſt* Athos, aut quantus *eſt* Eryx, aut quantus *eſt* pater Apenninus ipſe cùm fremit corúſcis ilícibus, gaudétque attóllens ſe niváli vértice ad auras. Jam véro et Rútuli certátim, et Troes, et omnes Itali convertére óculos, quique tenébant alta mœnia, quique pulſábant imos muros ariete: depoſueréque arma húmeris: Latínus ipſe ſtupet, ingéntes viros, génitos divérſis pártibus orbis, coiviſſe inter ſe et cérnere ferro. Atque illi, ut campi patuérunt vácuo æquore, haſtis conjéctis éminus rápido procúrſu, invádunt Martem clypeis atque ſonóro ære: tellus dat gémitum: tum congéminant crebros ictus énſibus: fors et virtus miſcéntur in unum. Ac velut *in* ingénti Silâ, ſummóve Tabúrno,

(a) *Metonymia.* (b) *Antimeria.* (c) *Aphæreſis.*

Cum duo converſis inimica in prœlia tauri *p*
Frontibus incurrunt, pavidi ceſſere magiſtri: *p*
Stat pecus omne metu mutum, muſſantque juvencæ, *l*
Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur: *l*
Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent, *a*
Cornuaque obnixi infigunt, et ſanguine largo *m*
Colla armoſque lavant: gemitu nemus omne remugit. *d*
Haud aliter Tros Æneas et Daunius heros *m*
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet. *b*
Jupiter ipſe duas æquato examine lances *l*
Suſtinet, et fata imponit diverſa duorum: *m*
Quem damnet labor, et quo vergat pondere letum. *f*
Emicat hic, impune putans, et corpore toto *p*
Alte ſublatum conſurgit Turnus in enſem: *a*
Et ferit. Exclamant Troes, trepidique Latini, *n*
Arrectæque amborum acies. At perfidus enſis *g*
Frangitur, in medioque (a) ardentem deſerit ictu, *l*
Ni fuga ſubſidio ſubeat: (b) fugit ocyor Euro, *i*
Ut capulum ignotum dextramque aſpexit inermem. *m*
Fama eſt, præcipitem, cum prima in prœlia junctos *f*
Conſcendebat equos, patrio mucrone relicto, *e*
Dum trepidat, (c) ferrum aurigæ rapuiſſe Metiſci: *n*

O R D O.

cùm duo tauri incúrrunt fróntibus convérſis in inimíca prœlia, pávidi magíſtri ceſſére: omne pecus ſtat mutum metu, juvencæque muſſant, quis impéritet pécori, quem tota arménta ſequántur: illi miſcent vúlnera inter ſeſe multâ vi, obnixíque infígunt córnua, et lavant colla armóſque largo ſánguine: omne nemus remúgit gémitu. Haud áliter Tros Ænéas et Dáunius heros concúrrunt clypeis: ingens fragor complet æthera. Júpiter ipſe ſúſtinet duas lances æquáto exámine, et impónit divérſa fata duórum: quem labor damnet *votis*, et quo póndere letum vergat. Hic Turnus émicat, et toto córpore conſúrgit in enſem ſublátum altè, putans *futúrum* impúnè: et ferit *Ænéam*. Troes exclámant, Latiníque trépidi, aciéſque ambórum arréctæ. At pérfidus enſis frángitur, deſerítque *eum* ardéntem in médio ictu, *et jam nil* niſi fuga ſúbeat ſubſidio: fugit ócyor Euro, ut áſpexit cápulum ignótum, dextrámque inérmem. Eſt fama, *eum*, cùm conſcendébat equos junctos in prima prœlia, pátrio mucróne relícto, dum trépidat, præcípitem rapuíſſe ferrum aurígæ Metíſci:

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbole.* (c) *Metonymia.*

Idque

Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri, *p*
Suffecit: poſtquam arma Dei ad Vulcania ventum, *g*
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu *g*
Diſſiluit: fulva reſplendent fragmina arenâ. *m*
Ergo amens diverſa fugâ petit æquora Turnus, *c*
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes. *a*
Undique enim denſâ Teucri incluſere coronâ: *m*
Atque hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt. *b*
Nec minus Æneas, quanquam tardante ſagittâ *m*
Interdum genua impediunt, curſumque recuſant, *e*
Inſequitur: trepidique pedem pede fervidus urget. *i*
Incluſum veluti ſi quando in flumine nactus *f*
Cervum, aut puniceæ (a) ſeptum formidine pennæ, *f*
Venator curſu canis et latratibus inſtat: *g*
Ille autem, inſidiis et ripâ territus altâ, *f*
Mille fugit refugitque vias: at vividus Umber *k*
Hæret hians, jam jamque tenet, ſimilisque tenenti *o*
Increpuit malis, morſuque eluſus inani eſt. *m*
Tum vero exoritur clamor: ripæque lacuſque *f*
Reſponſant circa, et cœlum tonat omne tumultu. *b*
Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul increpat omnes, *i*
Nomine quemque vocans: notumque efflagitat enſem. *l*

ORDO.

idque ſuffécit diu, dum Teucri dabant palántia terga: poſtquam eſt ventum ad Vulcánia arma Dei, *i. e. arma Dei Vulcáni*, mortális mucro diſſiluit ictu, ceu fútilis glácies: frágmina reſpléndent fulvâ arénâ. Ergo Turnus, amens, petit divérſa æquora fugâ, et implicat incértos orbes nunc huc, inde huc. Enim Teucri incluſére *eum* úndique denſâ coróná: atque hinc vaſta palus, hinc árdua mœnia cingunt *eum*. Nec minùs Ænéas inſéquitur, quanquam, ſagittâ tardánte *eum*, interdum génua impédiunt, recuſántque curſum: fervidúſque urget pede pedem trépidi *Turni*. Véluti ſi quando canis venátor, nactus cervum, inclúſum in flúmine, aut ſeptum formídine puniceæ pennæ, inſtat *ei* curſu et latrátibus: autem ille, térritus inſidiis et altâ ripâ, fugit et réfugit *per* mille vias. At vívidus Umber *canis* hians hæret *illi*, jam jamque tenet *eum*, ſimiliſque tenénti, increpuit malis, eſtque elúſus ináni morſu. Tum vero clamor exóritur: ripæque lacúſque circà reſpónſant, et omne cœlum tonat tumúltu. Ille *Turnus* ſimul *eſt* fúgiens, ſimul increpat omnes Rútulos, vocans quemque nómine: efflagitátque notum enſem.

(a) *Metaphora.*

Æneas mortem contra præſenſque minatur *a*
Exitium, ſi quiſquam adeat: terretque trementes, *p*
Exciſurum urbem minitans, et ſaucius inſtat. *g*
Quinque orbes explent curſu, totidemque retexunt *b*
Huc, illuc: nec enim levia aut ludicra petuntur *e*
Præmia, ſed Turni de vita et ſanguine certant. *m*
Forte ſacer Fauni foliis oleaſter amaris *o*
Hic ſteterat, nautis olim venerabile lignum: *n*
Servati ex undis ubi figere dona ſolebant *c*
Laurenti Divo, et votas ſuſpendere veſtes: *a*
Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum *a*
Suſtulerant, puro ut poſſent concurrere campo. *m*
Hic haſta Æneæ ſtabat: huc impetus illam *a*
Detulerat fixam, et lenta in radice tenebat. *m*
Incubuit, voluitque manu convellere ferrum *k*
(a) Dardanides; teloque ſequi, quem prendere curſu *p*
Non poterat. Tum vero amens formidine Turnus, *m*
Faune, precor, miſerere, inquit: tuque optima ferrum *l*
Terra tene: colui veſtros ſi ſemper honores, *l*
Quos contra (a) Æneadæ bello fecere profanos. *f*
Dixit: opemque Dei non caſſa in vota vocavit. *l*
Namque diu luctans, lentoque in ſtirpe moratus, *m*

ORDO.

Æneas contrà minatur mortem præſénſque exitium, ſi quiſquam adeat *Turnum*: terréque *eos* treméntes, mínitans *ſe* exciſúrum urbem, et ſaucius inſtat *ei*. Explent quinque orbes curſu, retexúntque tótidem huc, illuc: nec enim lévia aut lúdicra præmia petúntur, ſed certant de vitâ et ſánguine Turni. Fortè oleáſter amáris fóliis, ſacer Fauno, ſtéterat hìc, olim lignum venerábile nautis: ubi *illi*, ſervâti ex undis, ſolébant figere dona Laurénti Divo, et ſuſpéndere votas veſtes: ſed Teucri ſuſtúlerant ſacrum ſtirpem nullo diſcrímine, ut poſſent concúrrere puro campo. Haſta Ænéæ ſtabat hìc: ímpetus detúlerat illam fixam huc, et tenébat *eam* in lentâ radíce. Dardánides incúbuit voluítque convéllere ferrum manu; ſequíque *eum* telo, quem non póterat préndere curſu. Tum verò Turnus, amens formídine, inquit, Faune, precor, miſerére: tuque, óptima terra, tene ferrum: ſi ſemper cólui veſtros honóres, quos Ænéadæ contrà fecére profános bello: dixit: vocavítque opem Dei in vota non caſſa. Namque Ænéas luctans diu, moratúſque in lento ſtirpe,

(a) *Antonomaſia.*

Viribus

Viribus haud ullis valuit diſcludere (a) morſus p
Roboris Æneas. Dum nititur acer et inſtat, n
Rurſus in aurigæ faciem mutata Metiſci p
Procurrit, fratrique enſem Dea Daunia reddit. d
Quod Venus audaci Nymphæ indignata licere; m
Acceſſit, telumque alta ab radice revellit. a
Olli ſublimes, armis, animiſque refecti, b
Hic gladio fidens, hic acer et arduus haſtâ, n
Aſſiſtunt contra, certamine (b) Martis anheli. b
Junonem interea rex omnipotentis Olympi h
Alloquitur, fulvâ pugnas de nube tuentem: m
Quæ jam finis erit, conjux? quid denique reſtat? f
Indigetem Æneam ſcis ipſa et ſcire fateris m
Deberi cœlo, fatiſque ad ſidera tolli. a
Quid ſtruis? aut qua ſpe gelidis in nubibus hæres? p
Mortalin' decuit violari vulnere Divum? e
Aut enſem (quid enim ſine te Juturna valeret?) e
Ereptum reddi Turno, et vim creſcere victis? a
Deſine jam tandem, precibuſq; inflectere noſtris: p
Nec te tantus edat tacitam dolor; et mihi curæ d
Sæpe tuo dulci triſtes ex ore recurſent. m
Ventum ad ſupremum eſt. Terris agitare vel undis b

ORDO.

haud váluit diſclúdere morſus róboris ullis víribus. Dum acer nítitur et inſtat, rurſus Dáunia Dea *Jutúrna*, mutáta in fáciem aurígæ Metiſci, procúrrit reddítque enſem fratri. Quod Venus indignáta licére audáci nymphæ; accéſſit, revellítque telum ab altâ radice. Olli ſublímes, reſécti armis, animíſque, hic fidens gládio, hic acer et árduus haſtâ, aſſiſtunt contrà, anhéli certámine Martis. Intérea rex omnipoténtis Olympi allóquitur Junónem, tuéntem pugnas de fulvâ nube: quæ erit finis jam, conjux? quid dénique reſtat? *tu* ipſa ſcis, et fatéris *te* ſcire Ænéam indigetem debéri cœlo, tollíque fatis ad ſídera. Quid ſtruis? aut quâ ſpe hæres in gélidis núbibus? decuítne *illum* Divum violári mortáli vúlnere? aut enſem eréptum reddi Turno, et vim créſcere victis? enim quid Jutúrna valéret ſine te? jam tandem défine, inflecteréque noſtris précibus: nec tantus dolor edat te tácitam: et *tuæ* triſtes curæ ſæpe recúrſent mihi ex tuo dulci ore. Eſt ventum ad ſupremum. Potuíſti agitáre Trojános terris vel undis,

(a) *Metaphora.* (b) *Metonymia.*

Trojanos

Trojanos potuiſti, infandum (a) accendere bellum, *f*
Deformare domum, et luctu miſcere hymenæos: *f*
Ulterius tentare veto. Sic Jupiter orſus: *p*
Sic Dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu: *m*
Iſta quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas, *i*
Jupiter, et Turnum, et terras invita reliqui. *m*
Nec tu me aëriâ ſolam nunc ſede videres *f*
Digna indigna pati; ſed flammis cincta ſub ipſa *f*
Starem acie, traheremque inimica in prœlia Teucros. *k*
Juturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri *e*
Suaſi, et pro vita majora audere probavi: *a*
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum. *f*
Adjuro Stygii caput implacabile fontis, *e*
Una ſuperſtitio ſuperis quæ reddita divis. *k*
Et nunc cedo equidem, pugnaſque exoſa relinquo. *f*
Illud te, nullâ fati quod lege tenetur, *a*
Pro Latio obteſtor, pro majeſtate tuorum: *m*
Cum jam connubiis pacem felicibus, eſto, *f*
Component; cum jam leges et fœdera jungent: *a*
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos, *l*
Neu Troas fieri jubeas, Teucroſque vocari: *e*
Aut vocem mutare viros, aut vertere veſtes. *g*

ORDO.

potuíſti accéndere infándum bellum, deformáre domum *Latíni*, et miſcére hymenæos luctu: veto *te* tentáre ultérius. Sic Júpiter *eſt* orſus: contrà Satúrnia Dea ſic *reſpóndit* ſubmíſſo vultu: magne Júpiter, quia quidem iſta tua volúntas *eſt* nota mihi, invita relíqui et Turnum, et terras. Nec tu vidéres me nunc ſolam aéreâ ſede pati digna *et* indígna: ſed cincta flammis ſtarem ſub ácie ipſâ, traherémque Teucros in inimica prœlia. Fáteor, ſuaſi Jutúrnam ſuccúrrere míſero fratri, et probávi *eam* audére majóra pro vitâ: tamen non ut *conténderet* tela, non ut conténderet arcum: adjúro implacábile caput Stygii fontis, quæ una ſuperſtítio *eſt* réddita ſúperis divis. Et nunc cedo équidem, exoſáque pugnas relínquo *eas*. Obtéſtor te *concédere* illud pro Látio, pro majeſtáte tuórum, quod tenétur nullâ lege fati: cùm jam compónent pacem felícibus connúbiis, eſto; cùm jam jungent leges et fœdera: ne júbeas Latínos indígenas mutáre vetus nomen, neu fieri Troas, vocaríque Teucros: aut viros mutáre vocem *i. e. linguam*, aut vértere veſtes.

(a) *Metaphora.*

Sit

Sit Latium, ſint Albani per ſecula reges: *m*
Sit Romana potens Italâ virtute propago: *e*
Occidit, occideritque ſinas cum nomine Troja. *k*
Olli ſubridens hominum rerumque repertor: *g*
Es germana Jovis, Saturnique altera proles: *f*
Irarum tantos volvis ſub pectore (a) fluctus? *a*
Verum age, et inceptum fruſtra ſummitte furorem: *m*
Do, quod vis: et me victuſque volenſque remitto. *b*
Sermonem Auſonii patrium moreſque tenebunt: *e*
Utque eſt, nomen erit: commixti corpore tantum *f*
Subſident Teucri: morem rituſque ſacrorum *a*
Adjiciam: faciamque omnes uno ore Latinos. *l*
Hinc genus, Auſonio mixtum quod ſanguine ſurget, *l*
Supra homines, ſupra ire Deos pietate videbis: *o*
Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores. *h*
Annuit his Juno, et mentem lætata retorſit. *m*
Interea excedit cœlo, nubemque reliquit. *m*
His actis, aliud genitor ſecum ipſe (a) volutat: *e*
Juturnamque parat fratris dimittere ab armis. *f*
Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ: *f*
Quas, et Tartaream Nox intempeſta Megæram, *f*
Uno eodemque tulit partu: paribuſque revinxit *q*

ORDO.

Sit Látium *in ætérnum*, ſint Albáni reges per ſécula: ſit Romána propágo potens Italâ virtúte: Troja óccidit, ſináſque *ut* occíderit cum nómine. Repértor hóminum rerúmque, ſubridens olli, *ait: tu* es germána Jovis, alteráque proles Satúrni: *an* volvis tantos fluctus irárum ſub péctore? verùm age, et ſummítte furórem incéptum fruſtra: do, quod vis: et victúſque *tuis précibus*, volénſque remítto me. Auſónii tenébunt pátrium ſermónem moréſque: noménque erit ut eſt: tantùm Teucri commíxti córpore *conjúgio* ſubſident: adjíciam morem, ritúſque ſacrórum: faciámque omnes Latínos uno ore *i. e. ſermóne*. Vidébis genus *ortum* hinc, quod, mixtum Auſónio ſánguine, ſurget, ire ſupra hómines, ſupra deos pietáte: néc ulla gens æque celebrábit tuos honóres. Juno ánnuit his, et lætáta retórſit mentem. Intérea *illa* excédit cœlo, reliquítque nubem. His actis, génitor *Deórum* ipſe volútat áliud ſecum: parátque dimíttere Jutúrnam ab armis fratris. Dicúntur *eſſe* géminæ peſtes, Diræ cognómine: quas, et Tartáream Megæram intempéſta nox tulit uno eodémque partu:

(a) *Metaphora.*

Serpentum

Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas. *a*
Hæ Jovis ad ſolium ſævique in limine regis *l*
Apparent, (a) acuuntque metum mortalibus ægris: *e*
Si quando letum horrificum morboſque Deûm rex *g*
Molitur, meritas aut bello territat urbes. *f*
Harum unam celerem demittit ab æthere ſummo *h*
Jupiter, inque omen Juturnæ occurrere juſſit. *m*
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur: *l*
Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta, *m*
(a) Armatam ſævi Parthus quam felle veneni, *a*
Parthus ſive Cydon, telum immedicabile torſit, *h*
Stridens, et celeres incognita tranſilit umbras. *h*
Talis ſe ſata Nocte tulit, terraſque petivit. *e*
Poſtquam acies videt Iliacas atque agmina Turni, *k*
Alitis in parvæ ſubito collecta figuram; *p*
Quæ quondam in buſtis aut culminibus deſertis **b*
Nocte ſedens, ſerum canit importuna per umbras: *p*
Hanc verſa in faciem, Turni ſe peſtis ad (b) ora *f*
Fertque refertque ſonans, clypeumque everberat alis. *k*
Illi membra novus ſolvit formidine torpor: *f*
Arrectæque horrore comæ, et vox faucibus hæſit. *g*
At procul ut Diræ ſtridorem agnovit et alas, *m*

O R D O.

revinxítque *eas* páribus ſpiris ſerpéntum, addidítque ventóſas alas. Hæ appárent ad ſólium Jovis inque límine ſævi regis, acuúntque metum ægris mortálibus: ſi quando rex Deórum molítur horrificum luctum morbóſque, aut térritat méritas urbes bello. Júpiter demíttit unam harum célerem ab ſummo æthere, juſſítque *eam* occúrrere Jutúrnæ in omen. Illa volat, fertúrque ad terram céleri túrbine: non ſecus ac ſagítta impúlſa nervo per nubem, quam armátam felle ſævi venéni immedicábile telum Parthus, Parthus *inquam* ſive Cydon torſit, ſtridens, et incógnita tránſilit céleres umbras. Talis *Dira*, ſata nocte, tulit ſe, petivítque terras. Poſtquam videt Iliacas ácies, atque ágmina Turni, ſúbitò *eſt* colléćta in figúram parvæ álitis; quæ quondam ædens nocte in buſtis, aut deſértis culmínibus, importúna canit ſerùm per umbras. Peſtis verſa in hanc fáciem, ſonans fertque refértque ſe ad ora Turni, everberátque *ejus* clypeum alis. Novus torpor ſolvit membra illi formídine: comæque *ſunt* arréctæ horróre, et vox hæſit fáucibus. At ut infélix ſoror Jutúrna procul agnóvit ſtridórem et alas Diræ.

(a) *Metaphora.* (b) *Synecdoche.*

Infelix

Infelix crines ſcindit Juturna ſolutos, a
Unguibus (a) ora ſoror fœdans, et pectora pugnis. l
Quid nunc te tua, Turne, poteſt germana juvare? e
Aut quid jam miſeræ ſuperat mihi? quâ tibi (b) lucem d
Arte morer? talin' poſſum me opponere monſtro? m
Jam jam linquo acies. Ne me terrete timentem f
Obſcœnæ volucres: alarum verbera noſco, f
Letalemque ſonum: nec fallunt juſſa ſuperba f
Magnanimi Jovis. Hæc pro virginitate reponit? q
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta eſt f
Conditio? poſſem tantos finire dolores m
Nunc certè, et miſero fratri comes ire per umbras, b
Jam mortalis ego. Haud quicquam mihi dulce meorum b
Te ſine, frater, erit. O quæ ſatis ima dehiſcat q
Terra mihi, Maneſque Deam demittat ad imos! p
Tantum effata, caput glauco contexit amictu f
(c) Multa gemens, et ſe fluvio Dea condidit alto. o
Æneas inſtat contra, telumque coruſcat a
Ingens arboreum, et ſævo ſic pectore fatur: f
Quæ nunc deinde mora eſt? aut quid jam, Turne, retractas? f
Non curſu, ſævis certandum eſt cominus armis. a
Verte omnes tete in facies; et contrahe, quicquid g

ORDO.

ſcindit ſolútos crines, fœdans ora únguibus, et péctora pugnis, *ait*; Turne, quid nunc poteſt tua germána juvâre te? aut quid jam ſúperat mihi míſeræ? quâ arte morer lucem *vitæ* tibi? poſſúmne oppónere me tali monſtro? jam jam linquo ácies. Obſcœnæ vólucres, ne terréte me *jam* timéntem: noſco vérbera alárum, letalémque ſonum *eárum*: Nec ſupérba juſſa magnánimi Jovis fallunt *me*. Repónit hæc *mihi* pro virginitáte *eréptâ*? Quò dedit *mihi* ætérnam vitam? cur condítio mortis eſt adémpta *mihi*? nunc certè poſſem finíre tantos dolóres, et ire comes míſero fratri per umbras, *ſi* ego jam *eſſem* mortális. Frater, haud erit quicquam meórum dulce mihi ſine te. O quæ terra ſatis ima dehíſcat mihi, demittátque *me* Deam ad imos manes! Dea, effáta tantum, contéxit caput glauco amíctu, gemens multa, *i. e. multùm*, et cóndidit ſe alto flúvio. Contrà Ænéas inſtat coruſcátque ingens arbóreum telum, et ſic fatur ſævo péctore: nunc deínde quæ eſt mora? aut quid jam retráctas, Turne? non eſt certándum curſu, *ſed* ſævis armis cóminus. Verte tete in omnes fácies; et cóntrahe quicquid vales

(a) *Syncedoche.* (b) *Metonymia.* (c) *Antimeria.*

Sive animis, ſive arte vales: opta ardua pennis — *p*
Aſtra ſequi, clauſumque cavâ te condere terrâ. — *p*
Ille caput quaſſans: non me tua (a) fervida terrent — *n*
Dicta, ferox: Dî me terrent, et Juppiter hoſtis. — *m*
Nec plura effatus, ſaxum circumſpicit ingens: — *a*
Saxum antiquum, ingens, campo quod forte jacebat — *a*
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis. — *l*
(b) Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent, — *a*
Qualia nunc hominum producit corpora tellus. — *l*
Ille manu raptum trepidâ torquebat in hoſtem — *p*
Altior inſurgens, et curſu concitus heros. — *m*
Sed neque currentem ſe, nec cognoſcit euntem, — *m*
Tollentemve manu, ſaxumque immane moventem. — *f*
Genua labant, gelidus concrevit frigore ſanguis. — *l*
Tum lapis ipſe viri, vacuum per inane volutus, — *i*
Nec ſpatium evaſit, totum nec pertulit ictum. — *m*
Ac velut in ſomnis oculos ubi languida preſſit — *o*
Nocte quies, nequicquam avidos extendere curſus — *p*
Velle videmur, et in mediis conatibus ægri — *k*
Succidimus; non lingua valet, non corpore notæ — *p*
Sufficiunt vires, nec vox nec verba ſequuntur. — *m*
Sic Turno, quacunque viam virtute petivit, — *g*

ORDO.

ſive ánimis, ſive arte: opta ſequi árdua aſtra pennis, conderéque te clauſum cavâ terrâ. Ille *Turnus* quaſſans caput *ait:* ferox *hoſtis*, tua férvida dicta non terrent me: Dii et Júpiter hoſtis terrent me. Nec effátus plura, circúmſpicit ingens ſaxum: antíquum ſaxum, ingens, quod fortè jacébat campo, póſitus limes agro, ut diſcérneret litem arvis. Vix bis ſex lecti *viri*, quália córpora hóminum tellus nunc prodúcit, ſubírent illud cervíce. Ille heros, inſúrgens áltior et cóncitus curſu, torquébat *illud*, raptum trépidâ manu in hoſtem. Sed neque cognóſcit ſe curréntem, nec eúntem, tollentémve manu, moventémque immáne ſaxum. Génua labant, gélidus ſanguis concrévit frígore. Tum lapis ipſe viri, *i. e. jactus à viro*, volútus per vácuum ináne, nec eváſit ſpátium, nec pertúlit totum ictum. Ac velut in ſomnis, ubi lánguida quies preſſit óculos nocte, nequícquam vidémur velle exténdere ávidos curſus, et ægri ſuccídimus in médiis conátibus; lingua non valet, vires notæ non ſufficiunt *in* córpore, nec vox nec verba ſequúntur. Sic Dea Dira negat ſuccéſſum Turno, quacúnque virtúte petívit viam.

(a) *Metaphora.* (b) *Hyperbole.*

Succeſſum

Succeſſum Dea Dira negat. Tum pectore ſenſus *e*
Vertuntur varii. Rutulos aſpectat et urbem, *e*
Cunctaturque metu: telumque inſtare tremiſcit: *f*
Nec quò ſe eripiat, nec qua vi tendat in hoſtem: *f*
Nec currus uſquam videt, aurigamque ſororem. *g*
Cunctanti telum Æneas fatale coruſcat, *a*
Sortitus fortunam oculis: et corpore toto *g*
Eminus intorquet. Murali concita nunquam *m*
Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tanti *g*
Diſſultant crepitus. Volat atri turbinis inſtar *e*
Exitium dirum haſta ferens: oraſque recludit *p*
Loricæ, et clypei extremos ſeptemplicis orbes: *f*
Per medium ſtridens tranſit femur. Incidit ictus *n*
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. *g*
Conſurgunt gemitu Rutuli, totuſque remugit *e*
Mons circum, et vocem latè nemora alta remittunt. *b*
Ille, humilis ſupplexque, oculos dextramque (a) precantem *p*
Protendens: equidem merui, nec deprecor, inquit: *e*
Utere ſorte tuâ: miſeri te ſi qua parentis *k*
Tangere cura poteſt, oro, (fuit et tibi talis *q*
Anchiſes genitor) Dauni miſerere ſenectæ: *b*
Et me, ſeu corpus ſpoliatum lumine mavis, *g*

ORDO.

Tum várii ſenſus vertúntur péctore. Aſpéctat Rútulos et urbem, cunctatúrque metu: tremiſcítque telum inſtáre: nec *cernit* quò erípiat ſe, nec quâ vi tendat in hoſtem: nec videt currus uſquam, aurigámque ſorórem. Ænéas corúſcat fatále telum *illi* cunctánti, ſortítus fortúnam óculis: et éminus intórquet *illud* toto córpore. Saxa cóncita muráli torménto nunquam ſic fremunt, nec tanti crépitus diſſúltant fúlmine. Haſta ferens dirum exítium, volat inſtar atri túrbinis: recluditque oras loricæ, et extrémos orbes ſeptémplicis clypei: ſtridens tranſit per médium femur. Ingens Turnus ictus incidit ad terram duplicáto póplite. Rútuli conſúrgunt gémitu, totúſque mons circum remúgit, et alta némora remittunt vocem latè. Ille, húmilis, ſuppléxque *quoad* óculos protendénſque dextram precántem, inquit: équidem mérui, nec déprecor *mortem*: útere tuâ ſorte: ſi qua cura míſeri paréntis poteſt tángere te, oro, miſerére ſenéctæ Dauni (fuit et tibi talis génitor Anchíſes:) et redde me meis *vel vivum*, ſeu mavis, *meum* corpus ſpoliátum lúmine.

(a) *Hypallage.*

Redde meis. Vicisti, et victum tendere (a) palmas m
Ausonii vidêre: tua est Lavinia conjux. p
Ulterius ne tende odiis. Stetit acer in armis o
Æneas, volvens oculos, dextramque repressit. g
Et jam jamque magis cunctantem (b) flectere sermo 940 f
Cœperat: infelix humero cum apparuit ingens p
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis, m
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus f
Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat. k
Ille oculis postquam sævi monumenta doloris, 945 n
Exuviasque (b) hausit: furiis (b) accensus et irâ p
Terribilis: tune hinc spoliis indute meorum p
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas l
Immolat, et pœnam scelerato ex sanguine sumit. p
Hoc dicens, ferrum adverso sub pectore condit 950 a
Fervidus: ast illi solvuntur frigore membra, m
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras. k

ORDO.

Tu vicísti, et Ausónii vidére *me* victum téndere palmas *tibi:* Lavinia est tua conjux. Ne tende ultériùs ódiis. Ænéas, acer in armis, stetit, volvens óculos, repressítque extram. Et jam jamque sermo *Turni* cœperat flectere magis *eum* cunctántem: cùm infélix *et* ingens bálteus púeri Pallántis appáruit *in* húmero *Turni*, et *ejus* cíngula fulsérunt notis bullis: quem *púerum* victum Turnus stráverat vúlnere, atque gerébat inimícum insígne húmeris. Postquam ille hausit óculis monuménta sævi dolóris exuviásque, accénsus fúriis, et terríbilis irâ, *ait:* tune indúte spóliis meórum *sociórum* eripiáre hinc mihi? Pallas, Pallas ímmolat te hoc vúlnere, et súmit pœnam ex scelerato sánguine. Dicens hoc, férvidus condit ferrum sub advérso péctore: ast membra solvúntur illi frígore, vitáque indignáta fugit cum gémitu sub umbras.

(a) *Synecdoche.* (b) *Metaphora.*

BIBLIOTHECA BODLEIANA

AN

AN INDEX OF THE NAMES and PLACES.

A

ABARIS, a *Rutilian*, ſlain by *Euryalus*.

ABAS, there were ſeveral Perſons of this Name; one a *Grecian*, ſlain that Night *Troy* was burnt: Another a *Tuſcan*, a Friend of *Æneas*, ſlain by *Lauſus*: Another a Companion of *Æneas*, one of the Captains of his Fleet.

ABELLA, a City of *Campania* in *Italy*, now called *Avella*. It was ſituated high, and yielded Abundance of Nuts.

ABYDUS, or ABYDOS, a City of *Aſia* at the Mouth of the *Helleſpont*, over-againſt *Seſtos*, a Town of *Thrace*. Both theſe Places were made famous by the Loves of *Hero* and *Leander*. It is now ruin'd, and has only a Caſtle called *Avco*, one of the *Dardanellæ*.

ACARNAN, a Man of *Acarnania*. An *Epirote*.

ACCA, the Companion and Siſter of *Camilla*: Alſo the Nurſe of *Romulus* and *Remus*, Wife of *Fauſtulus*.

ACERRÆ, a City of the ancient *Campania*, not far from *Naples*, ſurrounded by the River *Clanius*, whoſe frequent Inundations almoſt depopulated it.

ACESTA, a City of *Sicily*, ſo called from King *Aceſtes*; it changed its Name afterwards to *Segeſta*: Here *Æneas* left Part of his Company when he ſailed to *Italy*.

ACESTES, a King of *Sicily*, that kindly entertained *Æneas* in his Travels, being himſelf a *Trojan* by the Mother's Side.

ACHAIA, the whole Country of *Greece*. It anciently was called *Danae*, whence the *Greeks* are called *Danai*. It containeth *Attica*, *Bœotia*, *Megaris*, *Ætolia* and *Phocis*.

ACHATES, the Companion and Armour-bearer of *Æneas*.

ACHELOUS, *Pachicolmo*, a River of *Acarnania* in *Greece*, riſing out of Mount *Pindus*. The Ancients uſed to call all Water *Achelous*, either becauſe this River was the firſt that broke out of the Earth after the Flood, or becauſe *Achelous* was the moſt noted River in *Greece*, or becauſe one *Achelous* was the firſt Man in *Greece* that found out the Mixture of Wine and Water.

ACHEMENIDES, one of the Companions of *Ulyſſes*, who was left among the *Cyclops*, and, when *Æneas* came that Way with his Fleet, made his Eſcape, and got to him.

ACHERON, a River of *Achaia*, upon the Banks of which were built many Temples, dedicated to *Pluto* and *Proſerpine*. Hence the Poets made it one of the Rivers of Hell. It communicates its Waters to thoſe of *Cocytus*, thro' *Styx*.

ACHILLES, Son of *Peleus*, King of *Theſſaly*, and *Theris* Goddeſs of the Sea. When he was a Child, his Mother, to make him invulnerable, dipt him all over in the River *Styx*, except that Part of the Foot, by which ſhe held him. And being warned by the Oracle, that he ſhould be ſlain in the *Trojan* War, to prevent his Fate, ſhe concealed him in a Woman's Dreſs, among the Daughters of *Lycomedes*: But there being a Prophecy that *Troy* could

could not be taken without his Preſence and Aſſiſtance, *Ulyſſes* diſcovered, and brought him to the *Grecian* Army. He had a Suit of Armour made by *Vulcan*, at the Requeſt of *Thetis*, impenetrable by any human Force. Out of Pet, becauſe *Agamemnon* took away *Briſeis* a beautiful Captive from him, he forbore Fighting ſome time, till the Death of *Patroclus*: To revenge which, he went again to Battle, ſlew *Hector*, dragged him at his Chariot thrice about the Walls of *Troy*, and then ſold his Body to his Father King *Priam* for a great Ranſom. At laſt he was ſlain by *Paris*, being ſhot in the Heel, the only Part that was Vulnerable and Mortal. His Character is—Superior to all Men in Valour, paſſionate, revengeful and cruel, but conſtant and violent in Friendſhip.

ACHIVI, the *Greeks* are ſo named by the Poets, as alſo *Achæi*, from *Achæus*, the Son of *Jupiter*.

ACIDALIA, one of *Venus*'s Names, from a Fountain in *Bœotia*, conſecrated to her and the *Graces*.

ACMON, Son of *Clytius*, of *Lyrneſus*, a City in *Phrygia*.

ACOETES, Armour-bearer of *Evander*, and Governor of his Son *Pallas*.

ACONTEUS, a gallant Warriour in the *Latin* Army, killed by *Tyrrhenus*.

ACRISIUS, the Son of *Abas*, King of the *Argives*, who ſucceeded to his Brother *Prætus*. It was told him by the Oracle, that he ſhould be ſlain by the Son of his only Daughter *Danae*; whom therefore he ſhut up in a ſtrong brazen Tower, and ſuffered none to have Acceſs to her: But *Jupiter*, being turned into a Shower of Gold, got her with Child; which being known to her Father, he ordered her to be ſhut up in a Cheſt, and caſt into the Sea: But a poor Fiſherman of *Apulia*, finding her and the Infant, carried them to King *Pilumnus*, who married her: Afterwards when her Son *Perſeus* came to Age, and had cut off the *Gorgon*'s Head, he went to *Argos*, and turned his Grandfather *Acriſius* into a Stone.

ACRON, a *Grecian* ſlain by *Mezentius*.

ACTOR, an *Italian Chief*, from whom *Turnus* took his Spear.

ACTIUM, Cape of *Figalo*, a City and Promontory of *Epirus*, in *Greece*; famous for the naval Victory, which *Auguſtus* gained there over *Mark Anthony* and *Cleopatra*.

ADAMASTUS, the Father of *Achemenides*.

ADONIS, Son of *Cynaras*, King of *Cyprus*, by his own Daughter *Myrrha*: He was a very beautiful Youth, hence he was feigned to be *Venus*'s Gallant. As he was hunting in the *Idalian* Grove, he was killed by a Boar. He was much lamented by *Venus*, and by her turned into a Flower of his own Name.

ADRASTUS, a King of the *Argives*, Son of *Talaon* and *Eurynome*, deſcended from *Inachus* and *Perſeus*: He took *Polynices* his Son in Law's Part in the *Theban* War. Having loſt a great Army before *Thebes*, he quitted the Siege, and retired like a Fugitive into his own Country.

ÆACIDES, a Deſcendant of *Æacus*, Uſed for *Achilles* and *Pyrrhus*. See ACHILLES and PYRRHUS.

ÆGÆON, a huge and terrible Giant, Son of *Titan* and *Terra*, who at once flung at *Jupiter* an hundred Rocks; afterwards, when he was overcome, he was bound with an hundred Chains to a Rock of the *Ægean* Sea. He was indeed a great Pirate, and had an hundred Men ſerving him in a Ship: Among Men he was called *Ægeon*, among the Gods *Briareus*.

ÆGÆUM, (*mare*) Part of the *Mediterranean Sea*, near *Greece*, dividing *Europe* from *Aſia*. It is vulgarly called the *Archipelago*. There are a great many Iſlands in it; ſome ſcattered up and down, thence called the *Sporades*; others in a Ring, whence they are called the *Cyclades*.

ÆGLE, a Nymph, one of the *Naiades*, Daughter of *Sol* and *Neæra*.

ÆGON, the Name of a Shepherd.

ÆGYPTUS, the Country of *Egypt*, bounded on the Eaſt with its own, *i. e.* the *Red Sea* and *Arabia* the ſtony, on the Weſt with *Cyrene*, on the South with *Æthiopia*, and on the North with the *Mediterranean* Sea. The Inhabitants of this Country were much given to Idolatry, and had the greateſt Veneration for their Kings. They followed their Queen *Cleopatra* to join the Forces of *Mark Anthony* againſt *Auguſtus* at *Actium*, where they were defeated, and ſhamefully retreated into the *Nile*. The Fertility of this Country is very great, which is chiefly owing to the annual Inundations of the River *Nile*.

ÆMONIDES, the Son of *Æmon*, Prieſt of *Apollo* and *Diana*, ſlain by *Æneas*.

ÆNEAS, Son of *Anchiſes* and *Venus*, a *Trojan* Prince, who, after *Troy* was taken, came into *Italy*, where he married *Lavinia*, Daughter of King *Latinus*, and ſucceeded him in his Kingdom. When *Troy* was on Fire, he carried his Father

Father *Anchiſes* and his Houſhold-Gods on his Shoulders, leading his Son *Aſcanius* by the Hand; but his Wife following him was loſt in the Flames, or by the Way.

ÆOLIA, a Province in *Aſia Minor*, celebrated by the Poets, as the Country of the Winds.

ÆOLUS, Son of *Jupiter*, others ſay of *Hippotes*. He was King of the *Æolian* Iſlands, ſo called from him. He was ſaid to be the God of the Winds, becauſe by his Skill in Aſtronomy, he knew at what Times, and how long, ſuch Winds and Tempeſts would continue, and when it would be calm; or becauſe the Clouds and Miſts, riſing about thoſe Iſlands, did always portend great Store of Winds. Alſo a valiant *Lyrneſſian* ſlain by *Turnus*.

ÆQUICOLI, a People of *Italy*, inhabiting the Hills above the *Tibur*.

ÆTHIOPIA, a vaſt Country of *Africa*, bordering upon *Egypt*, Part on this Side, and Part beyond the Equator. The River *Nile* runs thro' this, in the midſt almoſt, as it does thro' *Egypt*. This Country was little known by the Ancients, and not much better by the Moderns.

ÆTHON, a War Horſe belonging to *Pallas*.

ÆTNA, *Mont Gibel*, a Mountain in *Sicily*, famous for its frequent and terrible Eruptions of Fire. The Poets feigned, that *Typhon* and *Enceladus* were buried under this Mountain by *Jupiter*, which was the Cauſe of the Smoke and Fire that it belches out, which are indeed occaſioned by the Sulphur and Bitumen that are in its Bowels.

ÆTOLIA, *Deſpotato*, a Country of *Achaia*, in *Greece*, bordering upon *Epirus*, *Acarnania* and *Locris*. 'Twas of old called *Hyantus*. The Inhabitants were reckoned the moſt wicked People of *Greece*.

AFRICA, called alſo by the *Greeks* *Libya*, one of the three Diviſions of the World. *Mela* bounds it on the Eaſt by the *Nile*. The other Boundaries were the ſame by the Ancients as by the Moderns: It being bounded by the Sea on all Sides, except on that of *Aſia*, to which it is joined by the *Iſthmus* of *Suez* in *Egypt*, about 90 Miles broad. The Ancients knew nothing of it, but that Part which is near the *Mediterranean Sea*. They believed the *Torrid Zone*, which includes a great Part of *Africa*, was not habitable; but Experience has proved the contrary.

AGAMEMNON, the Son of *Atreus* by *Aerope*, and Brother of *Menelaus*, King of *Mycenæ* and *Argos*. He was choſen Captain General by the *Greeks*, in the War againſt *Troy*: Who, after the taking of *Troy*, being warned by *Caſſandra*, Daughter of *Priamus*, of his Death contrived by his Wife *Clytemneſtra*, did notwithſtanding go Home, and was killed by her and her Paramour *Ægyſthus* at an Entertainment: In Revenge whereof *Oreſtes* his Son ſlew both his Mother and the Adulterer.

AGANIPPE, a famous Fountain of *Bœotia* in *Greece*, ſacred to the Muſes: It roſe out of Mount *Helicon*, and ran into the River *Permeſſus*.

AGATHYRSI, a People of *Scythia*, who painted their Faces and Limbs, more or leſs, according to the Nobleneſs of their Extraction.

AGENOR, a King of the *Phœnicians*, Son of *Belus*, Father of *Cadmus* and *Europa*.

AGIS, one of *Lycia*, ſlain by *Valerus*.

AGRAGAS, a Hill in *Sicily*; alſo a River and Town upon the Top of a Hill of the ſame Name; otherwiſe called *Agrigentum*. There was the fineſt Stud in the World, whoſe Horſes frequently got the Prize at the *Olympic* Games.

AGRIPPA, Son in Law to *Auguſtus*; he was thrice *Conſul* of *Rome*.

AGYLLA, a City of *Etruria*, almoſt upon the Borders of *Latium*.

AJAX, Son of *Telamon* by *Heſione*, a valiant Warriour in the *Grecian* Camp againſt *Troy*. He was ſo enraged, that the Princes had adjudged *Ulyſſes* to have *Achilles*'s Armour, that he ſlew himſelf, and was turned into a Flower, called the *Hyacinth* or *Violet*.

AJAX, King of the *Locrenſes* in *Greece*, Son of *Oileus*. He was ſtruck with Thunder by *Pallas* in his Return Home from *Troy*, for having raviſhed *Caſſandra* in her Temple.

ALBA, a City built by *Aſcanius*, the Son of *Æneas*; the People called *Albani*.

ALBULA, the River *Tybur*, formerly ſo called.

ALBUNEA, the Name of a River, and a Wood by the River *Anio* in *Italy*.

ALBURNUS, *Monte di Poſtiglione*, a Hill in *Lucania*, near the River *Silarus*, *Salo*, in the Kingdom of *Naples*, much frequented alſo by the *Romans* to worſhip the God, that from this Place was called *Alburnus*. 'Tis 12 Miles from the Gulph of *Salernum*.

ALCANDER, a Perſon killed by *Turnus*.

ALCANOR, the Brother of *Cydon*, *Mæon* and *Numitor*.

ALCATHOUS, a *Trojan* killed by *Cædicus*.

ALCI-

ALCIDES, a Name of *Hercules*, from *Alcæus*, the Father of *Amphitryo*. See *Hercules*.

ALCIMEDON, a famous Carver.

ALCINOUS, King of the *Phæacians*, in the Iſland *Corcyra*, famous for Planting and Gardening. His Orchards were remarkable for choice Fruits.

ALCIPPE, the Name of a Maid-ſervant of *Melibœus*.

ALCON, an excellent Archer of *Crete*.

ALECTO, one of the three *Furies*; the others were *Megæra* and *Tiſiphone*.

ALETHES, a *Trojan*, Captain of a Ship, and Companion of *Æneas*.

ALEXIS, a fine Youth, who was Page to *Pollio* or *Mæcenas*, a Favourite of *Virgil*.

ALLIA, *Aja*, a River of the Territory of the *Sabines* in the Patrimony of St. *Peter*; it riſes in the Mountain of *Cruſtuminum*, and falls into the *Tybur* at *Monte Rotondo*, 19 Miles from *Rome*; near it the *Gauls* under *Brennus* defeated the *Romans*, whence *Allienſis dies* was a Proverb for an *Unlucky Day*.

ALMON, a *Latin*, the eldeſt Son of *Tyrrheus*, ſlain in a Skirmiſh.

ALOÏDÆ, *Otus* and *Ephialtes*, two Sons of *Neptune* by *Ephimedia*, the Wife of *Aloëus*, the Son of *Terra* and *Titan*. They were both killed by *Apollo* in the War with the Giants.

ALPES, the Mountains that divide *Italy* from *Gaul*; they were formerly called *Albia* and *Alpienia*. *Hannibal* cut his Way thro' them into *Italy*. They are ſo lofty, that they are almoſt continually covered with Snow. Hence the ancient Poets hardly ever make mention of them, but they ſpeak of their Height and their Coldneſs.

ALPHESIBOEUS, the Name of an Herdſman.

ALPHEUS, *Alphee*, *Orſæa*, a River of *Arcadia* in *Greece*, near the City *Elis*. Upon the Banks of this River they celebrated the *Olympic* Games. Of this River the Ancients feigned, that having ran by *Piſa*, after a long Courſe in *Achaia*, it ſunk under Ground like the River *Mole* in *Surrey*, but more miraculouſly wrought its Way under the Sea from *Greece* to *Arethuſa*, a Mountain in *Sicily*, whence it fell into the *Sicilian* Sea. This River was fabled to be in love with that Fountain, and to make his Way thus to come at her. For which he was honoured with the Name and Worſhip of a God.

ALSUS, the Name of a Shepherd who killed *Podalirius*.

AMARYLLIS, the Name of a Country-girl.

AMASENUS, a River of *Latium*, running thro' the *Pomptine* Marſh into the *Tyrrhene* Sea.

AMASTRUS, the Son of *Hippotas*, killed by *Camilla*.

AMATA, Wife of King *Latinus*, and Mother of *Lavinia*, who hanged herſelf that ſhe might not ſee *Æneas* her Son in Law.

AMATHUS, a City of *Cyprus* ſacred to *Venus*, whence the whole Iſle was called *Amathuſia*. 'Tis ſo named from the hot Baths near it, the Vapour of which in the *Syrian* Language was termed *Amathus*.

AMAZONES, a warlike Nation of Women in *Scythia*, near *Mæotis*, who, when they had a Mind to have Children, ſent for Men that lived near them, who were ſuffered to ſtay no longer with them than to ſerve that Purpoſe. If they bore male Children, they deſtroyed them; if Females, they cut off their right Breaſts, that it ſhould not hinder them in throwing their Javelins or Darts.

AMERIA, *Amelia*, an ancient City of *Umbria*, ſituated on a Mountain 6 Miles from *Narni*.

AMINEA, Part of *Campania Felix*, noted for its ſtrong excellent Wine.

AMITERNUM, a City of the *Sabines*, not far from the River *Aternum*, famous for the Birth of *Salluſt*.

AMMON or *Hammon*, the Name of *Jupiter*, worſhipped in *Lybia* under the Shape of a Ram, where he alſo had a famous Temple, which was much frequented on account of the Oracles which he gave there.

AMPHION, the Son of *Jupiter* by *Antiope*, born at *Thebes*. Hence he was called *Dircæus* from *Dirce*, a Fountain near to *Thebes* in *Bœotia*. He is ſuppoſed to be the Inventor of Muſick. With the Muſick of his Lyre he drew the Stones, with which he built the Walls of *Thebes*.

AMPHITRYONIADES, a Name of *Hercules*, from *Amphitryo* the Huſband of *Alcmena* his Mother. See HERCULES.

AMPHRYSUS, a River of *Theſſaly*, near which *Apollo* kept the Flocks of *Admetus*.

AMSANCTUS, a Place in the Middle of *Italy*, in the Country of the *Samnites*, where there were ſulphureous Waters, whoſe Steams were ſo peſtilential, that they killed all who came near them. Hence the Poets feigned it to be the breathing Hole of Hell.

AMYCLÆ, *Amyclæ Sperlonga*, an ancient City of the *Aruncі*, in the *Terra di Lavoro*,

Lavoro, in the Kingdom of *Naples*, between *Cajetta* and *Terracina*. The People of this City being often frighted with falſe Reports of an Invaſion, made a Law, that none ſhould mention it for the future. At length the Enemy came indeed and ſurpriſed them.

AMYCUS, one of the Companions of *Æneas*. Alſo the Name of 2 Perſons ſlain by *Turnus*.

AMYNTAS, the Name of a Shepherd.

ANAGNIA, *Anagni*, a City of *Latium*, belonging to the *Hernicians*, whoſe Country was very fruitful. Here *Antony*, in Contempt of *Auguſtus*'s Siſter, married *Cleopatra*, and coined Medals.

ANCHEMOLUS, the Son of *Rhætus*, who committed Inceſt with his Step-mother.

ANCHISES, Son of *Capys*, who, before he was of *Troy*, lived in the Woods, and fed Cattle, where *Venus* fell in Love with him, and had by him *Æneas*; at the Burning of *Troy*, *Æneas* carried him away on his Shoulders, and took him along with him into *Sicily*, where he died.

ANCUS MARTIUS, the fourth King of *Rome*, Grandſon of *Numa Pompilius* by his Daughter; a Man of a brave Spirit and a great Builder. He was the firſt that made a Priſon at *Rome*. He piqued himſelf too much upon his Nobility, and was a little too fond of popular Applauſe.

ANDROGEOS, Son of *Minos* King of *Crete*, who was ſlain by the *Athenians* and *Megareans*, becauſe he overcame all in their Exerciſes of Activity and Arms. *Minos*, in Revenge, made War upon them and overcame them, and enjoined them to ſend ſeven of their young Nobles of each Sex yearly to him, to be devoured by the *Minotaur*. Alſo a *Grecian* Captain ſlain at *Troy*.

ANDROMACHE, Daughter of *Eetion*, and Wife of *Hector*, by whom he had *Aſtyanax*. *Pyrrhus* carried her away Captive to *Greece*, and had *Moloſſus* by her. He afterwards gave her to *Helenus*, the Son of *Priam*, with ſome Part of the Kingdom.

ANGITIA, a Grove in the Country of the *Marſi* near the *Fucine* Lake in *Italy*.

ANIO, *Le Teverone*, a little River in *Italy*, which riſes in the *Campagna di Roma*, in the Mountain of *Trevi*; it divides the *Campagna* from the Country of the *Sabines*, paſſes by *Tiveli*, and falls into the *Tiber*, 3 Miles above *Rome*. 'Tis not deep enough for Boats, yet the Ancients have celebrated it as a very noble River.

ANIUS, the Son of *Apollo*, King of *Delos*, and Prieſt to the God his Father.

ANNA, the Daughter of *Belus*, and Siſter of *Dido*, whom ſhe accompanied in her Flight.

ANTÆUS, a *Latin* Commander in the Army of *Turnus*.

ANTANDROS, a City of *Phrygia*, built at the Foot of Mount *Ida*. A Place proper for building of Ships, becauſe of its Neighbourhood to Mount *Ida*, whoſe Foreſts furniſhed good Timber.

ANTEMNÆ, a City in *Latium*, now in Ruins, near the Confluence of the River *Anio* into *Tibur*.

ANTENOR, a *Trojan* Prince, who, as ſome ſay, betrayed his Country to the *Greeks*; others, that he only adviſed Peace. He made his Way thro' the midſt of the *Greeks*; and coming into *Italy*, built *Padua* or *Patavium*.

ANTEUS, or ANTHEUS, one of the Captains who accompanied *Æneas* from *Troy*, and to the laſt Battle againſt *Turnus*.

ANTHORES, a Companion of *Hercules*, in the Army of *Evander*, ſlain by *Mezentius*.

ANTIGENES, a beautiful Shepherd, or Piper, beloved by *Virgil*.

ANTIPHATES, the Baſtard-ſon of *Sarpedon* ſlain by *Turnus*.

ANTONIUS, *Mark Anthony*, a Fomenter of the Civil Wars. Out of Love to *Cleopatra*, he retired into *Egypt*. Being by the Senate declared an Enemy to his Country, *Octavius* made War upon him, and overcame him in a Sea-fight at *Actium*, and forced him to flee back into *Egypt*.

ANUBIS, a God of the *Egyptians*, whom they worſhipped in the Shape of a Dog; ſome ſay, that he is Son of *Oſiris*, others, that he is *Mercury*.

ANXUR, a Town of the *Volſcians* in *Italy*, on the Frontiers of *Naples*, where *Jupiter Anxur*, or *Anxurus*, was worſhiped; now called *Terracina*.

AONIA, the hilly Part of *Bœotia*, ſo called from *Aon*, Son of *Neptune*, who governed that Country.

APOLLO, Son of *Jupiter* and *Latona*, born in the Iſland *Delos*, at the ſame Birth with *Diana*. He was the God of Muſick, Phyſic, Poetry and Divination. He killed the Serpent *Python*, and afterwards the *Cyclops*, for which he was expelled Heaven, and went and kept *Admetus*'s Cattle. He turned his beloved *Daphne* into a Laurel, his Boy *Hyacinth* into a Flower, he flea'd *Marſyas* the Fidler alive, becauſe he challenged him in

Muſic, and with *Neptune*'s Help built the Walls of *Troy* for King *Laomedon*. He had a famous Temple and Oracle at *Delphos*, whither reſorted People from all Nations to conſult him.

APENNINUS, a long Ridge of high Hills, parting *Italy* thro' the Middle, of the whole Length of it, from the *Alps* as far as the *Sicilian* Sea.

APHYDNUS, one of *Æneas*'s Soldiers.

AQUARIUS, the eleventh Sign in the *Zodiac*; it rules in *February*, the laſt Month of the old *Roman* Year. So called from Water, becauſe it often bringeth Rain.

ARABIA, a large Country of *Aſia*, extended from the *Perſian* Gulph, as far as *Syria*. It is divided into three Parts, *Deſerta*, *Felix* and *Petræa*. It lies Eaſt from *Italy*.

ARACINTHUS, a Hill in *Bœotia* or *Attica*.

ARÆ, three great Rocks, or Iſlands, that appear in the Middle of the Sea between *Africa* and *Sardinia*.

ARAR, the *Saone*, a River of *Provence* in *France*. It ariſeth in the Mountain *de Vauge* in *Lorrain*; and falleth into the *Rhoſne*, near *Lyons*.

ARAXES, a River of *Aſia*, which divides *Armenia* from *Media*, and runs into the *Hyrcanian* Sea. *Xerxes* and *Alexander* laid a Bridge over it, which was ſoon broke down by the Rapidity of its Stream.

ARCADIA, a midland Country in *Peloponneſus* or the *Morea*, very good for Paſture, therefore famous for Herdſmen and Shepherds, who were muſically inclined. Here *Pan* the God of Shepherds was particularly worſhipped.

ARCENS, a *Sicilian*, who ſent his Sons to the Aſſiſtance of *Æneas*, whom *Mezentius* killed with a Sling.

ARCHETIUS, a *Latin* Soldier ſlain by *Mneſtheus*.

ARCHIPPUS, a King of *Archippe*, a Town of the *Marſians*, which was ſwallowed up in the Lake *Fucinus* by an Earthquake.

ARDEA, or *Ardua*, once a famous City of *Latium* in *Italy*, where King *Turnus* kept his Court.

ARETHUSA, a Nymph, the Daughter of *Nereus* and *Doris*; one of *Diana*'s Train. She was beloved by *Alpheus*, whoſe Violence, when ſhe could not eſcape, *Diana* turned her into a Fountain of that Name; whoſe Waters, that they might not be mixed with *Alpheus*'s Stream, ran under Ground by ſecret Channels, and broke out again about *Syracuſe* in *Sicily*, whither *Alpheus* alſo purſued her.

ARGILETUM, a Grove between the *Aventine* and *Capitoline* Hills, ſo called from the Death of an *Argive*, ſlain by *Evander*'s Subjects, without his Knowledge, on a Suſpicion of his aſpiring to the Throne.

